5 ſio contraria:†illa erat olim neceſſaria filio emancipato. Iſta eſt hodie neceſſaria,ſi ponimus præteritionem ritè factam, ſcilicet cum cauſa:vt videbitis in authen. ex cauſa.j.de libe
6 ris præteritis. †Eſt & alia bonorum poſſeſsio vnde liberi & vnde legitimi. Vnde liberi, erat olim neceſſaria filijs emancipatis: hodie non eſt neceſſaria:quia ſuccedunt de iure ciuili per bonorum poſſeſsionem. vnde legitimi, nec olim nec hodie fuit neceſſeria ſecundum gloſ. Doctores moderni dicunt, quòd imò hodie aliquo caſu eſt neceſſaria vnde legitimi,& vnde liberi: vt in caſu leg.qui ſe patris.š.titul. j.Ita dicunt illi dicentes illam legem non eſſe correctam.Sed
7 illud reprobaui vobis. Eſt alia †bonorum poſſeſsio vnde cognati. Iſta fuit olim neceſſaria,hodie non: quia ſublata eſt
8 differentia agnationis,& cognationis. Item eſt bonorum poſſeſsio vnde vir & vxor:& iſta eſt neceſſaria olim,ſicut hodie:vt vnde vir & vxor.l.j. Sunt etiam bonorum poſſeſsiones,quæ non tribuunt ius:& iſtæ ſicut olim erant neceſſariæ, ita hodie:quia nihil eſt innouatum.

a *De ſucceſſorio edicto*[a]. *Rubrica.*

1 ☞ *Succeſſorium edictum,quando habeat locum in ſucceßione ex teſtamento. Item ꝙ habeat locum in poſſeßione contra tabulas.*
2 *Inter ſucceſſores ab inteſtato, quando ſit locus ſucceſſorio edicto.*
3 *Succeſſorium edictum propriè habet locum inter eos qui ſuccedunt de iure prætorio.*
4 *Succeſſorio edicto eſt locus,vt uenientes ab inteſtato remotis uenientibus ex teſtamento ſuccedant.*
5 *Succeſſorium edictum in caſu l.ſi quis ita hæres.ff.de hæred.inſtitu.habet locum ut excluſis uenientibus ab inteſtato ſit locus ex teſtamento.*
6 *Succeſſorium edictum fuit introductum propter creditores.*

Cõtinuat̃ gl.tua ſic:Quia ĩ p̃dictis bonorũ poſſeſsionibꝰ eſt locus ſucceſſorio edicto:iõ de eo dicit.Antequã veniamꝰ ad nigrũ expediamꝰ gl.quę eſt poſita hic ſuꝑ Rubri.& eius materiã,ẽt credo ꝙ intelligas clarè iſtã materiã,ꝑ ea q̃ dixi vo
1 bis in l.q ſe patri.š.tit.ij. †Primò quęro, an in ſucceſsione ex teſtõ ſit locus ſucceſſorio edicto? Reſpõd.aut quæris in ſucceſsione ex teſtõ,quę eſt ex teſtõ ſecũdũ teſtm̃ & defuncti voluntatẽ,& nõ eſt locus ſucceſsioni,niſi quatenus in eo teſtõr diſpoſuit ſubſtinendo ſecũdũ materiam ſubſtitutionũ tractatã vbiq;.Aut quæris de ſucceſsione,quæ eſt cõtra volũtatem defuncti:vt ꝑ querelã inofficioſi,& ꝑ cõtra tab.et in hoc ſunt opiniões.ff.de inof.teſta.l.pater filiũ.Veritas eſt,ꝙ eſt locus ſucceſſorio edicto:vt l.ſi is q.ff.de ĩof.teſta.& l.pater filiũ,aliàs,ſi qs filiũ.š.illo & eo.tit.Idẽ in bon.poſſeſ.cõtra tab.vt l.iij.§.ſi emãcipatus.de bon.poſ.cõtra tab.& no.ꝑ Dy.in c.nõ debet aliquis.de regu.
2 iur.li.vj. Quæro†ſecũdò vtrũ inter ſucceſſores ab inteſtato ſit locus ſucceſſorio edicto? Et hic aduerte: Quidã ſunt ſucceſſores de iure ciuili,qdã de iure pretorio: & illi,qui de iure ciuili,qdã ſuccedũt ꝑ l.xij.tabu.vt agnati,& ſui,& in iſtis nõ erat locꝰ ſucceſſorio edicto de iure antiquo:vt š.ti.ij.l.q ſe patris.& l.j.§.ſciendũ. ff.de ſuis & legiti.hodie ſecus:vt Inſti.de leg.ag.ſuc.§.placebat.Quidã ſuccedebãt ꝑ alias ꝑtes iuris, vt ꝑ ſenatuſconſultum: & inter eos erat locꝰ ſucceſſorio edicto: vt l.j.§.ſi nemo.ad Tertul.Si verò erant ſuccedẽtes de iure pretorio.Et hic aduerte,aut primus erat excluſus repudiatiõe, vel morte:aut erat excluſus ꝑ reſtitutionẽ in integrũ.Primò caſu eſt locꝰ ſucceſſorio edicto de capite in caput:qa excluſo gradu liberorũ,remanẽt agnati:excluſo gradu agnatorũ, vocãtur cognati:excluſis cognatis,vocant̃ vir & vxor.Item eſt locus de gradu in gradũ.Nã ſi plures ſunt cognati,oẽs dicũtur eſſe in eodẽ capite: quia oẽs cognati.Tñ ſi ſunt diuerſi gradus,excluſo eo,q eſt in primo gradu, admittit̃ ille,q eſt in ſcđo gradu:vt ff.eo. l.j.§.qbꝰ.Si verò primꝰ eſt excluſus ꝑ reſtitutionẽ in integrũ:tũc ſequẽs in gradu nõ põt admitti de iure p̃torio:vt l.fi.ff.e. Sed de iure ciuili ſic:vt l.j.§.ſi qs adita.ff. ad Treb.de re iudic.l.& exhæredatũ.Et
3 aduerte:qa†vbi dixi ſuprà locũ eſſe ſucceſſorio edicto,non ſemꝑ ꝓpriè locutus ſum:nã ꝓpriè tm̃ locũ habet inter eos,q ſuccedũt de iure p̃torio.Itẽ inter eos,qui ſuccedũt alio iure,bñ eſt locꝰ ſucceſsioni: hoc eſt,deficiẽte prio,vt deueniat̃ ad ſequẽtẽ:nõ tñ hoc dicit̃ eſſe ex edicto ſucceſſorio,ſed ex cõſtitutione iuris ciuilis: vt in l.ſuprà alleg.tñ cã maioris facilitatis totũ appellaui ſucceſſoriũ edictũ. Quę
4 ro vtrũ ſit locus†ſucceſſorio edicto ĩ hoc vt veniẽtes ab inteſtato ſuccedãt, remotis venientibus ex teſtõ? Reſpon.ſic, dũ tamen ſcias,ꝙ donec eſt aliqua ſpes ſucceſsionis ex teſtõ,nullo mõ põt quis venire ab inteſtato de iure ciuili.Probat̃ ĩ l.quãdiu.ff.de acqui. hære.de regu.iur.l.quãdiu.j.cõia de ſucceſ.l.antequã.De iure prætorio,idẽ.š.qui admit.ad bon.poſ.l.quandiu.& ff.ſi tabu.

Nec ẽt appellatione partis cõtinet̃ certa & ſimulata portio. Alex.cõſi.ccij.in ij.vol.& cõſil.cccxlv.verſ.Nõ obſtat qđ inſtrm.vt ſcripſi in d.l.ſi pluribus.Et vide de iſta materia ꝙ probatio debeat de neceſsitate cõcludere multas bonas deciſiones ꝑ Deciũ in repetitiõe cap.ĩ pręſentia.ĩ iij.charta.de ꝓbatio. Limita tñ iſtã regulã ꝙ dubia ꝓbatio nõ releuat, nõ ꝓcedere qñ ꝓbaret̃ & cõcluderet̃ alter de duobus, quorũ vnũquodq; ſufficeret ad victoriam. Vide moder.ĩ l.et ſi poſt tres.ĩ iiij.col.ff.ſi qs cautio.vide latiſsimè ꝓ ampliationibus& limitationibus huius Iaſ.quaſi ꝑ totũ.Itẽ qd de eo ꝙ dictũ eſt š.an appellatione rei intelligat̃ tota,vide Iaſ.ĩ l.ait p̃tor.ĩ prin.ff.de iureiur. & vnũ caſum,in quo appellatiõe rei veniat ſolũ ꝑs,ponit Pau.de ca. & refert Iaſ.ibi & Iaſ.ĩ l.planè.§.ſi.eadẽ.ĩ penul.co.de leg.j.Item circa iſtud ꝙ dictũ eſt an appellatione rei cõtineat̃ tota ĩ dictis teſtiũ,vide oĩno Soci.latè ĩ l.ſi qs cũ totũ.ĩ pri.ff.de excep.rei iud.ĩ ij.notab.vſq; ad finẽ.vbi allegat Aret.de quo š.ĩ lectura & in cõſilijs,& concludit ꝙ cõtineat̃ tota.Et aliqd ꝑ eũ ĩ l.iij.ĩ vl.notab.de acqr.poſſ. An aũt appellatiõe ꝑtis contineat̃ dimidia in teſtibus,vide Bal.ꝙ ſic,cõſ.liiij.ĩ j.ꝑte.Itẽ de eo qđ dictũ eſt š.ꝙ ẽt probatio q̃ ſumit̃ ex propria cõfeſsiõe aduerſarij,nõ releuat, niſi cõcludat,vide Ale. in l.q Romæ.§.duo fratres.in iij.q.Bar. circa finẽ.de ver.ob.

P. PAV. P.
a ¶ De ſucceſſorio edicto.An ĩ iure dicẽdi nullũ,habeat locum ſucceſſoriũ edictũ, & quid ĩ q̃rela,vide do.Frãc.cõ.xlix.Itẽ an ĩ ſeruitutibus habeat locũ & ĩ q̃rela, & ĩ bon.poſſeſ.contra tabulas,multa alia viđ latè ꝑ Ang. de Periglis ĩ repetitiõe l.ĩ ſuis.ĩ vij.charta.& pluribus ſeq. de liber.& poſthu. vbi ẽt habes an ĩ iure petẽdi ſupplemẽtũ legitimæ hẽat locũ, & multa alia in materia, ẽt de q̃rela ĩofficioſę donatiõis.

a ¶Nepotẽ. Adde ꝙ glo.hic vult,ꝙ filius fratris dicat̃ nepos. Similis eſt gloſſ.in l. poſt emãcipationẽ. de leg.iij.in glo.ij.& multa iura alle.Fed. de Sen.cõ.xxxix.ꝙ dici poſsit nepos,tñ ex ꝓprio ſignificato nõ eſt nepos. Et ita cõcludit Bald.hic,q dicit ꝙ aut fit mẽtio de nepotibus vnà cũ filijs:& intelligit̃ de nepote ex filio. Aut fit mẽtio de fratribus et nepotibus, & intelligit̃ de nepotibus ex fratribus. Facit ſcd̃m Alex.in c.ij.de feu.mar.Aut ꝑ ſe fit mẽtio de nepote,& intelligit̃ de nepote ex filio. Et cũ hac deci.Bal.trãſit Pau.de ca.q dicit ita conſuluiſſe Dy. maximè in pœnalibus.qđ limitat ipſe Pau. niſi ex aliquo adiuncto p̃ſumptio eſſet ĩ cõtrariũ: vt ſi diceret,ꝙ frater carnalis,& nepos excluderet matrẽ: qa tũc ꝓpter verbũ fratrẽ, ꝙ ꝓcedit,ĩtelligeret̃ de nepote ex fratre; qa talia ſunt ſubiecta, quali a p̃dicata demõſtrãt.arg.l.fin. §. cui dulcia. de vi. triti.oleoq; leg.

b ¶ Vltimò. Adde ꝑ eũdẽ Bar.cõſi.ccxxiiij.inci. q̃rit̃ vtrum gradus ꝑ Pau.de ca. cõ.ccclvj.q ſimiliter tranſit cũ Iaco.But.

5 teſta.nullæ exta.l.j. †Itẽ quæro,an econ
uerſo poterit eſſe locus ſucceſſorio edi
cto , vt excluſis veniẽtibus ab inteſtato,
ſit locus ex teſtõ? Reſpondeo, qđ ſic in
vno caſu tantũ:vt l.ſi quis ita hæres.ff.de
6 hære.inſtit. †Quærit gl.quare introdu
ctũ fuit ſucceſſoriũ edictũ? Reſpõdeo,
ꝓpter creditores,ne nimium differatur:
an habeãt quẽ poſsint conuenire, ſubue
nitur eis etiam dando bonis curatorem.

1 ☞ *Patruus quis propriè dicatur.*

LEX I.

SI mater. Excluſo primo,ſequẽtes in gradu , vel in capite ad
mittũtur ex ſucceſſorio edi
cto.h.d. Opp.hic innuit ꝙ
ſi mater petijſſet hæreditatem patrui , ꝙ
eam obtinuiſſet,&c. Cõtra ſuprà de cu
ra.furi.l.fi.§.penult.Sol.Dico ꝙ ſiue ma
ter nõ petijt,ſiue petijt per tutorẽ , idem
eſſet:vt lege cõtraria.Secus ſi petijſſet ꝑ
ſeipſam factam ſanæ mẽtis.Ita debes in
telligere. Itẽ oppo.& videtur,ꝙ iſte nõ
1 dicatur†patruus quo ad nepotem ex ſo
rore:imò debet dici auunculus magnus:
ar. ff.de gra.co.l. Iuriſconſultus.§.patrui.
Huius timore dicũt quidã,ꝙ hic patruus
impropriè ponitur. Alij dicunt,ꝙ ꝓpriè
poteſt dici auunculus magn⁹. Tene mẽti
quã vis,qa nõ curo. Op.& videt̃ ꝙ poſt
matrẽ primò vocẽtur alij agnati,quã iſte
filius matris,qui eſt cognatus:vnde vide
tur obſtare ff.eo.l.§.quibus.Inſtit.de ſuc.
quæ ab inteſta.§.admonendi.Sol. Dicit
gl.intellige hic,ꝙ alij agnati nõ erãt : ſed
non placet ſecũdũ iſta tempora,ſecundũ
quæ nõ erat locus ſucceſſorio edicto in
ter agnatos.Hodie eſſet verũ,ꝑ.§.place
bat.Inſti.de legi.agna.ſuc. Opp.ff.e.l.j.§.furioſi.Solue vt ĩ gl.

1 ☞ *Computatio graduum de iure ciuili attenditur in ſucceßione : in matrimonijs ius Canonicum.*

2 *Caſus poſito iſtius legis.*

3 *Vna bonorum poſſeßio conuertitur in aliam in filijs,non autem extraneis.*

4 *Statutum faciẽs mẽtionem de gradibus,intelligitur ſecundum ius ciuile,nõ Canonicum.*

LEX II.

SI auiæ eorum frater. Aduerte , iſta lex cõſueuit videri iu
uenibus difficilis,ſicut alia,quæ ſit in toto Codice:qa
cõputat gradus,& vide gl.j,quæ ponit caſum.Breuiter dicit:
Si primus nõ agnouit bon.poſſeſ.vel non agnouit vt debuit,
defertur ſequẽtibus.Secus ſi debito modo agnouit.hoc dicit.
1 †Debes ſcire,ꝙ differẽtia eſt ĩter ius noſtrũ & ius Canonicũ:
qa nos incipim⁹ cõputationẽ grad⁹ ſemꝑ a ſtipite.Canoniſtę
non:vt ſi eſt pater & frater:quia in iure noſtro in cõputatione
graduũ ſemper incipimus à ſtipite:vnde frater meus eſt mihi
in ſecundo gradu : quia pater meus eſt mihi in primo gradu.
Filius meus mihi in ſecundo,nepos in tertio , & ſic de ſingu
lis:vt l.Iuriſconſultus.§.gradus.ff.de gra.cog. De iure Cano
nico duo fratres dicuntur in primo gradu,& illud obſeruatur
in matrimonijs:in ſucceſsione computatio iuris ciuilis ſerua
2 tur. Ita dicit c.ad ſedem.xxxv.q.v. Modò † aduerte,caſum
in terminis faciliter intelliges. Berta quædam habuit filium:
ex filio præmortuo nepotes.Item fratrẽ ſuperſtitẽ habuit: ex
a alio fratre præmortuo nepotem.ᵃ Decedit Berta , & poſtea
nepos ex filio , & ſibi ſuccedit ex teſtamento frater Bertæ,
ꝙ poſtea reperitur falſum:vel decedit vel repudiat dictus fra
ter. Dicit̃ hic,ꝙ bo.poſ.quę nõ fuit petita ꝑ fratrẽ,poterit peti
per iſtos nepotes,licet ſint in quinto gradu,& frater fuerit in
quarto. Do.Iac.de Are.legit.iſtam legem aliter,& ponderat
multũ tex.qui dicit,ex teſtamẽto adijt hæreditatẽ.Dicit ipſe,
ꝙ ſi petijſſet ipſe per bon.poſſeſ.ſecundũ tabu.ſufficeret ſibi;
quia illa bonorũ poſſeſsio ex teſtamẽto,conuerteretur in bo
no.poſſeſ.ab inteſtato,& tunc filij fratris,qui ſunt in quinto,
non ſuccederent:quia fratri eſſet quæſita. Et hoc modo legit
iſtã legẽ,quod in principio adiuit hæreditatẽ de iure ciuili ex
teſtamẽto:quæ aditio non poteſt cõuerti in bon.poſ.ab inte
ſtato:finis loquit̃ qñ agnouit bono.poſſeſ.ex teſtamẽto,quæ
cõuertitur in bon.poſſeſ.ab inteſtato.arg.ff.de leg.præſtan.l.
3 nonnunquã. Non credo ꝙ†dicat verum:quia ſolùm reperio
hoc conſtitutum in filijs,ꝙ vna bono.poſ.in aliã conuertatur:
ſecus in extraneis:vt l.ij.§.ſi ſub conditione.ff.de bon.poſſeſ.
b ſecundũ tab.§.ideo nota. Vltimòᵇ ſcias,ꝙ Iacob.But.diſpu
4 tauit vnã q.†an qñ ſtatutũ facit mẽtionẽ de gradibus , debeat
fieri cõputatio de iure canonico,vel de iure ciuili. Et determi
nauit ipſe ꝙ de iure ciuili.Quod probatur : qa gradus eſt de
iure ciuili. Dicitur enim gradus ad ſimilitudinem ſcalarum:vt
d.l.Iuriſcõſultus.§.gradus.ff.de gradi.co. De iure verò cano
nico non eſt propriè gradus,ſed eſt quidam ſaltus:quia ſaltat
de fratre in fratrem omiſſo patre.Ita determinat ipſe.

De carboniano edicto. *Rubrica.*

1 ☞ *Sicut non poßidens poteſt petere ſe mitti in poſſeßionem ex Carboniano:ita quando poſsidet,poteſt petere quòd bonorum poſſeßio ex Carboniano ſibi confirmetur.*

2 *Poſsidens poterit petere poſſeßionem ſibi confirmari ex edicto diui Adriani.*

3 *Bonorum poſſeßio Carboniana datur illi,cui datur contra tabulas.*

4 *Petens bonorum poſſeßionem Carbonianam,quam ſatiſdationem præſtat.*

5 *Bonorum poſſeßio Carboniana quòd non concurrat cum ordinaria.*

6 *Miſſus in poſſeßionem ex Carboniano quam actionem intentare poſsit,& quando.*

LEX I.

SI tibi ac filio. Hæc eſt peſtilẽtioſa lex, & habet duas lect. Et ſe
cundum vtranq; lect.breuiter dicit:Si filio im
puberi mouetur quæſtio ſtatus,& bonorũ per
Carbo.debet quæſtio in pubertatis tẽpus dif
ferri,& ſatiſdatione præſtita,ſi nõ poſsidet,poſſeſſor conſti
tui:vel ſi poſsidet,eius poſſeſsio confirmari:ſi nõ ſatiſdat,de
bet poſſeſsio ad alios transferri.h.d. Oppo.& videt̃ ꝙ text.
ſibijpſi cõtradicat,dum dicit,filius tuus vendicat reſtitutionẽ.
Nam in eo quod dicit,filius tuus vendicat:innuit ꝙ ipſe erat
actor.In alio ꝙ ſubdit,reſtitutionẽ poſtulari,ĩnuit ꝙ ipſe erat
reus,et alius ab eo reſtitutionẽ petebat.Huius timore ſunt in
glo.duæ lect. Vna,ꝙ hic filius impubes poſsidebat,& alij ab
eo petebant hæreditatem:tunc expone tex.filius tuus vendi
1 cat,ſcilicet retinendo,quã lectu.multum no. Habes†enim ex
ea ꝙ ſicut quis põt petere ſe mitti in poſſeſsionem ex Carbo.
qñ non poſsidebat,ita ꝙ qñ poſsidet,poſſet petere ꝙ ſibi ta
lis poſſeſsio ex Carboniano cõfirmet̃. Et pro hoc facit ff.eo.
l.iij.miſſum.& ibi dixi vobis,de contra tab.l.iij.§.ſi ſub ea. Et
2 ſic†videt̃ etiã ꝙ ille,qui poſsidet,poterit petere poſſeſsionẽ
cõfirmari ſibi ex edicto diui Adriani,oſtenſo teſtõ nõ aboli
to,non vitiato:vt l.fi.j.de edicto diui Adria.tol. Alij verò le
gunt iſtam legem,ꝙ filius non poſsidebat,ſed petebat,& illi
aduerſarij excipiebant illum eſſe ſeruum. Conſuluit Impera
tor ꝙ petat bon.poſſeſ.Carbo.& tũc debet exponi tex.dum
dicit,vendicat:ſtat propriè:dũ dicit reſtitutionẽ poſtulari: in
tellige retinẽdo & defendendo:& ſic ſtat impropriè Opp.
ſ.de ordi.iudi.l.j.Sol.Ibi non expediebat pupillo cauſam ſta
tus deferri:hic ſic. Vel aliter dic vt ibi dicemus. Opp.de l.cũ
ſine.ff.eod.Solu. Hæc intelligitur ſecundũ illam:nam debes
intelligere hic,quãdo filius non eſt inſtitutus,neq; exhæreda
tus,ſed præteritus. Inſtitutus enim habet ſecundũ tab.exhæ
redatus habet querelã:præteritus vero habet Carbo.poſſeſ
3 ſionẽ bonorum.nam hæc eſt regula:†Illi datur Carbo.bono.
poſſeſ.cui contra tabu. Probatur ff.eo.l.j.§.j.in prin. Opp.ff.
eo.l.j.§.& generaliter.& l.de bonis.Sol.Ibi loquitur in præ
teritione à matre cuius præteritio habetur pro exhæredatio
ne,& ideo quia eis nõ competeret contra tabu.nõ competit
Carbo.bono.poſſeſ. Oppo.ff.eo.l.iij.§.duæ.Solu.Fateor ꝙ
debet ſummatim examinari,an expediat pupillo cauſam ſta
tus differri vel non. Gl.format hic quaſdã quæſtiones. Primò
4 quæro,dicitur hic ꝙ ſatis debet dari. †Quæro,de quo præ
ſtatur iſta ſatiſdatio? Gl.ponit duas opi. Prima eſt de reſtituẽ
dis bonis,ſi apparuerit cum poſſeſſorem iniuſtum. Alij dicũt
de vtendo,fruẽdo arbitrio boni viri. Pet.dicit,vnumquodq;
capitulum

a ¶Intẽtare.adde,an filius,qui eſt adeptus ſimpliciter bo.poſ.Carbo.ĩ hęreditate patris,poſsit poſsidere feuda patri cõceſſa.qđ Bal.cõcludit ꝙ ſic,in c. j. in titu.an agna.vel filius.

b ¶Satuta.Adde qđ hic dicit Bal.ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ cõpromiſſum fiat inter affines,nõ includit virũ & vxorẽ:ſed cõtrariũ tenet ipſe Bal.in l.affinitatis. ĵ.cõmunia de ſuc.& & idẽ tenet Paul.de caſ.hic : qa idẽ iuris debet eſſe de eo qui eſt principiũ affinitatis,qđ eſt de affinibus.l.maritus . cũ ibi no.de ꝓcur.& ꝑ rationẽ.Nã propter vnum quodque tale, & illud magis: auth. multo magis. de epiſ.& cle.Dicũt etiã hic Sali. & Bal. ꝙ ſi ſtatutum diſponat,ꝙ vxor nõ poſſit teſtari ſine cõſenſu viri,& vxor vellet ĩſtituere virũ : ꝙ nihilo minus poterit vir cõſentire : de quo hic latius ꝑ eos Tu dic ꝙ Bal. conſuluit cõſi. lxxvij.ij. vol.ꝓ quo facit, qđ cõſuluit idẽ Bal . cõſi.lxxij.inci.In Chriſti noĩe, hæc eſt copia.& volu . ꝙ ſtãte ſtatuto, mulier non poſsit teſtari ſine cõ ſenſu aliorũ,&vnus ex illis fuerit inſtitutus,ꝙ ꝑ hoc nõ vitiat̃ diſpoſitio: quia aliud eſt authoritas, aliud cõſenſus,& poteſt cõſentire vt faciat,nõ vt ſic faciat. Et ꝑ hoc etiam facit qđ cõſuluit Ro. cõſ. cccccv.ꝙ pater authorari poſsit filio volẽti ipſi patri donare cã mortis.et ibi vide pulchre ꝑ eum qualiter differãt authoritas & cõſenſus Idẽ cõſuluit Bal.cõſi.lix.incip.In Chriſti.noĩe factũ tale eſt ij.vol. Qualiter autẽ intelligat̃ ſtatutũ,ꝙ mulier nõ poſsit cõtrahere ſine cõſenſu viri,et vir ſit abſens vide eũdẽ Bal. cõſi. ccccxliiij.ij.volu. Si aũt maritus inſtitutus ab vxore eã occidat,ſucceſsiõe priuatur, non ipſo iure ſed ꝑ ſñiam,& applicat̃ legitimis hæredibus mulieris.Ita cõſuluit Bald.conſi.ccxxiiij.j.volu.

c ¶Spãle. Adde tu, ꝙ cõtrariũ videt̃ velle gl.ibi. Sed cũ iſta cõ cordat gl.in l.j.ff.eo. eo.ti.Et ad materiã huius tituli vide Bald.in l.fi.ſ.vnde legi.vbi ꝙ vir &vxor adinuicẽ nõ ſuccedũt de iure ciuili, niſi in caſu auth.p̃terea.Et adde ꝙ hic titulus nõ habet locũ,qñ dos eẽt cõſtituta ĩ feudo:nec ẽt diſpoſitio auth.p̃terea.vr̃ tex.ĩ c.j.de ĩueſti.quã Titius accepit a Sẽpronio.& tenẽt ibi doc.cõiter,& dicũt ẽt Iac. de Aluaro.ĩ c.j.an ma.ſucce.vxo. Et idẽ vr̃ dicẽdũ in emphyteuta arguẽdo de feudo ad emphyteuſim,ar.ꝓcedit vt ꝑ Spe.ĩ ti.de feu.§.qm̃ ver.xj.et ver. idẽ quoq; iuris. Bar.ĩ l.vt iuriſiurãdi.§.liberi.de ope.lib.& ĩ l.qđ dicit̃ . col. pe.ver.ĩduco ad q.& ibi p̃ Alex.de verb.ob. Itẽ nõ haberet locũ qñ dos eẽt cõſtituta in vſufructu ꝑ p̃dicta & qa finitur morte.§.finitur.Inſti.de vſufru.

d ☞ POMATES. ¶Prẹterea. An locũ habeat & ꝓcedat ĩ viro,& muliere ĩpotẽ.vbi Alb. ĩ l.ſed ẽ q̃ſitũ.ff.de li.& poſthũ.poſt Dy. Et nũqd ẽt ĩ ternis huius aut.ſit locus iuri accreſcẽdi:vid̃ Bal.ĩ l.j.ſ.qñ nõ pe.par. Et an ſi cõ iũx p̃mortuus aliqd alienaſſet ĩ fraudẽ ꝑſonę ſuꝑuiuẽtis illđ poſsit reuocare Cor.hic tenet ꝙ nõ:qa reperit̃ l.cautũ,ꝑ tex.ĩ l.nõ vſq; adeo.ĩ rõne ſui ff.nõ ſi qs a parẽ.fue.ma.tñ nõ qa iſta materia nõ ꝓcedit de ſi̅ibus ad ſimilia. d.l. vſq; adeo.ff.ſi qd a paren.fue.ma. Aliũ modũ formãdi iſtã auth.vide ꝑ Rapha.Cu.cõſi.cxxxj.& vide ad hæc iura ẽt Pan.cõſi.l.vol.ij.& Socin . cviij.

d ☞ P . P A V . P. ¶Præterea circa materiã huius auth.qñ dicatur vxor inopia laborare,& qđ ſi pater eſſet diues,& quo remedio debeat prouidere ne habeat locũ iſta diſpoſitio,vide pulchre omnino Com.cõſi.cxxj.incip.duo fratres.quaſi per totum.vbi ẽt habes an poſsit maritus operari ꝙ ab aliquo dotetur ſalua conſciẽtia ad hoc vt excludatur ab iſto beneficio , notatur ibi. ☞ POMATES.

capitulũ debere in ſatiſdatiõe cõprehẽdi
qđ ſatis placet. Quęro vtrũ ſtat⁹ qõ dif
ferat̃ quo ad matrẽ? Gl.dicit ꝙ nõ:vt . ff.
eo.l.j.§.Rõ,quia ipſi patrui nõ põt obeſ
5 ſe,videbitis in l.j.j.de falſis. †Quęro nũ
qd iſta bonorũ poſſ.cõcurrat cũ ordina
ria? Gl.dicit ꝙ nõ:vt ff.eo. l.ſi impubes.ĩ
6 fine. Dic vt in gl. †Quæro,nunqd miſ
ſus ĩ poſſeſsionẽ ex Carboniano , poſsit
actionẽ intẽtare. Gl.hoc tãgit etiã in l.q
de inofficioſo.de inof.teſt.& ff.eo. l.pen.
Iſta eſt veritas: Aut ipſe nõ ſatiſdedit:&
a tũc nõ põt intẽtareᵃ actionẽ. Aut ſatiſde
dit:& tũc aut vult intẽtare directã,tanq̃
hæres:& nõ põt. Aut vult intẽtare tanq̃
bono.poſſeſ.Carbo.& põt:vt ff.e.l.pe.et
leg.iij.§.miſſum.et ille declarat iſtam ma
teriam.

LEX II.

CArbonianum. Bonorũ poſ
ſeſsio Carboniana cõcedit̃ ꝓba
tis ſummariè his,quæ hac l.dicuntur.h.d.
Opp.nã ſi hoc probaret̃ eſſe matrimo
niũ indubitatũ,& part⁹ legitimus:iſte in
petitiõe hr̃ditatis vinceret : ideo fruſtra
Carbonianũ ſibi ſubuenit.Sol.Intelligit̃
ꝙ in hac bon.poſ.debet probari ſumma
riè,& ſemiplenè. In petitione hæredita
tis debet ꝓbari verè. Quęro , ĩtra quã
tũ tẽp⁹ debeat peti iſta bon.poſ. Gl. dicit
intra annum,ſicut aliæ:vt l.iij. §. miſſum.
verſi.hæc autem poſſeſsio.ff.eo.

Vnde vir & vxor. *Rubrica.*

1 *Stante ſtatuto quòd mulieres,uel minores non poſſunt contrahere ſine conſenſu duorum propinquorum conſanguineorum , affines ex parte uiri, uel uxoris non admittuntur.*

2 *Caſus in quibus uxor non ſuccedit.*

LEX vnica.

MAritus. Nõ exiſtẽtibus agnatis,
ſeu cognatis cõiuges inui
cẽ ſibi ſucedũt,& fiſcũ ex
cludunt.h.d. Nota ex hac
1 l.†ꝙ ꝑ ſtatutaᵇ,quę dicũt ꝙ mulieres vel
b minores nõ pñt cõtrahere ſine conſenſu
duorũ ꝓpinquorũ, vel duorũ cõſangui
neorũ,& ſimilia verba: ꝙ affines ex ꝑte
vxoris,vel viri,nõ admittunt̃ . Vir & v
xor nõ dicunt̃ inuicẽ propinqui,nec etiã
alij affines. Vide text.ibi:ſeu propinquo
rum,&c. Oppo.j.ſi imperialis li.ſoci.l.
c j.lib.x.Sol.Speciale ᶜ eſt in illo ſocio,qui
præcedit vxorem. Oppo. j.de hæred.
decur.l.j.Sol.Ibi ſunt q̃dã aliæ perſonæ,
q̃ excludũt fiſcum:tamẽ illæ perſonæ ex
cludũt ab vxore,viro. Ita dicit gl.hic cõ
trariũ dicit gl.in l.j.ff.eo.ſ.ꝙ ille perſonæ,
de quibus dicitur in tit.de hære.decur.ex
cludunt vxorẽ.Iſta gl.eſt verior. Caſus
eſt in l.ſi quis presbyter.ſ.de epiſ.& cler.
2 †Quæro vtrũ ſint alij caſus,in qbus v
xor ſuccedat viro.Gl.dicit ꝙ ſic.j.de bo.
ma.l.iij.Item eſt alius caſus in auth.vt lic.
mat.& auiæ.§.quia verò.& vide auth. p̃
terea.quæ inde ſumitur.

1 ☞ *Legatum factum ſimpliciter,quando videatur factum animo compenſandi.*

2 *Legatum factum per vxorem viro,ꝙ computatur in lucro debito uiro,ex forma ſtatuti vxore præmoriente.*

5 *Quis dicatur locuples uel pauper.remißiue.*

4 *Diſpoſitio huius auth. habet locum aſcendentibus exiſtentibus.*

5 *Hæc auth.quomodo habeat locum collateralibus tãtũ exiſtentibus.*

d PRæterea.ᵈ No.& ſigna bñ
fine huius aut̃. q̃
eſt valde notabilis,ibi ĩputabit̃ le
gatũ,&c. Op.ad iſtũ finẽ extra gl. ſ.de
1 rei vxo.act.§.ſciẽdũ.Sol.†Ibi loqtur, qñ
erat debitũ ex facto defũcti:tũc em̃ lega
tũ factũ ſimpliciter,nõ vr̃ factũ aĩo cõpẽ
ſandi:hic loqtur qñ debitũ erat ex diſpo
ſitiõe legali,ĩ quo ĩputat̃ legatũ.Simile vi
detis ĩ legitĩa,q̃ debet̃ filio,vel patrono,
e ſeu parẽti:vel qm̃ nouella.ᵉ ſ.de ĩof. teſt.
2 Et ꝑ hoc apparet,ꝙ†qñ vxor relinqt ali
f qd viro,cõputariᶠ debet ĩ illa portiõe quã
g vir debet lucrari ex forma ſtatutiᵍ.Caſus
eſt hic. Pro hoc.ff.ſol.mat.l.ſi cũ dotẽ. §.ſi
3 pr̃.& ibi Ia.de Are.& ibi dr̃. Quæro,†
h qs dicat̃ locuples,vel pauperʰ. Gl. dubi
tat. Dicit hoc examinãdũ eẽ officio iudi
cis. Alibi dicit hoc ꝓbari ꝑ vulgi opinio
nẽ:vt habuiſtis no.ſ.de iure dot.l.vbi ad
huc. Aliter vr̃ no.Inſt.de exc.tu.§.itẽ pro
pter paupertatẽ.qđ dic vt plenè examina
ni.ff.ſo.ma.l.ſi cõſtãte.ĩ pri.ĩ rep.quã fecit
4 de illa l. Vlterius q̃ro,† qd ſi aſcẽdẽtes
ſupſunt,& nõ deſcẽdẽtes. Gl.dicit idẽ qđ
5 de deſcẽdẽtibus:qa eadẽ eſt rõ. Quęro,
quid ſi nullus ſupereſt aſcendens,vel de
ſcendens,ſed alij collaterales. Opi. ſunt ĩ
gloſſ. Putarem dicẽdum ꝙ eo caſu vxor
i lucrareturⁱ proprietatẽ quartæ portionis.

e ¶Quoniã nouella. Meliusfacit l. omni modo.ibi poſita.C. e.ti.Eſt tamẽ aduertẽdũ ꝙ dũ Bal.allegat̃.l.qm̃ nouella. ꝙ ſentit ꝙ hæc auth.ẽt ꝓcederet quoties reliquerent aliqd ĩter viuos.quod colligit hic Pe.& ſe.Decius.

f Cõputari. Adde plene de hoc per doc.in d.§.ſi pr̃.& ꝑ Bald. hic,& conſ.lxiiij.iij. vo.vbi vr̃ ꝑſiſtere ĩ opi.qđ nõ cõpẽſet̃. dicit tũ cõis opinio eſt in cõtrariũ.Et illo caſu,in quo conſuluit,dicit ꝙ illa difficultas ceſſabat:quia expreſſe dictum fuerat qđ cõpenſaret . ☞ P . P A V . P.

g ¶Ex forma ſtatuti. Vide oĩno pulchrũ cõſiliũ Cõ.in conſi. xlviij.ĩc.ſtatutũ Florẽtiæ dictat vbi conſuluit qđ ſtãte ſtatuto qđ maritus lucretur dotẽ nõ extãtibus filijs primi mr̃imonij.Si vero ſint filij ipſius mariti ſuccedit qđ ꝑ hãc gloſ. nõ tenet̃ faciẽs teſtamẽtũ relinquere filijs ipſius mariti vltra legitimã: licet ſi non eſſent filij mariti, ĩ totũ excluderet filios primi matrimonij:vide ibi ſubtiliter ꝑ eũ. Adde ẽt de materia huius ſtatuti q̃ ſcripſi in l.hac edictali.ſ.de ſecũdis nuptijs.vbi vide oĩno & late Iaſ.hic in v.col.& ſe. Itẽ iſtam auth.et eius materiã dñs Fran. de Pepis late repetit. Item de materia huius auth. vid̃ late Are.ĩ trac, de teſt.in gl. in verbo,nolẽs ab inteſtato decedere.ĩ xj.col, & duab.ſeq. Itẽ add̃ quod iſta quarta,de qua ĩ iſta auth.ñ habet locũ ĩ feudalibus tex.eſt & ibi Bald.ĩ c.j.§.fi.de inueſt. de re alie.fac.Bald.in c. j.an mari.ſucce.vxori in bñfi. Quid aũt ſi vxor tp̄e mortis eſſet ĩops poſtea efficeretur diues,an poſſet petere iſtam quartam,vide late Decium quæ ſic in conſi.xxiiij.Item de materia iſtius authen.& quod procedat, etiam ſi vxor haberet dotem paternam , vide Barb.conſil.xxiiij.volu . quarto,in primo, dubio.

h ¶Pauper. Adde per eundem Bar.in l.ſi conſtante.ff.ſolu. mat.per Ang. & Bal.in l.ſi vero.§.qui pro rei.ff.qui ſatiſ.cog.ꝑ Canoniſtas in c. Odoardus. extra,de ſol.per Bal.in l. paupertas.de excu.tut. & in l.ad declinanda. de epiſ.& cler.no.in auth.de hære.& fal.in §.ſi vero abſint in ver.ſubſtantia. Et alias remiſsiões vide in d.l.ſi conſtante.& ibi per Alex.etiam,cui adde Bal. conſi.cxcij.lib.iij.

i ¶Lucraretur . Adde quod induxit iſtum tex.ibi circa medium,dum dicit, alteriuſve matrimonij. Ex quo patet quod liberi primi matrimonij non impediunt lucrum prouenieng ex iſta authen.ad q. ſtatuti diſponentis , quod vir lucretur dimidiam partem dotis vxoris præmortuæ decedentis in matrimonio ſine liberis: & vxor ex hoc matrimonio ſi habeat liberos , habeat tñ ex primo tres vel quatuor. Bald.dicit, quod hæc auth.facit qđ maritus debeat lucrari dimidiã,non ſcd̃m diſpoſitionẽ legis hac edictali. Paul.

de Caſ.reprehendit,dicẽs ꝙ hæc auth.nihil facit: quia hic in nullo minus eſt melioris cõditiõis quã vnus ex filijs:qa ſi ſunt tres,maritus habebit quartã, ſi eſt vnus,ſimiliter maritus habebit quartã:ille filius alias tres partes Mulier tñ habẽs filios ex prio mrĩmonio,nõ põt dare dotẽ marito cũ ſpe lucrãdi vltra quã vnus ex filijs primi matrimonij ſit habiturus:per l.hac edictali.de ſecũ.nupt.Et ꝓ hoc vltio vide qđ Bal. dixit eius cõſil.cxlvij.ij.li.vbi dicit, ꝙ ſi ſcđo vir ſtipulatus fuerit dotẽ ꝓ liberis ſuis,nõ valet ſtipulatio:qa in fraudẽ l. hac edictali. Et ita dicit fuiſſe obtentũ à do.Frãc.de Albe. do.Rich.de Sal.quã quã ipſe teneret par tã cõtratriã tũc.Et vide ad dictũ Bal. quod ipſe cõſuluit ĩ terminis eius, conſi. xiiij. inci. q. formatur per Iaco.But.

a ❡Inſpiciat. Adde ꝙ Bal.& Pau. de caſt. dicunt,ꝙ hæc auth. habeat locũ etiã ex teſtamẽto, qñ maritus feciſſet teſtamentũ,& inſtituiſſet alios:& nihil reliquiſſet ipſi vxori:qa vxor poterit petere quartã cõd.ex hac l. quã defunctus ſibi auferre non potuit. arg.in auth.presbyteros.C.de epiſc. & cle. Idẽ tenet Sali.ꝑ tex.hic in verſ.ſuccedat.Idẽ tenet Rom. hic. & ĩ l. diuortio. ſo.ma.Pro quo alle. gl.in auth. de hære. & fal.in §.ſi vero expreſſim. in ver.hæredẽ.dicebat hic Sali.ꝙ ſi tamẽ tamẽ teſtator legauit vxori cũ hoc ꝙ plus petere nõ poſſet,licet minus quarta,nõ poterit agere. De quo latius hic per Alexã.

P. PAV. P.

b ❡De collationibus Circa iſtã materiã collationis nota ꝙ obligatus conferre, ita demum teneatur ſi fuit interpellatus,vide Alex. cõſi. cccclxxix.col. ij. Itẽ pro cautela ad euitãdũ collationẽ, vide ꝑ Cepo. cautela cciiij.Itẽ nũquid dos, quã lucrat maritus ex forma ſtatuti veniat in collatione,vide Ro.conſi. ccccvj. & cccclxxj. Bart.in trac.de duob.fratri. in ij. col. vbi multa ponit an ea, quę frater acquiſiuit viuo patre,& quæ ei donata fuerunt ab extraneo vel a patre, cõferre teneat, vide Bal. in tract.ſeq. in pe.& vlt.col. Nũqd aũt lucrũ ex officijs publicis habitũ, ſit cõicãdũ,& quid de expẽſa facta in vxore ducẽda, vide Roma.conſi. cccclxiiij. Itẽ an dos data filię, computetur nepoti in legitima in bonis aui materni, vide Pau.de caſt.cõſ.lxij.

Iſta enim l.videt velle,ꝙ iſta vxor nõ habeat vltra q̃rtã portionẽ,ſi bñ inſpiciat.[a] a

De repudianda bonorum poſſeſſione. Rubrica.

LEX I.

EMancipatus. In repudiatione bo.poſ.nõ req̃rit præſentia aduocati. Fallit in fiſco, in quo requirit præſentia aduocati.h.d.etiã in actib⁹ extraiudicialibus:vt probat gloſſella huius legis relata ad text.

LEX II.

FIlio. Pater non poteſt repudiare bonorum poſſeſsionem filio delatam.hoc dicit.

b *De collationibus.*[b] *Rubrica.*

Quia ſuccedentes inuicem conferunt quandocunq; bona:ideo ponitur titulus de collationibus.

LEX I.

EMancipatos. Inter ſuccedentes ex teſtamẽto nõ eſt locus collationi:niſi aliud ſit à teſtatore expreſſum.h.d. Opp.de l.filius emãcipatus. ff. de col.do.Sol.Ibi ſucceſsit ab inteſtato ꝑ errorẽ:ideo eſt idem,ac ſi ex teſtamento ſucceſsiſſet. Opp.ff.de inof.teſt.l. ſi nõ mortis.ij.rñ.Sol.Illa cõcordat,ſi bene inſpiciatur. Opp.in aut.de triẽ. & ſemiſ. §.illud.colla.iij.Sol.Per illã aut. de triente.corrigitur iſta lex:vnde vide aut.ex teſtamento.quæ hic ponitur.

1 *Filius an teneatur conferre donationem ſibi factam per patrem.*

c EX teſtamento.[c] Hæc aut.per omnia contradicit l.j.C.& corrigit.In hac aut.ponitur quædam opinio, vtrum ſimplex donatio veniat cõferenda. In glo.noſtra fuerunt opin. Do.Dy. poſtea diſputauit iſtam q. & Cy.eam recitat hic breuiter omiſsis allegationibus: quia ſunt multæ. Do. Dyn. determinat
1 ſic,& bene. Aut † donatio fit ſimpliciter
d filio emancipato:& illa confertur[d]: vt j. eo.l.vt liberis.§.fi. Aut fit filio in poteſta
e te:& iſta nõ cõfertur[e] regulariter. Ratio quia iſta donatio nõ valet in vita : ſed aſſumit ſibi vim poſt mortem , & habetur vt legatum,vel fideicommiſſum : vt l. in donationibus.j.ad leg.falc.& l. donationes.ṡ.de dona.inter vir.& vxo. ſed legata,& fideicõmiſſa,nõ cõferuntur:vt j.eo. l.à patre.ergo nec talis donatio. Fallit in caſibus.Primò quando emergit inęqualitas:vt l.penult.j.eodẽ.Secundò , ſcilicet quando pater hoc expreſsit.argu.l.ſi quãdo.§ fi.ṡ.de inoffi teſta. Tertiò , quando dedit vt haberet in peculio:vt l. ſi dõnatione.infrà eodem.& ita communiter tenetur.

Alex.conſi.xxiiij.Pau.conſi.cxxiiij.in ij.col.& omnino eundẽ late cõſi. ccl. & ſeq.vbi etiã ponit quid ſi teſtator illud expreſſe diſpoſuit , & ſi ponit ibi an ſi teſtator mandat aliquid cõferre,quod nõ poſſet expreſſe cõferre. Quid autẽ in iocalibus emptis per patrẽ nurui,an ſint conferenda per filios , vide Pau.conſi.clxxxiiij.ad fin.Itẽ alia in materia vide ad Bar.in l.j.§.nec caſtrẽſe.ff.de coll.bonorũ.

LEX II.

f SI pater.[f] Dos promiſſa confert liberatione, vel cautione , vel indemnitate interpoſita.

1 *An valeat pactum factum cum marito, ne liberi ex eo matrimonio ſuccedant.*

LEX III.

g PActum.[g] Pactũ ꝙ filia dote cõtenta nõ ſuccedat,non valet:ſed ſuccedit , & cõfert dotẽ.h.d. Quærit gl. vtrũ iſtud confirmetur iuramento. Quidã ꝙ ſic Gl. cõtra per l.nõ dubiũ.ṡ.de legib. Veritas
h eſt ꝙ iuramento confirmatur[h]:vt in c. q̃uis.[i] extra,de pact.lib.vj.quod plenè de
i
1 claraui ibi in l.fi.ṡ.de pact. †Quęrit gl. vtrũ pactũ factũ ab vxore cũ marito , ne liberi ex ea nati ſuccedant,valeat? Gl.dicit ꝙ nõ,per l.trãſactiõe matris.ṡ.de trãſact.licert cõtrariũ poſſet dici per l.imperialem.§.fin.de prohi.feu. alie. per Fede. Sed ibi de hoc nihil dicitur : ſed alibi habemus duos tex. Primus eſt de filijs natis ex matrimonio ad morganaticã contracto.c.j.& ſi de feu.fue.cõtrouer.§. filij. vbi expreſsè dicitur ꝙ tale pactũ de iure non valet:ſed vſus approbauit. Intellige vſus Mediolanenſis: vt ibi dicitur. Vbi autem non eſſet talis,ſtarem iuri communi, ſcilicet quòd tale pactum non valeat.

k FIliæ dotẽ.[k] Filia cõfert dotẽ profectitiã,& aduẽtitiã ſuis,emãcipatis ꝓfectitiã tantũ.h.d.Iſta no.lex & multũ aperit de iſta materia,& eſt clauis quaſi iſti⁹ materiæ. Opp.hic innuit ꝙ filia,q̃ ſuccedit ꝑ cõtratab.nõ ſuccedit ab inteſtato . Sol. Hic voluit notare differentiã : Aut filia ſuccedit nullo facto teſtõ , aut aliquo facto teſtõ,ſed rupto. Opp.de l.ſi emãcipati.j.e.Sol.Circa hoc eſt magnũ dubiũ : vt ibi examinabo. Quærit gl.quid ſi teſtm̃ fuit pro parte ruptũ,& pro parte validũ. Reſpondet glo. ꝙ nõ eſt locus collationi:vt l.pater filium.ff.de colla.dotis.

1 *Quando dos conferatur, & qualiter conferatur.*

l DOtis.[l] Dos data cõſtante matrimonio,cõfert minus accipiẽdo.h.d. Opp.& videt ꝙ dos cõferat liberãdo:vt ṡ.e.l.ij.vel re ipſa
1 cõferẽdo:vt ṡ.l.proxi.Sol.† Aduerte , & rogo vt teneas tres caſus. Qñq; eſt promiſſa,& nõ ſoluta:tunc cõfert liberãdo, vel de indẽnitate cauẽdo:vt ṡ.e.l.ij. Qñq; dos eſt ꝓmiſſa,& ſoluta,& à filia recuperata:& tũc cõfert re ipſa ponẽdo dotẽ in medio:vt ṡ.l.ꝓx. Qñq; dos eſt ſoluta, & promiſſa,non recuperata , nec poteſt recuperari,quia matrimonium durat,tunc confert minus recipiendo,vt hic. Verum quia hodie eſt facta quædam conſtitutio quæ eſt de æqualitate dotis,& ante nuptias donationis.§.illud quoq;. determinans iſtam legem,& ideo videas authen. quod locum.quæ ponitur hic immediate.hoc dicit.

POMATES.

c ❡Ex teſtamẽto. Vide Soci.cõſi.xcj.col. ij. & ꝑ totũ. vbi in ſpecie tãgit quid iuris,quando donatio eſſet valida in vita patris.

P. PAV. P.

c ❡Ex teſtamẽto. Circa materiam iſtius auth.an donatio facta filio emãcipato ſit cõferenda, quãdo cõferẽdæ eſſent portiões ĩæquales,vide late Deciũ cõſi. lix.

d ❡Illa confert. Adde vltra ea quæ hic dicũtur per Bart.& Bal.& Pau.de Caſ. & alios,q cõiter trãſeũt in hoc cũ Bart. Old.cõſi. cxxxviij. inci. thema tale eſt, Durandus.

e ❡Nõ confert. Adde eundẽ Old.in terminis conſi.clj. incip.ſi quis verba donat.

POMATES.

f ❡Si pater. Ad iſtã legẽ & ſimiles, vide Bal.in l.filia legatorũ.in j.no. ĩ.de lega. cum quo tenuit ibi Ful.& Decius, licet ibi cõtra Salice.

P. PAV. P.

g ❡Pactũ. Circa materiã huius l. ad validandũ tale pactũ,vide Cepo.cautelã cc.

POMATES.

h ❡Ex iuramẽto confirmatur. Vide pulchre ꝑ bar.cõſ.xxij. col.v.in j.vo.& vide Alex.cõſ.xlij. co. iij.vol. j. & Capra. xxix.in iij.dubio.

i ❡C. quãuis . Adde Pau.de Caſt. conſi. clxxvij. ad intellectũ illius c. ſed melius ꝑ Pet.de anc.cõſi.xxxvij. An aũt ſi filia renũciãdo p̄iudicet nepotibus & ſic filijs ſuis,vide hic ꝑ Pau de caſ.& in l. q ſuperſtitis.de acqui. poſ.& Oldr. cõſi.xl. ĩci.breuiter.& Pau. de caſ.cõſ.cccxj. An autẽ ſi filia renũciauit pr̃i & fratribus, ſi fratres moriantur abſq; liberis,illa renũciatio noceat: vide Bal.conſil. ccclxix.iij.volumine.

P. PAV. P.

k ❡Filiæ dotẽ. Nũqd autẽ filius ſuccedens matri teneat cõferre dotẽ datam a matre eius filię,vide Alex. cõſi.xxvj.in ij . col.

POMATES.

l ❡Dotis . Dos quẽadmodum conferatur:caſum potes addere:licet videatur ꝙ poſsit ſub primo cõprehendi.in l. j.§. ſi ſub conditione. ff. de colla.dotis.

Filia

1 *Filia in dote aduentitia,ſine patris conſenſu agit.*
2 *Dos magna vel parua, dicitur ſecundum qualitatem perſonarum.*
Vir qualiter dicatur ad inopiam vergere.
4 *Si filius,cui pater dedit pecuniam pro emendis libris,illam conſumpſit,debet illa ſibi in partem imputari.*

QVod locum. Opp. de l.cũ non ſolùm. §. neceſsitate. j.de bo.quę lib. Solu. Specialis caſus eſt hic in hac aut. vbi filia poteſt agere ſine patris conſenſu in tribus caſibus,qui in hac aut. notan
1 tur.† Verũtamẽ gl.tua dubitat in vno caſu tantũ, videlicet qñ dos eſt aduentitia. Tu dic hoc caſu,ꝙ patris conſenſus nõ req̃ritur.Hoc tenet glo.ſol.mat.l.ij.§.quòd ſi in patris. Opp.ꝙ actio dotis ſit cõmunis patris & filiæ:vt d.l.ij.§.quòd ſi in patris.ff.ſol.mat.Solu.Fallit in caſibus,qui ponũtur in hac lege.
2 †Quęrit glo.quæ dicatur dos magna,vel parua.Certè dicit gl.ſecũdũ qualitatẽ perſonarũ.argu.ff.de iure dot.l.ſiue gene
3 ralis. Quęro,dicitur hic,viro ad inopiam vergẽte. †Quęro quando dicatur vir vergere ad inopiã.Certè domini , verba tex.in corpore hoc non dicũt:ſed dicũt,viro inchoãte male vti ſubſtantia ſua.Et inter iſta verba eſt magna diuerſitas:
4 vt l. ſi cõſtante.in prin.ff.ſolu.matri. †Vltimò hæc auth. inducitur in argum.ad quæſtionẽ:vt ſi pater dedit pecuniam fi
a lio[a] pro emẽdis libris,& ipſe luſit vel meretricatus eſt , vel qđ peius eſt,inglutinauit :modò quærit,nunquid iſta pecunia ſic
b conſumpta veniat in collationẽ,[b] vt ſibi in partẽ ſuam cõputetur? Iſte tex.eſt in argum.ꝙ ſic:quia cũ poteſt imputari mulieri,quæ paſſa eſt dotem conſumi,computatur in partem ſuam: ergo quando poteſt imputari filio,qui illã pecuniam cõſumpſit,videtur ꝙ ſibi computari debeat in collationem.

c EAdemum.[c] Filij emancipati conferunt bona ſua deducto ære alieno.h.d.

FIliam. Qui ex teſtamẽto ſuccedit,dotem confert. h.d.& eſt correcta hæc lex per aut.ex teſtamento.ṡ.eodem titu.

1 *Collatio quo iure fiat.*

SI ſoror. Si diuiſio eſt facta à partib⁹,vel à iudice, & collatio ſit omiſſa,vt conferatur iterũ poteſt agi.h.d. Ad illud , qđ dicit de arbitrio dato, opp.ff.fami.erc.l.cũ putarẽ.Solu.Dicũt quidã , ibi diuiſio fuit facta à iudice,hic ab arbitro compromiſſario,cuius ſententiæ nõ paret,niſi metu pœnę:ideo hoc põt agi ad pœnã. Vel veri⁹ hic petẽdo collationẽ,nõ venit cõtra diuiſionẽ,& iſta vr̃ ve
1 ra. Quęro,quo iure fit collatio? Tex.hic vr̃ dicere,iudicis officio. Vide tex.& idẽ de colla.do.l.j.in prin.In cõtrariũ ꝙ fiat ꝑ denegationẽ actiõis:vt j.e.l.poſthumo.& l.filiæ. Veritas eſt quòd vtroq; modo fit collatio. Aut enim collatio petitur ab eo,qui poſsidet partem ſuam hæreditatis : tunc petitur officio iudicis:vt hic. Aut collatio petit ab eo qui nõ poſsidet:ſed petit partẽ ſuã hæreditatis:& tũc fiet denegãdo ſibi actionẽ.
d Nõ enim admittet ad petẽdũ,[d] niſi cõferat.Ita videtur glo.j. eo.l.poſthumo.& l.prætor.in prin.ff.eod.

APatre. Quæ in vltima volũtate relinquũtur, ĩ collationẽ nõ veniũt. h. d. No.hanc regulam, ꝙ de iure legati vel fideicommiſsi,quę relinquuntur ex teſtamento , non veniũt in collationem. Dicã vobis in l.ſi emancipati.j.eodem.

POſthumo. Poſthumus ꝑterit⁹ ſuccedẽs cũ fratribus,cõfert bona ſua,& nolẽti cõferre,denegant.h.d. No.quòd quis cogitur ad collationem, per denegationem actionis. Dixi vobis ṡ.eodem. l. ſi ſoror.quod nota.

1 *Quis cogitur ad collationem per denegationem actionis.*
2 *Peculium profectitium quòd venit diuidendum.*
3 *Peculium caſtrenſe uel quaſi,quòd non ueniat in collationem.*
4 *Libri empti pro filio per patrem,non ueniunt in collationem.*

FIliæ. Ei,qui non confert dotem, denegãtur actiones:& filius omnia debet conferre , excepto
1 caſtrenſi,ver quaſi.hoc dicit. †Not. quòd ad collationem quis coercetur per denegationem actionis : vt ſuprà
2 l.proxim.dixi.& ſuprà eodem.l.ſi ſoror. † Nota ſecundò, quòd peculium profectitium venit diuidendum. Et aduerte: quia textus nõ dixit,quòd veniat in collationem : quia illud cõfertur qđ in bonis patris eſt:vt l. certũ. ṡ.fam.er.iõ nõ põt dici ꝙ veniat in colla
3 tionẽ,ſed in diuiſionẽ. †Nota tertiò,ꝙ
e peculiũ caſtrẽſe,[e] vel quaſi,non venit in
4 collationẽ. Et ex hoc dicit. Dy.†ꝙ ſi pr̃ emit filio libros,nõ veniũt in collationem quia videtur peculium quaſi caſtrẽſe. Ita dicit Dyn.in l.j.§.nec caſtrenſe.ff.eo.Gl. tangit in l.filiæ.ṡ.fam.erciſcun.

1 *Pater donans filio ſimpliciter,in dubio an videatur donaſſe vt filio,an vt benemerito.*
2 *Aſſertio patris donãtis filio vt bene merito, ꝙ non probet meritum.*
3 *Confitens in inſtrumento aliquem mercatorem, vel artificẽ,an videatur probatũ ipſum mercatorẽ vel artificem.*
4 *Datũ filio per patrẽ,qualiter & quo caſu conferatur.*

SI donatione. Quæſita poſt mortẽ nõ veniunt in collationẽ: & conceſſum in peculio,venit diuidẽdũ.h.d. Opp.ꝙ donata à patre filiæ in poteſtate, nõ veniãt in collationẽ:vt.ṡ.fam.erciſ.l.filiæ.dixi in aut.ex teſtamẽto.ṡ. e.Sol.Dicit gl.hic pr̃ donauit cõcedẽda ĩ peculiũ: in lege cõtraria,donauit cõferẽs in ſupremũ iudiciũ,vel vt extraneo,vel vt benemerito. Vide gl.Iſta ſol.vr̃ contra text. q̃ dicit,ꝙ donauit ĩter viuos.Sed gl.voluit dicere ꝙ donauit inter viuos : q̃ donatio nõ valet in vita,ſed cõfirmatur morte, tã quã ſupremũ iudiciũ.Ita intelligit gl . hic cõceſsit in peculiũ.Cõtra iſtã ſol.iterũ oppo.qñ pater donauit filio,vt benemerito ſtatim valet donatio:vt ṡ.de inof.teſt.auth.vñ et ſi parẽs.ergo nõ põt dici ꝙ habet vim ſupremi iudicij. Rñdeo,ꝙ hæc gl.dicit veritatẽ ſecũdũ iura antiqua:ſed ſcđm iura noua,ſecundũ q̃ illud,qđ q̃rit filius ex oꝑa ſua,dr̃ aduentitiũ:vt l.cũ oportet. in prin.j.de bo.quæ libe.dicit verũ gl.cõtraria. Nã ponamus filiũ p̄ſtitiſſe tot operas patri ſuo,ꝙ ẽt ſi eſſet extraneus , meruiſſet iſtam donationẽ:tũc pater ſibi donãdo vt extraneo,& benemerito,ſtatim valet donatio:q̃rit enim ex opera ſua: &
1 ſic eſt aduẽtitiũ,& nõ profectitiũ. †Sed q̃ro,quid in dubio, qñ pater donat filio ſimpliciter,vtrũ videatur donare vt filio aut vt bñmerito? Dicit gl.notabiliter,de
f bemus inſpicere,ſi præceſſerint merita,[f] qbus interueniẽtibus nõ eẽt donatio ſimplex,ſed facta ob merita:ita ſi nullũ meri
2 tum præceſſerit,vr̃ ſimplex donatio: †ẽt ſi pater dixerit in inſtrumento,dono tibi vt extraneo ꝓpter merita illa.talis eñ cõceſsio fidẽ nõ faceret: vt l.caſtrenſe . & l.

a POMATES. ❡Pecuniã filio. Nunqd filius q cõſumpſit ĩ malos vſus pecuniam,quam pater ſibi dedit pro emendis,&c. Vide ad hæc quæ ponit Alex.in l.ſi cum dotem.§.ſi poſt ſolutum.in iij.col.verſi. & faciunt prædicta.quia ſi pater in vita.ff.ſol.matrimonio.

b In collationem. Adde ꝙ cõtrariũ tenet Cy.& Pau.de Ca.q Pau.dicit,ꝙ ẽt ſi nõ cõſũpſiſſet , nõ cõputaſſet ꝑ l. q̃ pr̃ filio.ff.fa.er.ergo nec nũc ſed ſolũ ĩ hoc punitur,ꝙ pr̃ iterũ ſibi dare nõ cogitur.per id qđ no. in l.ſi cum dotẽ.§.j.ff. ſol. mat. Dotẽ tñ filia tenetur cõferre,ẽt ſi eẽt ꝑdita ſui culpa.Sed iudicio meo cõtra hoc facit qđ dictũ eſt in l.j.ff.ſol.mat. ꝑ doc. ꝙ cã dotis, & ſtudij a pari ꝓcedũt.Si ergo hoc eſt,vt dos cõferatur:eodẽ mõ venit cõferẽdũ ,qđ datur cauſa ſtudij.Pro hoc ꝙ eã dotis,et ſtudij parificãtur, facit qđ cõſuluit Ro.cõſi.cxlv . ꝙ ſicut ſocius omniũ bonorũ nõ põt filiã dotare de cõi ſine licẽtia ſocij.l.ſi ſocius ꝓ filia. iũcta gloſſella ibi.ff. ꝓ ſo.Ita ꝙ nec ſocius põt emere libros ꝓ filio,nec facere ĩpenſas ſtudij, cũ onus ipſũ ſtudij filiale ſit, p̄ter grãmaticã,ipſi patri volũtariũ: vt no.ꝑ Bar.ff.de Car.edi.l.de bo.§.nõ ſolum. Pro quo dicit Ro.videri caſum in d.l.q̃ pr̃.Et an pater poſsit cõpelli, vt filio ſtudere volẽti expẽſas ĩpẽdat:& an libri ſint cõferendi, ſi fuerint empti : vide Pau.de Caſt. conſi. clxxxiiij.

POMATES.

c ❡Ea demũ. Ad iſtã l.& ſimiles,vide Alexan.in auth.ex teſtamẽto.ĩ ij.co.ṡ.eo. allegãdo l.pe . iũcta gl.ff.e.Eã amplia,vt ꝓcedat in q̃ſitis ĩ vita defũcti reuocabiliter: qa parificãtur cũ q̃ſitis poſt mortẽ q̃ nõ cõferũtur,& ibi ſeqtur Decius.

POMATES.

d ❡Ad petendũ , niſi cõferat. Vide ad iſtũ tex. Alc.cõſi.cx.col. ij.vo.iij.vbi dicit ꝙ qs ñ tenet cõferre ꝑ eũ,niſi ab ipõ petat.

POMATES.

e ❡Peculiũ caſtrenſe. Viđ Al.cõſi.cccclxxvj.inc.circa primã cõſultationẽ.Pau.đ Ca.ĩ cõſi.clxxxij.vide ad fallẽ.Barto.in l. Caio.in prin.ff.de ali.& cib.leg.Bar. Vero.caute.clvj. quã reſtringit Bar.in l.ſacroſanctę.& in l.cum lege Leonina.C.de epiſc.& cle.Alex.in l.j.in fi.ff.ſol.matri.

f Si merita p̄ceſſerint. Adde quod gl.videtur velle ꝙ ſi merita præceſſerint licet in inſtrumẽto nihil dicatur, ꝙ donatio valeat.Et cũ hac gl.cõiter tranſſeunt doct.Pro quo facit l.ſi vero nõ remunerãdi.§.idẽ Papinia . ff.manda. Bald.tamen dicit quod in dubio debet intelligi,quod potius donat filia ꝓpter effectũ naturalẽ,quã propter merita.Et cũ Bal.tenet Ro. hic. Tamen ſecũdũ do. Alex.neceſſe eſt intelligere dictũ Bal.quãdo nõ apparebãt merita p̄ceſsiſſe.Pro quo dicto Bal.facit,qđ cõſuluit Pau.de Ca.cõſi.cv.ꝙ ſi pater donat filio,& in inſtrumẽto dicat ꝓpter merita,& etiã affectiõe ſanguinis,ꝙ iſta rõ præponderat,& iſta attenditur.all.tex.in l.tutor.§.qui tutoribus.ff.de exc.tu.Et ꝙ ſic donatio nõ valebit.Et neceſſe ſit merita apparere, tenuit Bal.cõſ.ccccvij.iij.vo. An aũt dõatio ĩter patrẽ et filiũ firmet iuramẽto,Bal.vr̃ velle qđ ſic.cõſ.ccclx.iij.vol.de quo ẽt ꝑ Pau.de Ca.ĩ dicto cõſi.

a ✠P.P A V.P. ¶De caſt.pec. Vide q̃ ibi addidi. Et de hac cõfeſſiõe, et qualia debẽt eſſe merita. vide Alex. cõſi.lv.in ij.col.& ſeq. & cõſi.cj.ĩ iiij.col.ad fi. vide Iaſ.hic late, & in auth.vñ ſi parẽs.in vlt.col.de inof.teſt.vbi ponit ẽt qd ſi pater ſpecificaret q̃ & qualia eſſent merita, an crederẽt ei: & qd ſi iuraſſet ꝓut etiã ponit ĩ l.frater a fratre.in lectura.in vlti.char.ĩ j.col.de cõdic.inde. Vide Barb. late cõſi.xxviij.volu.iij. vbi etiã ponit qd ſi adeſſet iuramentũ.

✠P O M A T E S.

b ¶Si donat. Tũc aũt hoc ĩproprie hic loquiẽ Barto. dũ actio cõicãdo dicit, ð̃buit dicere diuidendo.

c ¶L.filiæ. Adde, iſte ĩtellectus eſt magis cõis, vt ẽt tenet Frãciſ. Tigri.hic, & Bal. in auth.ex teſtõ.ſ̃.e. & Bar.ff.e.l.j.§.nec caſtrẽſe. Bald. tñ, & Sal.ĩ d.l.filiæ. voluit ꝙ qñ pr̃ emit noĩe filij, licet nõ tradat, dato ꝙ nõ videatur donaſſe inter viuos, tñ ſi nõ reuocat, necꝫ pœnitẽtiã oſtendat, ꝙ videẽ voluiſſe filiũ illã rẽ habere poſt mortẽ: & ſic eo caſu nõ diciẽ donatio, ſed legatũ: vt ibi in gl. & ſecũdũ Sali. illa l.filiæ.eſt ſingularis ad hoc. Et idẽ tenet Imo.ĩ l.cõtinuus §.fi.de verb.obli.cũ modificatiõe de qua ibi ꝑ eũ: & an pater tradẽdo filio, videaẽ donare, vel cõcedere in peculiũ, vide Bal. conſi.liij.lib.v.

d ¶Peculiũ. Adde ꝙ idẽ tenet Ange. qui ꝓ hoc allegat ĩ arg. l.qð̃ fructuarius. ff. de acq.rerũ do. & l. fi.de pecu.leg.& do. Alex.in. l.cũ pater. §.pater pluribus.& ibi gl.j.& Bar.ff. de leg.ij. Et qa vbi põt capi alia cõiectura, ceſſat p̃ſumptio donatiõis.l.cũ de indebito.de ꝓba.& hoc eſt vtile: qa ſi publicarenẽ bona patris, nõ cõfiſcareẽ tale cõceſſum ĩ peculiũ: vt eſt tex.ſing.in l.iij.§. ſed vtrũ.ver.ſed eo. ff.de mino. Et hoc ĩtellige in filio in poteſtate, nõ aũt ĩ emãcipato, ſed Ange. in quo non cadit peculiũ: ideo videreẽ donatũ. Et idem tenet Bal. in l. ij.j.cõia de leg.& Sali.in l.filię. An aũt libri traditi a patre filio ſtudẽti, videanẽ donati, & an ſtatim valeat donatio irreuocabiliter, & an debeat cõferri: vide Cy. et Ange.ĩ l.filię.ſ̃.e. ꝑ Bal. & Ray.hic ꝑ Bal.et ĩ l.ſi filia.ff.fami. erç. & cõiter tene opin. Bar.ĩ l.j.§.nec caſtrẽſe. De quo ẽt vide ꝑ Bal.cõſi.ccxiiij.& ꝑ Paul.de caſtr.conſil. lxxxij.

✠P. P A V. P.

e ¶Cõferũt. vide Cõ. cõſi.xxviij. in prin.

a ſi fortè de caſtr.pecu.[a] vide iſtã gloſ. Ad-
3 uerte, †iſtud facit ad multa, ſpecialiter qñ
aliquis cõfitetur aliqd in inſtrumẽto: vi-
delicet, dono tibi hãc pecuniã vt merca-
tori, artifici: vel tibi cõfitẽti te artificẽ vel
mercatorem: vt plenè dixi in d.l.ſi fortè.

Cõtra p̃dicta oppo.de l.fi.de pecu.leg.
& l.qð̃ fructuarius.ff.de acqui, re. domi.
vbi ſimplex donatio intelligiẽ vt habeat
4 in peculio. Huiꝰ gratia †debes ſcire ꝙ aut
pater donat filio, aut ſimpliciter dat. Si
b donat:[b] tũc aut hoc exp̃ſſo, ꝙ habeat ĩ pe-
culiũ: & nõ dicitur donatio, & venit cõi-
candũ: vt hac l.in fi. Aut donat. ſimplici-
ter: & tũc aut cõſtat ꝙ hoc facit ꝓpter p̃-
cedẽtia merita: & ſic donat vt extraneo:
& de iure antiquo nõ valebat ſtatim do-
c natio, ſed morte cõfirmabat: vt l.filię.[c] ſ̃.
fami.erc. & quod hac.l.notaẽ. hodie verò
ſtatim valet. & no.ĩ auẽ. vnde & ſi parẽs.
ſ̃.de inof.teſt. Aut cõſtat ꝙ donauit vt fi-
lio: & tũc nõ valet ſtatim, ſed morte con-
firmaẽ: vt l.donatiões.ſ̃.de dona.inter vi-
rũ & vxo. & ſ̃.de inof.do.l.ij. & ideo nõ
venit in collationẽ: vt dixi ſ̃.eo.auẽ.ex te-
ſtamẽto. Aut dubitaẽ: & tũc inſpiciendũ
eſt, an precesserint merita vel nõ: vt dicit
gl. Si verò pater dat ſimpliciter: hic eſt ad-
uertẽdũ: Aut emit nomine filij, poſtea ſi-
bi ſimpliciter dedit: & videẽ donare: vt l.
filiæ.ſ̃.fami.erc. & j.de caſ.pecu.l.j.lib.xij.
Aut ſimpliciter tradidit, nec p̃ceſsit em-
ptio nomine ſuo: & tũc in dubio præſu-
d mitur tradere, vt habeat in peculium[d]: vt
d.l.qð̃ fructuarius.de acqui.re.do.de pec.
leg.l.fi. Fallit ſi aliqua cã preceſsit, ꝓpter
quã pater teneẽ donare: tũc præſumere-
tur donatio.arg.l.ſi verò non remuneran-
di.§.idẽ Papi.ff.man.& l.cũ qd.ff. ſi cert.
pet.& dixi in l.j.§.ſed nec caſtrẽſe.ff.eod.
Quero vtrũ qð̃ hic diciẽ de filio in pote-
ſtate, habeat locũ in emancipato? Quidã
dicũt ꝙ ſic. Sed gl.dicit contrarium, per l.
vt liberis.§.fi.j.eo.& ibi videbitis.

SI maritus. Ius petẽdi colla-
tionẽ, tranſit ad
heredes.h.d.videbitis l.illã.j.eod.

NEc emancipati. Emã-
cipati
quæſita poſt mortẽ nõ conferunt
h.d. Opp.& videẽ, ꝙ pòſt quæſita ve-
niant in collationẽ: vt.l.ij.§.id quoꝗ.ff.e.
Solu. Queruntur quædam poſt mortem
patris, quę retro trahi poſſunt: & hęc cõ-
feruntur. ſecus in his, quæ retro non tra-
huntur: vt l.quæ legata. de regulis iuris.
Videbitis in l.ſi vxor.j.de cõditio. inſer.

FIliam. Codicilli nõ impediũt
collationẽ cũ fratribꝰ.
h.d. Oppo.de.l.j.ſ̃.eo.Sol. Te-
ſtamentũ factum, bene impedit collatio-
nem, ſed non codicilli. Vidiſtis.ſ̃. eodẽ.
l.à patre.

1 ☞Succedens per contra tabu. quando poßit ex teſtamento ſuccedere.
2 Collatio an habeat locum, quando querela intentabatur, & nume.6.

3 *Emancipatus non poteſt habere peculium.*
4 *Emancipatus donationem ſibi factam conferre tenetur.*
5 *Emancipatus cõfert dotem, vel donationem propter nuptias.*
7 *Donatio facta filio tempore emancipationis dicitur donatio ſimplex, & non ob cãm.*

VT liberis. Dos inter liberos in poteſtate, vel e-
mancipatos, ac donatio propter nu-
e ptias venit in collatione: & emancipati conferũt[e] quę
ſunt ſibi in emãcipatione collata.h.d. Vſꝗ huc habuiſtis iura
antiqua, ab hinc infrà ſunt iura noua, & nouæ cõſtitutiões: vt
videbitis in l.ſi emãcipati.j.e. & iſta eſt notabilis lex, & inci-
pit ponere aliquid nouitatis. Hic innuit ꝙ qñ ſucceditur per
cõtra tab.hic ſucceſsit ab inteſtato. Cõtra, & opp.de l.filiæ.
1 ſ̃.eo.Sol. †Glo.diſtinguit, & bene, aut contra tabu.petit ante
aditam hæreditatem: & tunc quis ſuccedit ab inteſtato, aut
poſt aditam hæreditatem: & tunc ille de iure ciuili decedit te-
ſtatus: vt l.illud.ff.de cõtra ta.& ibi dixi de hoc. Vlterius op-
po.Inſti.de hære.quæ ab inteſ.in prĩ.Sol. Fateor, ꝙ & in alijs
modis, q̃ꝫ hic ponantur, efficiẽ quis inteſtatus: & in oĩbus illis
haberet locũ iſta lex. Itẽ opp.de l.pater filiũ.ff.de colla.dot.
2 Sol.†Dicit gl.illa lex corrigiẽ per iſtã: qa de iure antiquo, qñ
querela intẽtabatur, nõ habebat locum collatio. quod nõ pla-
cet: ſed ibi ideo erat, quia teſtamentũ erat pro parte reſciſſum:
hic verò in totũ. & ideo quia diuerſo iure ſuccedebaẽ, nõ ha-
bebat locũ collatio. Ita hic tenet. Cy. vt ibi patet. Item opp.
ad finem noſtræ l.& nunc intro gl.magnam: dicitur hic in fi-
ne, quòd donatio cõfertur. Contra: imò videtur ꝙ nõ cõferaẽ
legis pro arẽgis, qa poteris allegare iſtũ
ext.in conſi.ſicut iacet &c.

c **FVrioſum.** [c] Furor impedit teſtamẽtum
inchoari, & inchoatũ ꝑfici, & va
d let teſtamẽtũ[d] factũ tꝑe quo qs habet di
e lucida interualla. Nota, nihil videtur[e]
feciſſe qui partẽ indiuidui fecit.

f **DIſcretis.** [f] Surdus, & mutus naturalr̃ non teſtã
g tur[g] ſecus ſi accidẽtaliter, & ſcri
bere ſciant: ſurdus tamẽ teſtatur, & mu
tus: ſi ſcribere ſcit.h.d.

h **NEmo.** [h] Filiusfami.in aduentitijs non põt teſtari.h.
d. Nota qđ dixi in ſummario. Fa
cit quod no.ff.de teſta.l.qui in poteſtate.
& ad Treb.l.j.§.in filij.

OMnes. Filiusfa.poteſt teſtari in caſtrẽſi vel quaſi
caſtrenſi: nec tale teſtamẽtũ que
relatur. hoc dicit.

i *De teſtamentis[i], & quemadmodum teſtamenta ordinentur. Rubrica.*

1 ☞ *Conditio teſtis inſpicitur quando examinatur.*
2 *Teſtamentum in ſcriptis conditum, & manu publici notarij ſcriptum, facit fidem abſque alia publicatione.*
3 *Teſtamentum nuncupatiuum, an poßit reprobari per ſcripturam. remißiue.*
4 *Practica proponendi exceptionem contra teſtem: iudicem vel ſententiam.*
5 *Dubitatio viciniæ, an quis ſit ſeruus, vel liber, an ſufficiat ad habilitandum teſtem.*
6 *Forma articulandi cõtra ponentẽ quẽ liberum, vel bonæ conditionis & famæ.*
7 *Excipiens contra teſtẽ, quòd ſit infamis, debet addere cauſam quare ſit infamis.*

LEX I.

TEſtes. Iſta lex, iudicio meo eſt multũ no. Et bre
uiter hoc intendit. Cõis error
facit ius. ad hoc allegat̃. vel ali
ter: debet inſpici conditio teſtis putatiua
eo tempore, quo adhibetur teſtimoniũ
non poſt.h.d. Op.j.eo.l.hac cõſultiſſi
k ma[k].in princ. Sol.fateor ꝙ teſtes debent
eſſe liberi verè, vel putatiuè. Opp. &
1 nunc intro glo.magnã †. Conditio teſtis
debet inſpici tunc, cũ examinatur. vnde
licet tꝑe teſtamẽti iſte haberetur vt liber
nunc vere ſcitur ꝙ eſt ſeruus: ergo nõ põt
examinari: vt l.qm̃ liberi.s̃.de teſt. Huius
timore eſt facta glo.magna hic poſita. &
fatetur glo.contrarium, ꝙ iſte examinari
non poterit. Et ſi dicis, qũo procedit hęc
lex vt teſtamẽtũ habeat aliquẽ effectũ?
Gl.legit duobus modis principaliter. Et
prius ſubdiuiditur in duas. Primo, quod
loquatur in teſtamẽto nuncupatiuo, reda
cto in ſcripturã per tabellionẽ, quod pro
batur per ipſum inſtrumẽtũ, abſqꝫ aliqua
teſtis examinatione. Vnde probatur ẽt
ꝙ ſi teſtes erant mortui, infames, vel ſi
miles, & ſic nõ erat neceſſe, quod iſte ſer
uus examinetur: quia examinari nõ põt.
Secundo mõ legitur, de teſtamento nun
cupatiuo, non redacto in ſcripturã, tamẽ
cõfeſſato per aduerſarium. Dicebat eñ,
fateor inſtrumentum ſic eſſe conditum:
tamen dico talem teſtem fuiſſe ſeruum.
Certe etiã tunc valebit, quia non eſt ne
ceſſe ꝙ teſtes examinentur. Tertio mo
do legitur in teſtamento in ſcriptis. Iſta
lec.tertia non videtur vera: quia teſtamẽ
tum in ſcriptis nõ ꝓbat donec veniãt te
ſtes corã iudice, & ſua ſigilla, & ſuas re
cognoſcant ſubſcriptiones, vt l.ſed ſi qs
ex ſignatoribus.ff.quẽmadmo.teſt.ape.
Facit.j.l.proxi. & quod ibi dicã vobis.ni
2 ſi diceremus † teſtamẽtum in ſcriptis con
ditum, & manu publici notarij ſcriptum:
tunc faceret fidem abſqꝫ alia publicatiõe
vt no.dicit gl.in l.ij.ff.quemad.teſt.aper.
3 poſt prin. & vide gl.tuã †. An aũt nuncu
patiuum teſtamentum poſſit de iure pro
bari per ſcripturã, dicemus in l.fin.de fi
deic. Alij legunt iſtã legem aliter, & di
cunt, ꝙ iſte talis teſtis poterit etiã hodie
examinari: ponẽdo hic caſum, ꝙ tẽpore
iſto quo producebatur, adhuc habebat̃,
loco liberi, & eius ſeruitus non erat dete
cta. Vel aliter poſſumus legere ſecũdũ
Azo.vt ipſe refert Inſti.de te.or.circa fi.
Summa huius ti. ꝙ etiam ſi eius ſeruitus
eſt detecta, poterit examinari per hãc le
gem. Nam non ob.ff.ad Carb.l.iij.§.duę
cauſæ.quia debes ſcire ꝙ quãdoqꝫ cõdi
tio alicuius mutatur ſua culpa, vt qa effi
citur infamis ꝓpter delictũ, & tunc non
poterit examinari. Aut mutatur nõ ſua
culpa: vt in caſu huius legis, detegit̃ ſer
uitus ſua abſqꝫ aliquo ſuo facto: tunc iſto
non obſtante examinari poterit etiã ho
die, tunc enim videtur examinatus, cùm
fuerit adhibitus teſtis. Et in hoc videtur
velle ſtare Dy. & Iaco.de Are.in l.ad te
ſtium.§.primo.ff.eodẽ. & ibi dixi vobis.

in alio generalis, altera ecõuerſo, ꝙ illa debet attẽdi quę magis viget ratiõe publicæ vtilitatis. Ita voluit Bar.ĩ extraua.ad reprimẽdũ.in ver.nõ obſtãte. prope fin. An aũt idẽ ſit ad pias cauſas. Ange.dicit idẽ ſi faceret legata pijs venerabilibus locis, nõ autẽ ꝑſonis pauperibus priuatis: quia ꝓpter egeſtatẽ ſolẽt multoties ad delicta declinare. Alex.vero dicit ſe putare ĩdiſtincte, ꝙ poſſit iure cõi teſtari ad pias cãs ꝑ c.relatũ & c.cũ eſſes de teſta. latius hic ꝑ eã formã ſiue practicã teſtamẽti cæci: vide ꝑ Spec.in titu.de inſtru.edi.§.j.ver.id autẽ.donare etiã põt cã mortis, abſqꝫ hac ſolennitate: vt ẽ concluſum in conſilijs Bal.iiij.vol.ccclxxx. & ſequen.

☩ P. PAV. P.

a ❡ Inſti.de leg. vide Cepolã cautela ſua ciiij.

b ❡ Loco teſtis. Addẽ quod in ſimili cõſuluit Pet.de an.cõſil.clxxvij. & cccxxxiij. & in terminis, de quibus hic Baldus conſilio cccxlv.ij. volumi.per Alexã.conſil.cliiij.ſecundo lib.

☩ POMATES.

c ❡ Furioſum.ad iſtã l.vide Bar.conſ.lix.col.ij.vo.j. & Alex.cxlj.vol.j. & Anch.qualiter ꝓbet̃ denũciatio, & ſimilia, & cui incumbat onus probandi, vide Soc conſi.ſuo xlij.

☩ P. PAV. P.

c ❡ Furioſũ. De materia huius legis, & qualiter probetur furor, vide in repertorio, in verbo.furor.latiſsime Alex.conſi.cxlj. & cõſi.ccxxvij. & ſeq. & cõſ.liiij.vbi põit differẽtiã, quæ eſt inter furioſum & mente captũ, vide Aret.in l.j.§.fi.ĩ vl.co.de ver.ob. Alex.in l.ſi cum deeſt.§.ſi maritus.ſol.mat. Itẽ ꝙ actus factus a furioſo, licet probetur ipſum habuiſſe dilucida ĩterualla, nõ valeat, niſi probetur ꝙ tꝑe actus eſſet in dilucido ĩteruallo, vide late Iaſ.in l.patre furioſo.ĩ ij.ff.de ijs q ſũt ſui vel alie.iu. Quid autẽ ſi qs aſſerat vt quotidie fit, ipſum eſſe ſanę mẽtis, & talia verba an aliquã fidẽ faciant, & quid econtra ſi aſſereret ipm̃ eſſe inſanæ mẽtis, vide Iaſo.in l.ſeniũ.in j. & ij.co.ſ.e. Alia multa in materia furioſi vide ꝑ Ia.hic. Itẽ de furioſo. Phrenetico & ebrio ꝙ non pñt teſtari ẽt ad pias cauſas, & qualiter probet̃ furor, vide Barba.in c.fi.de ſucceſ.ab inte.co.ix. & alia in xij.co. & ſe.

itẽ de modis ꝓbandi aliquem mẽte captũ, vide Deciũ cõſi.lxxxvj.col.vj.

☩ POMATES.

d ❡ Et valet teſtamentũ. Limita vt ꝑ Ro.in repe.authẽ.ſimiliter.in xviij. ſpeciali piæ cauſæ inter vltimas volũtates.j.ad l.Fal.

☩ POMATES.

e ❡ No.nihil videtur. Quod furor ſuperueniẽs non impedit teſtm̃ prius factum valere: facit in ſimili l.certi condictio.§.qm̃.in fi.ff.ſi cer.pe. vbi ꝓdigus põt cõueniri ex contractu prius celebrato cũ eo añ bonorũ interdictionem.

f ❡ Diſcretis. Adde Ange.cõſi.cclvij. & ibi an teſtm̃ ſecũdũ factũ a muto, reuocet primũ factũ ĩ ſana mente. notat̃ hic etiã ꝙ q nõ põt teſtari, nõ põt codicillari. ꝙ inferunt doc.ad q.vſurarij, q non poteſt teſtari preter formã c.quãquã.de vſu.in vj. An poſsit donare cã mortis. dico breuiter ꝙ Bald.cõſuluit ꝙ ſic. & ita refert cõſuluiſſe noſtrũ collegiũ Mediolanẽ. eius cõſil.lxvj.j.volu.

☩ POMATES.

g ❡ Non teſtant̃. Vide ad iſtã l.per Feli.aliquid in c.in præſentia.co.xx.in ver.quarto quærit.de ꝓba. An aũt tales ꝓhibeant̃ donare: & ſic contrahere, vide Alex.cõſil.xij.col.j.volumi.j.

☩ POMATES.

h ❡ Nemo. vide pleniſsíe Fel.Ro.in re.authẽ.ſimiliter.ĩ iij.col.xij.ſpeciali ĩter piã cãm, & vltimã volũtatẽ.C.ad l.fal.

☩ POMATES.

i ❡ De teſtamẽtis. circa iſtã materiã teſtamẽtorũ vid̃ puchrã qõnẽ tactã ꝑ Ang.cõſ.ccciij. al's cccvj.inci.teſtator ſua ꝓpria manu ſcripſit eius teſtm̃ in aliquibus folijs: poſtea apparet ea folia dediſſe cuidã notario, q in fine appoſuit annos dñi, indictionẽ & qbus præſentibus, & locũ & diẽ, tñ notarius poſtea moritur nec apparet al'r eum ſcripſiſſe in breuiarijs ſuis hoc teſtm̃: an poſsit ſuſtineri. Itẽ de Chriſtiano faciẽte teſtm̃ apud Sultanũ vel alias gẽtes exteras, quã ſolẽnitatẽ debeat ſeruare, vide Iaſ.in l.ius aũt ciuile.ĩ vlt.col.ff.de iuſt. & iu.

k ☩ P.PAV.P. ❡ Hac cõſultiſsima. De hoc qualiter ꝓcedat, vide Alex.cõ.xxiiij.co.pe.ver.præterea non ſufficit vo.ij. Vide etiam Bal.in c.j.an remoueri debeant teſtes, qui pares eſſe deſierunt.

Quæro

a Quæro, qd de infami, excõicato[a] vel ſimili? Rñ.idẽ, ꝙ de
bet inſpici cuius cõditiõis tũc reputabatur.per hanc legẽ. &
b no.ff.e.l.j.aliàs l.cũ lege.ĩ fi. R. Vl.no.[b] mirabilẽ legẽ ad practi
4 cam. † Hic habetis formã proponẽdi exceptionẽ cõtra teſtẽ,
c vel iudicem, vel cõtra ſententiã, vel dictũ teſtis. Nõ enim[c] ſuf
ficeret ſi exciperes: dico ꝙ talis iudex erat excõicatus tũc, qñ
tulit ſentẽtiã, vel erat infamis, vel excõicatus: vel teſtis, cũ tu
lit teſtimoniũ, erat infamis vel excõicatus. Sed debes ſcire ꝙ
tũc tẽporis ſic habebatur, & ſic reputabat̃. Hic eſt caſus hic.
Et eodẽ modo debes facere poſitionẽ. Nã ſi poſitio cõtine
ret tm̃ veritatẽ, eẽt impertinẽs. hic eſt caſus. Hic vide literã, et
plenè inſpicias. & dixi tibi in l.ſi arbiter.j.de ſenten. Itẽ aduer
te, ꝙ ſufficit probari, ꝙ eo tꝑe, quo fuit adhibitus, ſic habebat̃
& reputabatur: nec reqritur ꝙ ꝓbet de tꝑe anteriori, vel prio
ri de neceſsitate: ſufficit tãtũ ꝙ illo tꝑe probetur, & de illo tẽ
pore eſt neceſſe probare. Vide text. ibi, eo tempore. Item
quia vides quòd tex.requirit, quod in poſitiõe ponatur de o
pinione, quo tꝑe requiratur. Itẽ dicit tex.à qbus debeat repu
d tari.ſ. ab omnibus[d]. & vide tex.ibi omniũ cõſenſu, &c. Quẽ
intelligas ab oĩbus, qui veriſimiliter dñt ſcire: vtputa à vici
nis, & notis ſuis. Nã nõ reqritur ꝙ tota ciuitas ſic crederet: vt
l.cũ quidã.§.qđ dr̃. & ibi no.in ſimili ff.de acqui.hære. Modò
habes articulũ formatũ ab Imperatore melius, quã à Specula
tore, ꝙ debes dicere, ꝙ ſic habebatur, & reputabatur eo tẽpo
re ab oĩbus ſciẽtibus. & cognoſcẽtibus eũ. Quæro vtrũ ſit
neceſſarium, ꝙ aliqs ſit in quaſi poſſeſsiõe libertatis? Hoc di
co ꝓ tãto quia põt reputari, & haberi, vt liber, & tñ poſsidet̃
ab alio: vt ſi eſt ſeruus fugitiuus: vt l.j.§.per ſeruũ qui in fuga.
& l.iij.§.ſi ſeruus.de acqui.poſſeſ. & l.Barb.ff.de off. p̃to. Et
hæc lex vr̃ tollere iſtud dubiũ: qa non requiritur quaſi poſſeſ
5 ſio libertatis: ſed ꝙ ſic habeatur ab oĩbus. † Quæro, qd ſi ho
mines de contrata de hoc dubitabant, vtrũ eſſet ſeruus, vel li
ber, cũ nõ habebãt eũ pro ſeruo, neqꝫ pro liberto? Rñdeo: nõ
ſufficeret ad habilitãdũ eũ ad teſtimoniũ. Et hic eſt caſus ĩ fi.
ibi: nec quiſquã eis vſque adhuc ſtatus q̃ſtionẽ mouerit: quaſi
dicat, ſi ſtatus eorũ iam eſſet reuocatus in dubiũ, nõ eſſet ido
6 neus teſtis. Et iõ habes † practicã ſolennẽ, qñ ex vna parte ſit
poſitio, ꝙ talis habebat̃, & reputabatur ab oĩbus cognoſcẽti
bus eũ vt liber, vel homo bonæ opiniõis, & famæ. Tu ex ad
uerſo potes facere articulũ cõtrariũ duobus modis. Vno mõ
directè, quòd ipſe habebatur & reputabat̃ ſeruus, vel homo
malæ cõditiõis, et famæ. Vel potes dicere ꝙ de hoc erat dubiũ inter hoĩes cognoſcẽtes eũ, an eſſet ſeruus vel nõ: illud e
e nim ſufficeret, vt hic videtis. Ad vnũ[e] tamen aduerte[f], quia
f dixi tibi de † infame ꝙ nõ eẽt bona exceptio: dico ꝙ talis te
7 ſtis eſt ĩfamis vel hr̃, & reputat̃ ĩfamis ab oĩbus cognoſcenti
bus eũ niſi addat̃ cã quare: qa ĩ iſtis exceptiõibus, q̃ cõtinẽt
crimẽ, debet crimẽ exprimi: vt extra de teſtib.c.p̃ſentiũ li.vj.

1 ☞ *Qualiter fiat publicatio teſtamẽti: & an ſit neceſſe ꝙ originale oſtẽdatur. & nu. 2*

LEX. II.

g **PVblicati.** [g] Teſtamẽto publico adhibet̃ fides, li
1 cet originale ſit perditũ.h.d. Quęro †
qualiter fit iſta publicatio. Vos debetis ſcire ꝙ qñqꝫ
teſtamentum aperitur, qñqꝫ publicatur, qñ aperitur, fit ſecun
dũ ſolẽnitatẽ poſitã in l.ij.quemad.teſt.aper. qñ verò publica
tur, debent citari oẽs teſtes, & pars cuius intereſt: & eorũ di
cta debet facere redigi iudex in publica documẽta: & tunc fa
ciet fidẽ perpetuã. Ita loqtur hic, & ff.e.l.ſed ſi quis ex ſigna
2 toribus. Quæro, vtrũ † ſit neceſſe ꝙ originale oſtendatur.
Hic videtur caſus quòd ſic, niſi probatur quòd ſit amiſſum
& vide tex.ibi, in caſu qui probatur intercidit &c. Breuiter
ſi fuit publicatũ parte citata: facit fidẽ perpetuã: nec eſt neceſ
ſe ꝙ oſtendatur originale.arg.j.de re iud.l.fi.in fi.niſi quis di
ceret ꝙ vellet redarguere de falſo: tũc eñ debet ꝓduci, vel ꝓ
bari ꝙ ſit ꝑditũ, ſaltẽ ꝑ iuramẽtũ: vt l.fi.s̃.de fide ĩſtrumẽtorũ.

LEX. III.

EX imperfecto. Notabilitas inſtituti nõ facit, vt ex teſtamento inutili
capiatur hæreditas.h.d.

h **SI in nomine.** [h] Error in proprio noĩe inſtitutionẽ non vitiat. hoc dicit ibi: ꝓ
prio nomine.ſ.alterius nõ loquentis: quia tunc vitiat.

l.fi.j.de hære.inſti.

1 ☞ *Aſſeueratio alicuius non facit eum filium, qui nõ eſt.*
2 *Relictum filio vt filio, ſi nõ eſt filius non valet.*
3 *In dubio quis credere præſumitur, quod voce expreßit.*

NEque profeſsio. Quod relinqtur vt filio ſi filius
1 non reperit̃, non valet.h.d. Et ſic habes †
i hic duo. Primũ ꝙ aſſeueratio[i] alicuiꝰ nõ
2 facit filium eũ, q nõ eſt filiꝰ. Secũdo no. †
ꝙ relinquit̃ filio vt filio, ſi nõ eſt filiꝰ, nõ
valet. Ad primũ op.de l.ſi.ff.de ꝓbat.
Rñ.ibi nõ facit eũ filiũ, ſed facit præſum
k ptionẽ[k], ꝙ ſit filiꝰ, niſi ꝓbetur contrariũ.
Secũdò op.ad ſcđm cõtra.de hæred.in
ſti.l.nemo.§.j. Sol.hic loquitur in errãte.
credebat enim eum filium, cũ non eſſet:
vel fratrẽ, cũ nõ eſſet. Ibi eñ loquitur in
3 ſciẽte. In dubio † præſumitur quis crede
re, quod voce expreſsit, vt l.Labeo.de ſu
pel.leg. & no.in d.l.nemo.§.j.de hæ.inſt.

1 ☞ *Verba enunciatiua non diſponunt in præiudicium eius, qui grauari non poteſt.*

VErba. Verba enũciatiua nõ inducunt diſpoſitionẽ
eorũ, quos teſtator grauare non
põt.h.d. Habuiſtis in l.j.s̃.arbi.tute. Op.
1 de l.j.j.de fal.cau.adiec. Sol. † Verba enũ
ciatiua inducunt diſpoſitionẽ in præiu
dicium hæredis, vel alterius, quẽ qs põt
grauare, vt ibi no. ſecus in eo, quẽ graua
re nõ põt.vt hic. Op.donatariũ cã mor
tis poteſt quis grauare: vt d.l.ab eo.j.de
fideicommiſ. ergo iſta verba, in eorũ prę
iudiciũ, operantur. Timore huius hæc
lex legitur duobus modis. Vno modo
in donatione inter viuos: & tunc ꝓpriè
ꝓcedit ſummarium ꝙ vobis dedi. Alio
mõ in donatione cã mortis, & tũc talia
verba non p̃iudicãt veritati, quin dona
tio fuerit facta, ſed inducunt diſpoſitio
nem. Ita dicit gloſſa.

1 ☞ *Error ſcribentis, quod non vitiat teſtamentum.*
2 *Error notarij quomodo probetur.*

l **ERrore.** [l] Error † ſcribẽtis nõ
1 vitiat teſtamẽtũ.h.d.
Opp.ff.de hær. Inſt.l.j.§.ſinautẽ.

a ☩ POMATES. ❡ Excommunicato. Vide Fel.in c.veniẽs.el.ij.ĩ ver.in gl.fi.ibi, alias. & ſeq.de teſt. & in c.ij.teſtimonium.col.v.in fin. & viij.ſeq.eo.ti. Bar.cõ.xxix.col.xviij.in fi. & ſeq.vol.j.

b ❡ Vltimo no. Sed cõtrarium tenet hic Frã.de Ramp. & Io.de Imo.in l.ad teſtiũ.§.j.ff.e. Bal.hic. & Lud.idẽ tenẽt hic Rap. & in d.l.ij. And.Bar. Ad de tu bar.ſentire hic expreſſe ꝙ infamis occultus admittitur quo ad actus iudiciales. Ita etiã Bald.hic, & ĩ l.j.C.de ſũ.tri. & fide catho. & Are.in c.cum nõ ab hoĩe.col.xj.in fin.de iud. Et adde ad Bar.hic q̃ no.in l.iij.ff.ad l.iul.repe. Et adde ꝙ ignorantia eſt iuſta cã faciẽdi inhabilem habilem, ẽt in officijs priuatis vtilitate. Ita Are.in c.poſt ceſſionẽ.colũ.vj.de ꝓba.poſt Barto.hic quẽ vid̃ ponẽtẽ exẽplum in teſte.

c ❡ Non enim ſufficeret. adde ꝙ cõtrariũ tenet bal. ꝙ ſufficiat opponere ſpecifice exceptionẽ ꝙ erat ĩfamis ex tali cã, abſque eo ꝙ dicat̃, reputabat̃: per text.in c.pręſentiũ.§.teſtes de teſti.in vj. idẽ tenet Ful.Ro. & Pau.de ca. Adde ꝙ cõtra Bar.hic videt̃ etiam tenere Io.and. Ant.de But. & Abb.in c.fi.extra.de inſt.dũ referunt quæſtionẽ Albe.de Mantua.

d ❡ Ab oĩbus. Adde an ſufficiat ꝙ probetur à maiori parte teſtis reputatus liber? Spe.in ti.de teſte.tenuit ꝙ ſic.in d.§.j.ver.quid ſi tm̃ à maiori parte.arg.l.qđ maior.ff.ad munici. Idẽ tenet Ang.in l.ad teſtium. Pro quo facit gl.in l.iij.§.eiuſdẽ.in verſi.fama.dũ gl.dicit, maiorẽ partẽ.ff.de teſt. Idẽ tenet Ray.hic et Anto.de But.in ca.qd ꝑ nouale.de ver.ſi. Imo.tamẽ cõtra.

e ❡ Ad vnũ. Et vide Lud.ro.in cõſil.ſuo cclxxvj.vbi allegauit iſte dictum Bar. allegauit ca.p̃ſentiũ.§.teſtes.de teſti.lib.vj. And.Bar.

f ☩ POMATES. ❡ Tamen aduerte. Vide omnino Iaſ.in.l.turpia.alias Titio teſtatore.in j. & vj.col.ff.de leg.j. & vide Ro.conſi.ccx.incipien.in caſu propoſitæ conſultationis. Paul.de Caſt.conſi.xxvij.facit quod vult Bal.in l.ſi quis teſtibus.ad fi.s̃.de teſti.de opponente exceptionem inimicitiæ, quod debet ſpeciem illius exprimere: alias non releuat. & quod vult Bald.in l.turpia.ff.de leg.j.dum loquitur de diffamatione. Et multa alia poſſunt cumulari quæ traduntur de exceptione generali, & obſcura, per docto.in l.turpia.in prin. & in locis ibi adductis per doc. & Panor.in c.ſolitæ.de reſti.ſpo. & Anto.de Butr.in c.ſuper hoc de renun. & vide non ab re Feli.in ca.fi.col.pe.de excep. & Barto.in c.inſinuante.col.iij.de offi.dele.

g ☩ P. PAV. P. ❡ Publicati. Quæ ſolennitas requiratur in iſta publicatione vel ſimili, vide Feli.in c.Albericus.in prin.extra, de teſti.

h ❡ Si in nomine. Et vide elegans conſiliũ Barto.cxl.incipi.Mar.Barontij.pro iſta l.vbi loquitur de errore nominis. And.Bar.

h ☩ P. PAV. P. ❡ Si in nomine. Quid autẽ inteſtibus, vide Bal.in rub.quid ſit inueſt.

i ❡ Aſſeueratio. Adde an proſit, vel noceat filio aſſeueratio patris vel matris vide plene per Bar.in l.j.§.Iulianus.ff.de lib.agnõ. & in l.filium.ff.de his q ſunt ſui vel alie.iur.per Cy. & Bal.in l.ſi vicinis.C.de nu. & in c.Michael.de filijs præſby. & in capi.per tuas.de prob. & per Bar.in l.non poteſt.ff.de adop.per Bar.conſi.xij.vol.

k ☩ P. PAV. P. ❡ Præſumptionẽ. Vide Soci.late in l.fálſa.in prin.ff.de condit. & demon.

l ❡ Errore. Et vide Ludoui.Roma.in conſilio clxxviij.de errore teſtatoris. And.Barb.

Sol. Dicunt quidam: ſecus eſſet, ſi dice-
ret. ſcilicet hæres eſto, ſed ſolùm diceret,
a Titius[a]: Tu dic ꝙ lex cõtraria loquitur
qñ ipſe teſtator omiſit: hic loquitur qñ
omiſit notarius. Et eodẽ modo põt rñde
1 ri ad vltimã legẽ. ff. de iure codicil. Sed†
b qualiter probabitur[b] hic error notarij?
c forte per duos teſtes[c], & l. quoties. ĩ pri.
&. §. j. ff. de hære. ĩſti. vel forte ex his quæ
præcedunt vel ſequuntur. Circa qđ vide
l. nota. & quod ibi no. ff. de leg. ij. in l. cũ
ꝓponebaſ. & ĩ l. ſi librarius. de reg. iur.

CAſus. Propter neceſsitatem iuris diſpoſitio ſuſpenditur ad tp̃s, nõ ĩ totũ tolliſ. h. d.

1 *Teſtes debent eſſe in conſpectu teſtatoris: & non ſufficeret, ſi cortina eſſet in medio.*
2 *Teſtamentum factum ſecundũ formam ſtatuti huius ciuitatis, valet vbique.*

d **SI non ſpeciali.** [d] Quando fit teſtamentũ, teſtes debẽt eẽ ĩ cõſpectu teſtatoris, niſi ex priuilegio aliud ſit
1 cõceſſum. h. d. † Not. ergo ꝙ teſtes de-
e bent[e] eſſe in conſpectu teſtatoris: & ſic
f non ſufficeret ſi eſſet cortina[f] in medio.
De hoc videtur tex. in l. ij. §. idẽ labeo. de
2 aqua plu. arcẽ. Ideo debes ſcire† ꝙ hic vi
detur caſus, ꝙ teſtamẽtum factum in ci-
uitate iſta, ſecundũ formã ſtatuti huius ci
uitatis, tenet vbique. Tene menti. dixi
in l. cunctos populos. ſ. de ſum. trini.

SI teſtamentum. Teſtamẽtum validum propter reſcriptũ. Principis, nõ debet reſcindi. hoc dicit.

NOn idcirco. Furtum teſtamenti nõ irritat teſtm̃. h. d. breuiter iſta lex.

1 *Raſura vel caſſatio quando attendatur, & reddat teſtamentum ſuſpectum.*
2 *Cancellatio fauore libertatis, & in relictis ad pias cauſas, præſumitur inconſultè facta.*
3 *Practica, quando inſtrumentum eſt interlineatum, vel raſum, vt notarius inſtrumentũ conficiens de hoc faciat mentionem.*

g **SI unus.** [g] Defectus ſolẽnitatis facit teſtm̃ deficere. Raſura verò, vel interli-
neatio facit vt perueniatur ad veritatis
indaginẽ. h. d. in ſumma. Op. licet raſura
ſit in vno loco, alia pars teſtamenti ſuſpe
cta nõ redditur: vt l. ſi ex falſis. ſ. de trãſa.
Sol. intelligas ꝙ hic erat raſura in aliquo
loco ſuſpecto circa annos Domini, vel
hæredis inſtitutionẽ. Opp. de l. fi. j. de
edi. diui Adria. tollen. vbi teſtamentum
1 raſum reſpuitur, vel cancellatũ. Sol. † Et
hic aduerte: quia aut agiſ poſſeſſorio: &
teſtm̃ raſum & interlineatũ reſpuiſ, nec
perueniſ ad veritatis ĩdaginẽ, vt l. cõtra.
Aut agitur petitorio: & tunc ſi quidẽ ra-
ſura nõ eſt in loco ſuſpecto, nõ curatur:
vt ſ. de trãſac. l. ſi ex falſis. Si eſt in loco ſu
ſpecto, peruenitur ad veritatis inueſtiga
tionẽ, vtrũ factũ fuerit conſultè, vel non
vel volente teſtatore vel non: vt hic.
2 † Sed quæro, quid in dubio: apparet can
cellatio, ſed nõ apparet qualiter fuerit fa
cta. Lex videtur dicere ꝙ fauore liberta
tis in dubio præſumitur inconſultè dele-
tum: aliàs ſecus: vt l. proxi. §. fi. de his quę
in teſtamẽ. delen. Et idẽ eadẽ rõne in re-
lictis ad pias cãs. Et ita cõſului hoc anno
in quodã teſtõ, ĩ quo erãt relicta ad pias
cãs: & in parte erat cancellatũ, & in par-
3 te non. Propter tollendas autẽ† iſtas du
bietates, ĩtroduxit cõis practica: vt faciẽ
tes inſtrumenta, vel teſtamẽtũ dicant, &
quod ſupra interlineatũ eſt in tali loco,
& quod raſum eſt in tali loco, vel quod
cancellatum eſt in tali loco, mea propria
h manu[h] feci: vt l. j. de his quæ in teſt. delẽ.
& tene menti hoc.

TEſtandi. Nemo poteſt facere ne leges ĩ ſuo teſtamento locũ habeãt. h. d. iſta bona lex. De hoc dic vt in l. nemo põt. ff. de leg. j.

i **NOn codicillum.** [i] Ex anterioribus probaſ vltima voluntas. Vel aliter. Qui hæredẽ facit, videtur velle teſtari. h. d.

1 *Solennitas verborum in teſtamentis reijcitur.*
2 *Verbum uolo, eſt verbum directum.*
3 *Teſtamentum poteſt ſcribi in membranis, ſiue in chartis de papyro, ſiue in tabulis.*

k **QVoniam.** [k] Verborũ. † ſo-
1 lennitas in teſtamento reijcitur. h. d. Pręmitte ad
euidẽtiã, quis eſt caſus rectus & qs obli-
quus, vel reflexus, ſeu inflexus, ſecũdũ
2 grammaticos. Not. ꝙ † verbum volo, eſt
verbũ directũ, licet Iac. de Aret. dixerit
contrarium in l. Scæuola. ff. ad Trebel.
3 No. vltimo † in quacunque materia ſcri-
batur teſtamentum, ſiue in membranis,
ſiue in chartis de papyro, ſiue in tabulis
non eſt curandum: vt l. j. in prin. ff. de ſecun. tab.

1 *Agnitio unius legati, qualiter intelligatur eſſe facta.*
2 *Agnitio unius legati, an præiudicet in alijs legatis non agnitis.*

l **NOn dubium.** [l] Dignitas honorati non facit inutilẽ diſpoſitionẽ. & probatio hæredis cogit eum ad legati præſtationem. h. d.
Quæ eſt rõ primi dicti: dicit gl. ꝙ videtur eſſe homo nõ ſanę
mentis, qui hæredẽ inſtituit Imperatorẽ. Vel aliter, & meli9:
rõ dubitandi eſt qa ſicut põt cõtrahi cũ iſtis hoĩbus in dignita
te poſitis, vt ſ. de cõtracti. in. l. j. ita videbaſ, ꝙ nõ poſſent he-
redes inſtitui, nõ curo. Dr̃ hic in fi. ꝙ ſi hæres agnouit legatũ
1 inualidũ, cogiſ præſtare. Quæro qualiter † intelligaſ eſſe fa-
cta iſta agnitio. gl. dicit duobus modis ſoluẽdo ſ. vel ꝓmitten
do. In eo ꝙ dicit, ſoluẽdo: dicit verũ in ſe. ſed nõ videtur con-
gruere huic legi: q̃ dicit, implendi neceſsitatẽ habet. Nã cũ iã
ſoluẽdo impleuerit. liberat9 eſt ab oĩ neceſsitate, niſi dicas, ꝙ
cogiſ ꝓ futuro tp̃e in legatis annuis: vt. l. j. j. de fideicõ. ſed illđ
nõ habet locũ, niſi ĩ legato alimẽtorũ. Tene ergo illã, ꝙ agno
2 uit ꝓmittẽdo, vt l. fi. j. ad l. fal. Quæro vtrũ † agnitio vnius le-
gati præiudicet in alijs legatis nõ agnitis. Videſ ꝙ ſic: vt j. ad
l. fal. aut. ſed cũ teſtõr. Gl. determinat cõtrariũ, & nihil allegat.
Ad auſ. rñ. ꝙ ibi teſtm̃ valebat: licet hæres eſſet nimis graua
tus. vide gl. vltimã. & aduer. Qñque teſtm̃, vel legatũ deficit,
ꝑꝑ fauorẽ alicui9: Exẽplũ, filio p̃terito, teſtm̃ eſt nullũ fauore
filij, certe ipſe filius põt approbare teſtm̃, ſi vult: vt l. filio prę
terito. ff. de iniuſto teſt. dixi vobis in l. poſthumo. de bo. poſſ.
cõtratab. Itẽ, qñ legatũ defalcaſ ꝑ fal. iſtud eſt fauore hæredis
ꝙ legatũ vltra dodrãtẽ nõ valeat. certe hæres: ſi vult põt ap-
probare teſtm̃: vt in auſ. ſed cũ teſtator. ita vult dicere gl. dum
dicit, ꝙ ibi loquiſ &c. Et qñq; eſt teſtm̃ nullũ, ꝓpter defectũ
ſolẽnitatis: tunc illud teſtm̃ nõ approbaſ, vt teſtm̃: ſed bñ põt
hæres ſe obligare ad ſoluendũ, & teneri obligatione noua:
non autẽ põt teſtamentũ approbare. hic eſt tex. & gl.

m **TEſtamẽtum.** Solẽnitas omiſſa, vitiat diſpoſitionem: & abundãs cautela non nocet.[m] hoc dicit. Nota ꝙ abundãs cautelã nõ nocet.

Teſta

P. PAV. P.
a ¶ Diceret, Titius. vide ad Barto. in l. j. §. fin. ff. de hæred. inſtit.
P. PAV. P.
b ¶ Probabitur. Vide Alex. cõſi. cxl.
c ¶ Per duos teſtes. Adde quod qñ agitur de probando aliqd extrinſecũ teſtamẽti, ſufficit ꝓbare per duos teſtes, vt hic per Pau. de caſt. & clarius per Oldr. conſi. ccxcvij.
d ¶ Si nõ ſpeciali. Vide ꝓ hac l. Bar. in cõſi. ccxliiij. inci. ſecundum cõſuetudinem Venetiarum. And. Barb.
d ¶ Si nõ ſpeciali. Adde qđ inducitur hæc lex ad quæſtionem, an ꝑ ſtatutũ, vel cõſuetudinẽ poſsit induci vt valeat teſtamẽtũ corã duobus teſtibus. & d. Alex. dicit ꝙ magis cõis opi. eſt ꝙ ſic ꝑ hunc tex. & ꝑ l. ij. j. quẽadmo. teſt. ape. Bal. tñ hic quẽ ſequitur Paul. de ca. Dicit, ꝙ nec per ſtatutũ nec ꝑ conſuetudinẽ põt fieri, quod in teſtamentis ſufficiat minor numerus quinque teſtium: vt l. fi. j. e. ibi minus autem nullo modo concedimus: idẽ videtur voluiſſe Old. conſil. ccxlviij.
P. PAV. P.
e ¶ Teſtes debent. vide Cep. cautela. ccl.
f ¶ Cortina. Addẽ nõ ſic in actibus inter viuos: quia non reqritur ꝙ videant contrahẽtes, ſi vocẽ habẽt eorum notã. Ita hic Pau. de ca. videſ intelligere gl. in l. ij. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arcen. Fallit in quibuſdã caſibus no. ꝑ gl. in l. fin. §. ſinaũt. de iure delib. in gl. quę incipit no. arg.
POMATES.
g ¶ Si vnus. Iſte text. allegatur per doct. ĩ l. nemo poteſt. ff. de leg. j. pro illa opi. ꝙ numerus ſeptem teſtium ſit ſolennitas ſpecialis, nõ probatoria: & ibi allegatur per Moder. Mediolanen. in xx. col. & vide iſtã l. ſi vnus per Alex. cõſi. cxxxiij. col. viij. vol. iij.
h ¶ Mea ꝓpria manu. Adde ꝙ Bal. limitat verũ qñ illa atteſtatio eſt de corpore ĩſtrumenti: qa facta añ ſubſcriptionẽ notarij, vel appoſitionẽ ſigni: qa tunc habet diẽ & teſtes: ſecus ſi poſt, vl' in margine: quia caret die & teſtibus, & ipſe idẽ notarius potuiſſet facere ex interuallo & falſo: ideo non ſtatur. ꝙ dictũ dicit Pau. de ca. mẽti tenẽdũ. Idẽ voluit Ioan. And. in ti. de inſtru. edit. §. oſtẽſo. in addi. inci. dicit Blãdinus, & idẽ tenet Alexã. hic in fi. & clarius Pau. de ca. conſ. xxxviij. in fi. vbi refert Ioã. And. vbi ſ. & Bal. in l. noſtrã. et vide etiã Pet. de an. conſi. ccxiij. Bal. cõſ. xj. ij. lib.
POMATES.
i ¶ Nõ codicillũ. Iſtũ tex. allegauit Bar. in l. j. §. ſi quis ita. ff. de ver. ob. circa med.
P. PAV. P.
k ¶ Quoniã. Circa deciſionem huius l. ꝙ balbutiẽs poſsit teſtari, vide Alex. late conſi. cccxlv. Vide q̃ habes ad Bar. ĩ l. iubemus. j. eo.
l ¶ In. l. non dubium. Adde Ludo. Ro. in cõ. ccxix. And. bar.
POMATES.
m ¶ Non nocet. tamẽ ĩ perſonis de vſura & malitia ſuſpectis: qa tunc cautela adhibita magis de vſura ipſum redarguit. Ita Anch. cõſi. cclviij. incipien. in Chriſti nomine repetito. in fin. cõſilij. & vide ad iſtã regulã Cepol. cõſil. xxij. col. fi. in fine.

a ¶ Inſinuatio. Adde qualiter fiat inſinuatio donationis. Old. cõſi. ccliiij. & qa dr̃ ꝙ hęc ĩſinuatio debet fieri corã iudice ſeculari. Quid ſi eo caſu quo eſt neceſſaria citatio partis, altera pars eſt clericus: qũo poterit fieri corã iudice ſeculari, q nõ põt clericũ citare? Bal. poſt multa cõcludit, ꝙ imo poterit clericũ citare: qa nõ citat vt ipſe præciſe cõpareat, quo caſu nõ poſſet. Et ita dñt ĩtelligi cõtraria: ſed citat vt cõpareat ſi vult aliqd dicere in cõtrariũ: quo caſu ſi compareat aliqd dicturus in cõtrarium dr̃ potius actor quã reus: qa dr̃ reus voluntarius poſtquã nõ cõpelliſ cõparere. & ita dicit Paulũ cõſuluiſſe Florentiæ, licet nõ vidiſſet Bal. hic idẽ tenet Sali. vt refert Alex. in l. cõſulta. j. e. & Ange. in l. j. §. hæc ſtipulatio. videſ idẽ voluiſſe. ff. ſi cui plus quã ꝑ l. Fal.
POMATES.
b ¶ Omniũ. nota qđ ꝓ principe & iudice præſumiſ, & viđ aliqua in ſimili per Alex. cõſi. lxiiij. col. ij. vol. iiij. & cõſilio lxxxvj. in fi. vo. iiij. & aliquid ad iſtum tex. ꝑ Barba. cõſi. j. col. xj. vol. j. & vide etiã aliquid per Fel. in c. in cauſis. col. ij. de re iudi. Extende iſtã gl. vt per Felin. in c. cũ noſtra. ĩ. iiij. corollario. de reſcri.
c ¶ Coram iudice. adde ꝙ Pau. de ca. vult hic. ꝙ teſtm̃ factum apud acta corã iudice ordinario, abſq; teſtibus, valeat: ſicut alia acta ꝑ iudicis p̃ntiã. l. ĩ dona. de do. Bal. autẽ vult, ꝙ ſit ſpãle in teſtamentis, ꝙ requiranſ ad minus tres, ꝑ l. ſancimus. j. eo. ſed Pau. dicit, ꝙ probatur contrariũ. cũ text. ibi dicit, nõ minus tribus vel inter acta miniſtrauerit. & ſic loquendo alternatiue vult, ꝙ acta habeãt vim tot teſtium, quot requiruntur, & hoc dicit placere Rapha. adde, quod donatio facta a principe, non eget inſinuatione, vt cõſuluit Bal. cõſi. clxvij. j. lib. vbi refert Bar. ita conſuluiſſe in caſu domi. de vrſinis.
d P. PAV. P. ¶ Scrinio pectoris. Secus tamen preſumitur in ſtatutis vel conſuetudinibus de quo cũ duabus limitationibus vide Iaſ. in l. ſcripturæ. in iij. col. C. ſi contra ius vel vti pub.
e ¶ No. quarto. Vide tex. pro hoc dicto in c. cum acceſsiſſent. de conſtitut. & ibi do. Abb. qui te ducit ad concord. vide Bal. & Salice. in l. ſi vt proponis. ſ. de nup. & ibi remiſi late ad Bal. & vide Bal. in ti. de pace Conſtan. ĩ prin. & ibi late remiſi. & vide quæ dixi in d. c. cum acceſsiſſent. And. Bar.
f ¶ Sine eius conſenſu. Adde quod contrarium tenet Bal. hic, qa eadẽ ſolennitas requiritur in deſtructione. quæ in conſtructione. ar. l. ſi vt proponis. ſ. de nup. tamẽ cũ opi. Bar. trãſit Ful. Sal. & Pau. de Ca. qui per hoc alle. in ſimili quod voluit Io. And. in nouel. in. c. j. de his quæ fi. a ma parte cap. ꝙ ſi canonici iurãt ſeruare ſtatuta, intelligitur quouſque durabunt, & poſſunt ſtatuta reuocare: nec ſunt periuri, cum de natura ipſorum ſit ꝙ reuocari poſsint, ſicut teſtamenta. Adde quod pro hoc etiam facit, quod ipſe Bal. conſuluit. cõſi. c. iiij. lib. quod ſi ſit data certa forma in teſtando, quod illa non requiritur in cancellando.
g P. PAV. P. ¶ Hæc conſultiſsima. De materia huius teſtamẽti in ſcriptis ad prouidendum ne ſi vnus teſtis moreretur añ teſtatorẽ, teſtm̃ annullatur, vide Cepol. cautela. cij. Itẽ ad faciẽdũ ꝙ legata debeanſ ex diſpoſitione facta corã duobus teſtibus. vide Cepolã cautela cxlij. Item in materia regulæ ꝙ oĩno ſolẽnitas requiſita a iure faciat actum eſſe nullũ, vide Feli. in c. qm̃ frequẽter. in iij. col. ver. attende ad me. extra. vt lite nõ cõte. & ĩ ſe. col. notabiliter limitat. Itẽ an ſeptẽ teſtes reqſiti ſint de forma ſubſtantiali, vide Iaſ. in. l. ij. in ij. col. de bo. poſ. ſecun. tab. Et ibi poſtea ponit duos caſus, in qbus ſufficiunt duo teſtes. Itẽ qñ requiriſ aliqua ſolẽnitas in actu, ſi fiat ea omiſſa ſit nullus, nec ſufficiat ſi poſtea interponaſ. ſecus ſi reqriſ poſt actũ. Vide & declara vt ꝑ Iaſ. late ĩ l. vniuerſis. ĩ pe. & vl. co. C. de p̃cib. ĩp. offer. & ibi vide alia ad Bar. Itẽ regula de qua hic ꝙ forma nõ ſeruata & c. limitat ñ ꝓcedere qñ forma omiſſa nõ eẽt magnę ĩportãtiæ. vide Ia. ĩ. l. vniuerſis. C. ꝑ p̃cib. Imꝑ. offer. vbi ẽt ponũt exẽplũ. faciũt ea, q̃ de omiſsione leuis ſolennitatis habes ad Bart. in l. j. §. fi. de ven. inſpic. Item ꝙ omiſsio ſolẽnitatis re-
h qſitæ a conſuetudine ita dicitur ſicut a iure, viđ Feli. c. j. ĩ iij. no. de ſpõ.
POMATES. ¶ Oppon. ꝙ nõ. Vide per Roma. in repetitione auth. ſimiliter. in xj. ſpeciali piæ cauſæ inter vltimas voluntates. j. ad l. Falc. Bar. in l. ſciendum. in ij. q. ff. de verb. oblig.

a **TEſtamenta.** Inſinuatio[a] facta coram nõ cõpetẽti iudice vitiat inſinuationem. h. d.

1 *Teſtamentum factum coram Principe, probari poteſt per duos teſtes.*
Item teſtamentum factum coram iudice.
2 *Imperator habet omnia iura in ſcrinio ſui pectoris.*
3 *Teſtamentum factum cum conſenſu Principis, ſine eius conſenſu reuocatur.*
Statuta Spoletana confirmata per rectorem ducatus, poſſunt ſine eius conſenſu reuocari.
4 *Teſtamentum probatur eo ipſo eſſe nullum, quòd non detegitur aliud eſſe factum.*
5 *Teſtamentum ſatis eſt, quòd producatur coràm iudice cauſa inſinuandi: licet iudex aliquid non dicat.*

b **OMnium.** [b] Teſtamẽtum factũ corã Prĩcipe vel corã alio iudice põt ꝓbari cũ
duobus teſtib9. h. d. Primò ponit vnũ di
ctũ. Scđo illud ꝓbat ꝑ argumẽtũ à mino
ri. Tertiò remouet vnũ dubiũ. Quartò
remouet aliud dubiũ. Qũtò Imperator
exhibet ſe oĩb9. Sextò ſtatuit ꝑ duos te-
ſtes poſſe ꝓbari. Partes videbitis legen-
do literã. Secunda ibi: ſicut ergo. Tertia
1 ibi: nec ſane. Quarta ibi: oĩb9 eñ. † No.
ꝙ teſtm̃ factũ coram Principe põt ꝓbari
duobus teſtibus. Secũdo no. idẽ in te-
c ſtamẽto facto corã iudice.[c] Tertiò no
2 ta † ꝙ Imperator habet oĩa iura in ſcrinio
d pectoris[d] ſui. Nota quartò[e] † ꝙ licet te-
e ſtamẽtũ ſit factũ de cõſenſu prĩcipis põt
3 bene reuocari ſine eius cõſenſu. Quod
facit ad qõ. vt ſtatuta quæ ſunt in duca-
tu Spoletano cõfirmata ꝑ rectorẽ duca-
f tus, poſsint ſine eius[f] conſenſu reuocari.
De hoc dixi plenè in l. oẽs populi. de iu-
4 ſti. & iur. Vltimò no. † ꝙ ꝓbatur teſta
mentum eſſe nullũ eo ipſo, ꝙ detegitur
aliud poſtea eſſe factũ. in ver. cũ hoc. ſup
ver. cõprobeſ. & vide gl. ĩ ver. cõprobeſ
quam tene menti. Opp. ſ. eo. l. publicati.
& ſ. l. proxi. So. Quicqd dicat gl. hæc eſt
veritas. Quandoq; loquitur de teſtamẽ-
to fiendo: & iſtud poteſt fieri corã Princi
pe, & corã quolibet iudice. Qñque loq-
tur de teſtamẽto iã facto inſinuãdo: & i-
5 ta loquitur contra. Item no. † tu Peruſi-
ne ex hac l. in tertia particula, ꝙ ſufficit ꝙ
teſtamẽtum producatnr corã iudice cau-
ſa inſinuandi: licet iudex nihil dixerit. Et
ita videtur mihi ꝙ practicent hic aduoca
ti, ex forma cuiuſdam ſtatuti. Vltimò
vide gl. ſuper ver. completum. & tene menti tu iuuenis.

NOlumus. Teſtamẽtum primũ nõ rumpitur ꝑ aliud minus ſolẽne, licet ĩ eo fuerit ſcriptus Imperator, vel alia perſona ĩ dignitate poſita. hoc dicit.

g **HAc conſultiſsima.** [g] Forma teſtamẽti in ſcriptis tradi-
tur hac. lege. h. d. vſque ad. §. ex imperfe-
cto. & aliter cõgruè ſũmari nõ põt. Op.
h ꝙ nõ[h] reqritur ꝙ teſtes ſint rogati:[i] vt ſ.
i de teſt. milit. l. milites. Sol. Specialis caſus
k eſt ibi. Op. ꝙ non reqrãtur ſeptẽ teſtes[k]
vt. ſ. eo. l. omniũ. et j. eo l. fi. Sol. regula eſt
iſta: ſed fallit in caſibus, in qbus paucio-
res qñque ſufficiunt: qđ dic vt in gl. Op.
ad illud qđ dicit, qđ nullo actu cõtra. j. e. l.
cũ antiquitas. Sol. Illa iſtam determinat.

1 *Teſtamentum imperfectum ratione ſolennitatis, ualet inter liberos.*
2 *Teſtamentum imperfectum ratione uoluntatis, non ualet etiam inter liberos.*
3 *Teſtamentum inter liberos probatur duobus teſtibus etiam fœminis.*

l **Ex imperfecto.** [l] Quod amodo ſequitur eſt notabile: quia ſingulare eſt. Breuiter

i ¶ Rogati. Adde ꝙ ĩ dubio omnes tenẽt cõiter quod nõ præſumãtur rogati. Et per hoc Bar. in l. diuus. ff. de teſta. mili. dicit ꝙ teſtis deponẽs quod fuit pręſẽs quando talis fecit teſtamẽtum: & nõ dicat, ꝙ fuit rogatus nõ ꝓbat: qa potuit eſſe fortuitus: đ quo plene per Alexã. cõſi. xxxiiij. iiij. vol. & Bal. cõſ. xliij. iiij. volu. et Pau. de Caſt. conſi. cciiij.
POMATES.
k ¶ Septẽ teſtes. Adde idẽ eſſe ad probãdũ coniecturam voluntatis. gl. nota. ĩ l. cũ ꝓponebaſ. vbi mul' ta ꝑ Ale. ff. de leg. ij.
POMATES.
l ¶ Ex imperfecto. Adde vidẽdum Alexan. cõſi. cxxvj. alias xxj. in ij. col. ad fi. vol. ij. & cõſi. cxlvj. eo. vol. & conſil. cv. in ij. col. vol. iiij. & ĩ iiij. co. in prin. et Panor. conſi. xj. col. iij. in l. dubio, vol. j. & Fel. ĩ c. in præſentia. co. ix. de ꝓba. et Barb. conſ. xix. col. vj. et ſeq. vol. j. et cõſi. xxxij. co. ij. & ſeq. vol. eo. & Rom. conſi. clxxix. co. v. et ſe. & Ale. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. co. xvij. ff. ad Treb. Et circa hoc quæro an legata alijs relicta ĩ teſtamẽto, quod eſt validũ inter liberos ſint valida. Iſte tex. facit quod nõ. In cõtrarium tamen facit qđ cõſuluit Alex. cõſilio ſuo xlj. co. ij. vol. j. & vide ad iſtũ tex. etiã Ang. ĩ l. milites. ſ. de teſt. mili. & Alex. conſi. xc. col. ij. vol. ij. & pulchre, & late Ale. ca. ẽt xcvj. vol. ij. Pau. de Caſt. conſi. clvj. vbi tãgit hoc de legatis factis alijs in teſtamento quod valet iure ſpecialitatis inter liberos, an valeãt, & an ex tali teſtamento detur bon. poſ. ſecundum tabu. vide Alexã. in l. j. circa finem. & in ij. co. et in j. co. ſ. de bon. poſ. ſecundum tab. vbi videtur inclinare ꝙ ſic. & ibi eam tenet Corne. alleg. §. ſunt autem. Inſtit. de bon. poſſeſ. vbi generaliter videtur dari ſecundum tab. omnibus iure ſcriptis: ergo &c. & mouetur alijs fundamẽtis, vt ibi per eũ. Vide etiam quæ ſcripſit ad Bar. in l. fidei commiſſa. §. quoties. in fi. ff. de leg. iij. Secundo aduerte text. in l. j. iuncta gl. ff. de bono. poſſeſ. ex teſt. mil. vbi ex teſtamento, licet imperfecto datur ſecũdum tab. ergo idem in caſu noſtro. Sed hic argumenta ceſſant, quoties filij non eſſent ſcripti, ſed nuncupati: quia eſt approbatum a iure ciuili: certe & ſuperueniens caſus debet extendi ad caſum noſtrum, ex quo etiã forma huiuſmodi teſtamenti, & ſimilium, eſt approbata a iure ciuili, & tãtum hic operatur numerus teſtium requiſitus, quantũ ibi ſeptem: ergo &c. Et ꝓ hoc videtur facere gl. in l. ſed cum patrono. §. fi. in fine glo. ff. de bonorum poſſeſ. An aũt iſte tex. haberet locum in filio legitimato, vide Bald. in c. de cauſis. co. penul. in fin. de offi. deleg. & vide Iaſ. in d. l. ij. co. ij. Et an habeat locũ in filijs naturalibus tam in teſtamento patris, quã matris, vide Are. in §. itẽ furioſi. col. ij. & ſe. Inſt. eodem. & in l. qui teſtamento. ff. eodem. Et an iſte tex. habeat locũ quãdo præceſsiſſet aliud teſtamentum, maxime a cæco factum cum clauſula derogatoria, vide Soci. conſi. clxiij. co. iij.
l P. PAV. P. ¶ Ex imperfecto. Iſte textus procederet etiam in filijs legitimatis, vide Iaſ. in l. ij. de vul. & pupil. Item quod etiam ſi non apparet de rogitu notarij, valeat, tenet Card. in conſilio cxxxiij. in ij. co. An autem in teſtamento impuberis ſufficerent teſtes fœminæ, vide Barba. in c. relatum. el j. co. xxj. de teſta. Item an diſpoſitio huius §. procedat in patre naturali, vide Bal. ſingulariter decidentem quod ſic in l. parentes. ff. de in ius vocã. quã forte legit cum præcedenti. et Bal. in l. humanitas. C. de natur. lib. & Alex. hic, & Aret. de quo habes ad Bar. in l. fi. C. famil. ercis. de tutore dato in teſtamento imperfecto, vide Alexã. conſi. cxl. Quod etiam in teſtamento patris inter liberos requiratur titulus inſtitutionis, vide Alex. conſi. ccccxlix. in pe. co. declara hoc vt per Alex. conſi. cxlxviij. vo. v. co. ij. quem omnino

vide. Itẽ iſtũ tex. dũ loquitur de admiſsione extraneę perſonę, limita vt per Alexã. conſi. cccccxciiij. in. iiij. col. Itẽ nota quod in ſubſtitutionibus admiſſio vnius perſonæ faciat vt ſubſtitutus non excludatur, alias fuiſſet excluſus, vide do. Fran. in cõſi. liij. in pe. col. Itẽ an in teſtamento patris inter liberos ſint omiſſæ omnes ſolennitates iuris ciuilis, & ſeruetur merũ ius gẽtiũ, vide Roma. conſil. clxxix. in iij. & iiij. col. & ibi etiã in v. col. dicit diſpoſitionẽ huius. §. procedere in matre. Et quid in patre adimente. Et in vj. col. ſignanter dicit diſpoſitionẽ huius §. nõ procedere, niſi pater omnibus æqualiter ꝓuideat, de quo ꝑ eũdẽ cõſ. cclxxxv. Itẽ illud, quod dicitur de admiſsiõe extraneæ perſonæ, limita niſi adeſſent quinq; teſtes, ꝙ ſufficerent ad probandum legatum, vide ſingulariter Pau. de ca. conſi. cxlvij. circa princi. Circa tamẽ illud, qđ dicit Roma. ſ. ꝙ debeat diſpoſitio eſſe æqualis inter liberos: alias non procederet iſte §. cõtrariũ ſentit expreſſe. Cõ. cõſil. cxiij. in j. col. in ver. pro parte affirmatiua ibi, nec ꝓrſus eſt eadem ratio, dum allegat iſtũ §. ex imperfecto & fi. ſ. fam. ercis. vide moder. hic, & Decium conſil. cv. colũ. vlti. vbi etiam ponit qđ iſta regula non ꝓcedat exiſtẽte nullo teſtamento ex præteritione alicuius ſolẽnitatis. Et ꝙ iſte §. habeat locũ in legitimato, vide Bal. in c. de cauſis. in pe. colũ. extra, de offic. deleg. Item an teſtamentũ inter liberos dicat̃ ad pias cauſas adeo vt gaudeat piæ cauſæ, vide do. Anto. diſputantem & cõcludentem ꝙ non, niſi reſpectu legitimæ conſi. xxv. in j. & ij. col. prope finem, quomodo intelligatur illud, Qui vult eccleſiam inſtituere, & filium exhæredare quærat aliũ pro conſilio quã Auguſtinũ. Et quãtum ad legitimã ꝙ ſunt magis priuilegiati liberi, quã pia cauſa, circa iſta vide q̃ habes poſt Bar. in l. ſi qs ad declinãdã. ad fi. ſ. de epiſ. & cle. Itẽ ꝙ ĩter liberos nõ valeat teſtamentũ nutu conditũ, licet valeat ad pias cauſas, vide Iaſo. in l. licet. co. ij. C. de procura. Et ꝙ nõ valeat etiam inter liberos, niſi probetur voluntas ſeu ſcriptura, ſaltem ꝑ duos teſtes idoneos: & ꝙ nõ valeat, ſi ſcriptura nõ habeat diem, vide Panor. conſi. xcviij. vo. ij. vide late Barb. cõſil. lviij. vol. iiij. Quomodo valeat teſtamẽtũ imperfectum ratione ſolẽnitatis vel voluntatis inter liberos, & quid ſi non ſit lectum, vide ad Barto. in l. ſi is qui. ff. de teſta. & in l. fideicõ. §. quoties de le. iij. An aũt diſpoſitio huius §. & authen. ſeq. locum habeat, vbi eſſet inſtitutus filius ex filia, ſtante cõi vſu loquendi, ꝙ appellatione liberorum vel filiorum non comprehendatur filius ex filia, vide Barb. ꝙ non. conſi. lxxxviij. col. ij. & ſeq. vol. iiij.

1 h.d. Teſtm̃ † imperfectũ rõne ſolẽnitatis
a valet quo ad liberos tantũ[a]. h.d. Teneas bene mẽti hũc §. quòd imperfectũ teſtm̃ inter filios valeat. Facit de iu. deli. l. ſi ſu⁹. Opp. ff. de cõfir. tu. l. qui à patre. Solu. dicũt quidã hãc ſcripturã teſtamẽti imperfecti eſſe codicillũ, nõ teſtamentũ. Truffa eſt. gl. dicit, illa l. qui à patre. corrigitur per hãc l. & per l. inter omnes. ſ. fami. ercíſ. Idem videtur gl. in l. ij. ſ. de confir. tu. Contrarium videtur tenere gl. ſ. de teſt. tutel. l. j. in gloſſ. magna. & illa eſt vera, ꝙ illa lex nõ corrigatur. Nam tutor eſt extranea: & priuilegiũ filiorũ nõ debet redũdare in præiudiciũ tutorũ. vt l. impuberi. ff. de adminiſtra. tuto. Itẽ op. de l. peto. §. mater. ff. de leg. ij. Sol. vera eſt illa quòd ibi teſtamentum erat imperfectũ in oĩb⁹, pręter q̃ quo ad dationẽ tutoris.
2 Quæro circa iſtũ no. §. quid † ſi teſtm̃ alia ratione, quã ex defectu ſolẽnitatis eſſet imperfectum, vt puta qa antequã cõpleuerit, ſuperuenit furor, vel mors, vt ſ. tit.
b j. l. furioſum. Rñd. tunc nõ valet[b] aliquo modo. Ita determinat gl. in l. ſi is q teſtm̃. ff. eo. Si ergo teſtator nominaſſet hæredes filios ſuos, tamen antequã teſtm̃ cõpleretur, ſuperuenit furor: certe tale teſtamentum nõ valebit: qa teſtamẽtũ defi
c cit ratione voluntatis[c] imperfectæ, nõ ra
3 tione ſolẽnitatis omiſſæ. † Quæro, iſtud teſtm̃ imperfectũ inter liberos qualiter debet probari. Rñ. duob⁹ teſtibus, mari
d bus vel fœminis[d], nõ curo, ſufficit hoc ꝓbari. Et no. j. prox. aut̃. Facit. ſ. famil. erci. l. fi. probatur per rõnẽ. Cũ eñ ſolennitas iuris ciuilis, quantum eſt inter liberos, ſit remota, remanet in priſtino iure gẽtium, ſecundum ꝙ in ore duorũ, vel triũ ſtat omne verbũ: nec diſtinguo marẽ à fœmina. Itẽ debetis intelligere hanc materiã. Facit quod dixi de teſta. mili. l. milites.

a ✠ P. PAV. P. ¶ Ad liberos tñ. Iſta diſpoſitio nõ ꝓcedit in cæco teſtãte nõ ſeruata ſolẽnitate, de qua in l. hac conſultiſsima. ſ. ti. j. Itẽ non procedit vbi ꝓceſsiſſet aliud teſtm̃ inter liberos, vide Com. cõſi. cxij. inci. & ſi teſtõr.

b ✠ P. PAV. P. ¶ Non valet. Quid autẽ in pia cã, an valeat teſtm̃ imperfectũ ratione voluntatis, vide Pau. cõſi. ccj. circa fi. & cõſ. ccclxvij. Et an diſpoſitio huius §. habeat locũ in pia cã, vide Panor. cõſi. xj. in vl. col. & vide omnino in repetitione l. cũ acutiſsimi. in xlvij. col. C. de fideicom. Item ꝙ valeat teſtm̃ inter liberos ſine recitatione cũ tribus teſtibus, vide Pau. cõſi. ccclxvij. & cccl. ĩ prin. Et ibi etiã ponit an in tali teſtamẽto poſsit fieri ſubſtitutio pupillaris, an vero requirantur quinque teſtes, prout in §. ſi quis autem. Et circa illud, ꝙ dixi de imperfectione ratione voluntatis in pia cã, vide Barba. in repe. l. cũ acutiſsimi. in iiij. col.

c ¶ Ratione voluntatis. Adde quod facit ad quæſtio. quod ſi teſtator ſcripſit in ſchedula totã voluntatẽ ſuam, in qua filios inſtituit, forte in diſparibus. Item extraneis fecit legata, deinde in capſam repoſuit ipſa nõ lecta, quod valet, quia eſt perfecta ratione volũtatis, licet non ſolẽnitatis. Ita tenent Gul. de cu. Bal. Sal. Bar. in l. is cui. ff. eo. & Bar. in l. fideicõ. ff. de le. ij. & eſt textus

quando eſt ſcripta manu teſtatoris. in auth. ꝙ ſine. ſ. eo. & ibi Bald. & Paul. de ca. Qñ autẽ eſſet ſcripta alia manu, quã teſtatoris. Bal. & Pau. vbi ſ. tenẽt cõtrariũ. Dicit Alex. poſſe ſaluari Bar. qñ per duos teſtes poſſet ꝓbari, ꝙ eſſet ſcriptura teſtatoris, iunctis his q̃ proxime ipſe eſt dicturus. Tu vide Bal. in terminis cõſi. cccxvij. vol. ſeq. Bar. idem voluit Abbas conſi. clxviij. ij. lib. dũmodo contineat diẽ, & nomẽ principis. Ita dicit tenere Bal. in auth. ꝙ ſine. & vide qđ Bal. conſi. lxx. iiij. li. conſuluit, ꝙ ſi teſtator aſſerat inter liberos, ſe certo modo teſtatũ, qđ illa verba probãt teſtamentum. an aũt hæc lex habeat locum in liberis naturalibus, Spec. tenuit ꝙ ſic: in tit. de inſt. edi. §. cõpendioſe. verſ. quid ſi pater. arg. l. naturali. de confirma. tu. Idem tenet Paul. de Caſt. hic, quia ſatis rationabilis opi. & idẽ Pau. ĩ l. fi. ſ. fami. erc. Ro. cõſil. cxxix. ang. dicit ꝙ oẽs do Bon. no. cõſuluerũt cõtrariũ Bald. tenet quod in patre nõ habeat locum diſpoſitio huius legis, in matre ſic, niſi ſit illuſtris. Idẽ tenet Ale. tñ vt refert Roma. in dicto cõſi. clxxix. Bal. in l. ſi qua illuſtris. ſ. ad Orfi. & in l. humanitatis. de natu. libe. & in l. fi. ſ. de cõfirma. tu. tenet qđ etiam habet locũ in liberis naturalibus ſimpliciter. An autẽ filius in minus ſolenni voluntate poſsit parentes inſtituere, Specul. ꝙ non, eo. §. ver. quid ſi filius. Et ꝙ teſtamentum imperfectũ ratione voluntatis non valeat inter liberos, conſuluit Abb. conſil. cv. ij. li. Vide tamen inquantũ dictũ fuit. ſ. ꝙ hic §. habeat locum in liberis naturalibus, qđ voluit Specu. in ti. de ſtatu mo. verſic. lij. An autem valeat pupillaris ſubſtõ in teſtõ imperfecto, vide Pau. de ca. cõſ. ccliij. & ibi trãſit cũ Bar. in ij. ff. de vul. & pupil. An aũt mutus teſtari poſsit pater inter filios: Ang. tenuit ꝙ non, ſi valet loqui: conſilio cclvij. An autẽ teſtamentũ primũ ſolenne, in quo teſtator filiam vnam vniuerſalẽ hæredẽ inſtituit, & alteri fecit legatum, & in eo appoſuit clauſulam: ꝙ ſi ſecundũ faceret, voluit nullius eſſe momẽti, & ſecũdo facit teſtm̃, in quo filias prædictas æqualiter inſtituit, & probatur per qnq; teſtes ꝙ primum reuocauit, ſit primũ reuocatũ. Ro. cõſuluit ꝙ ſic, conſi. ccclxxxvj. vbi de hac materia. & ꝑ Bal. cõſ. cclxv. & cccxxij. ij. li. & cõſ. xxij. & cõſi. ccxlij. iij. vol. & cõ. lxx. & cxcviij. iiij. vo. ꝑ Old. cõſ. cxix. ꝑ Alex. cõſ. clvj. ij. vol. & conſ. cxxiij. j. vol. & cõſi. cxxv. ij. vol. & cõſ. lxxvj. iiij. vol. ꝑ Paul. de ca. conſilio clxxxix. & ccclij. Adde etiã ſecũdũ Pau. de Ca. cõſi. cciiij. ꝙ ſi teſtator infirmitate grauatus, vocatis teſtibus & notario, faciat ſcribere ſuam voluntatẽ, & de parte in partẽ notarius ſibi legat audiẽtibus teſtibus vſq; ad hæredis inſtitutionẽ incluſiue, & ſic ponat annum, menſem, diem & actum, &c. & cũm vellet relegere teſtator expirauit: & dicta ſcriptura non reperiatur in protocollis notarij, quod per teſtes probari poterit.

1 ☞ *An probet inſtrumentum, in quo notarius poſuit x. pro decem & c. pro centum.*

e
f QVod ſine.[e] Iſta authen. habet ſe ad §.[f] iſtũ determinando, ſeu corrigẽdo eũ in teſtamento facto in ſcriptis. Quęro qualiter ſe habet iſta aut̃. ad §. ex imperfecto. Quidã dicunt ꝙ iſtũ §. corrigit ex toto. Gloſſatores noſtri dicunt ꝙ qñ teſtm̃ fit ſine ſcriptis, in nullo immutat̃ ꝑ hanc aut̃. Sed qñ in ſcriptis immutat̃: immutatur enim in duobus, quia requiritur teſtatoris ſubſcriptio, & põt legari extraneis. Quæro quõ iſta aut̃. ſe habet ad authẽ. ſi mõ. ſ. fa. erciſc. Gl. dicit & bene: ꝙ cũ illa
1 continuatur. † Quæro, qñ notarius facit aliqđ inſtrm̃, & in eo ponit ꝓ cẽtũ literã c. pro decẽ literã x. & ſimilia. hic q̃rit̃ vtrũ iſtud ĩſtrm̃ ꝓbet. Hic vr̃ caſus ꝙ nõ. Pro hoc etiã vr̃ caſus in l. ſed cũ patrono. §. fi. ff. de bo. poſ. Ad idẽ facit in ſecũda conſtitutione ſ. ante fi. vbi dicit̃ ꝙ iſti liberi debẽt ſcribi ꝑ literã extenſam, nõ per ſigna. In cõtrariũ videt̃ caſus in l. quoties. §. ij. ff. de hære. inſti. Breuiter iſta eſt veritas. Quædam ſunt notæ inuſitatæ, & in
g cognitæ[g] & per iſtas inſtrumẽtũ nõ probaret: vt d. l. ſed cũ patrono. §. fi. ff. de bo. poſ. Exẽplũ videmus in notarijs, qui faciunt vnũ ſignum, quod importat nomẽ ſuum: & hoc faciunt in vna litera alijs intermiſsis. Aliud exẽplũ in duabus literis ff. deſignatur digeſtum. Si verò eſt ſignũ conſuetum, vt pro cẽtũ ponatur vnũ c. et ſimilia, dico tunc ꝙ tale inſtrumẽtũ probaret, vt d. l. quoties. §. ij. de hær. inſti. Fallit in caſu iſtius auth. Itẽ fallit in libris iuris ciuilis, qui debent ſcribi per congeriẽ literarum nõ per ſigna: licet hodie nõ ſeruetur: vt in dicta cõſtitutione ſ. de emẽ. Iuſti. Co. &c.

d ✠ P. PAV. P. ¶ Fœminis. Quod autẽ debeant eſſe teſtes idonei, vide Alex. conſi. cccxl. ad fi.

e ✠ P. PAV. P. ¶ Quod ſine. Nunqđ aũt in iſta ſcriptura ĩperfecta, in qua pater teſtatur inter liberos, requiratur expreſsio anni, menſis, diei & loci, vide Cur. in ſolu. l. admonendi. in lxij. col. de iureiur. Et de materia huius auth. vide Alex. conſi. cxxvij. in iij. & iiij. col. latiſsime conſi. ccccxliij. Et vide circa iſtam materiam late Barb. conſi. lxxxviij. col. iij. & ſeq.

f ✠ POMATES. ¶ Habet ſe ad §. In tex. ibi: & tempus & liberorum. Ad huiuſmodi autem declarationem vide Alex. in conſil. lxiij. alias lxxvj. inci. ponderatis. in iij. volumi. vbi allegat tex. in §. illud. in auth. quibus modis natu. effi. legi. Sed certe hic allegatur aliter intelligi tex. qui de ſolo tempore facit mentionem. Ad iſtam authẽ. vide Alex. conſi. cxxiij. col. iij. in primo volu.

g ✠ POMATES. ¶ Et incognitæ. Iſtud fallit in inſtrumento, ſeu te-

Hoc

teſtamẽti.Nam præſumit lex,ꝙ ſi cogitaſſet plures filios habere minora reliquiſſet legata:vt l.is qui in fi.ff.de iure codi.& ſic vno caſu eſt vera opi.Pla.& ſequacium.Alio caſu eſt vera opi. Azo.& ſequacium. Redeamus ad quaſdam rationes,quas feci pro Pla.inquantum concludunt cõtra Azo.& ſpecialiter ad illam,quam fecit de ti.de leg.preſtan.Nam dico,ꝙ ibi nulla eſt differentia inter poſthumum,& iam natum,ſiue ſcienter,ſiue ignoranter teſtator præterierit.Ratio,quia in vtroq; eſt eadem ratio. Quare autẽ prætor conſeruauit legata coniunctis perſonis.Certè,quia prætor rumpebat teſtamentum,quod de iure ciuili erat validum.& in hoc iniuriam faciebat legatarijs omnibus:ideo ex æquitate ſua reſeruauit legata coniũctis perſonis:vt.l.j.in princi.de leg.præſt.& iſta eſt ratio vniformis ad poſthumum,& iam natum,quoquo modo pręteritum:ſed hic legata conſeruantur propter tuendam voluntatem defuncti, quæ voluntas defuncti ceſſat,quando præteritus eſt ab ignorante. Nunc reſpondeo ad iſtas rationes factas per Azo.cõtra Plac.non obſt.ꝙ legata cœperint dependere ab inſtitutione:vt dicam j.in contrarijs,ſuper verbo,exhæredationis. Nec obſt.quod dicebat do.Iaco.Butr.ꝙ hic loquitur de præteritione,quæ fit ex cauſa:quia hoc falſum puto:quia imò loquitur indiſtinctè de omni præteritione,per quam præteritus circunſcribitur,vt dixi in præcedenti contrario.Et quod text.hic dicit,ex cauſa præteritionis,debet exponi,i.ex ipſa pręteritione: & ſic intranſitiuè loquitur.Simile habuiſtis ſ.de condi.indeb. in l.j.Vel dic ꝙ verba hic poſita ſunt Guarnerij.in corpore aliter iacent. Sed contra iſtam opi.quam tenui,tam in præcedẽti contrario,q̃ in iſto,opp.de caſu l.vlti.ff.de hære.inſtituẽ.vbi quando pręteritio eſt facta ab ignorante,vitiatur inſtitutio,& legata firma remanent.Sol.Ibi loquitur quando pręteritus eſt aliquis,cuius præteritio teſtamentum non rumpebat:ſed inſtitutio rumpitur propter defectum cauſæ,quam teſtator adeſſe putabat,quæ cauſa reſpiciebat inſtitutionem ſolam,non legata:meritò legata firma remanent:quia in eis nõ eſt defectus voluntatis defuncti:hic ſecus,vt ſ.dixi. Contra hoc etiam fortiter opp.de l.cũ mater.ff.de inoffi.teſta.vbi videtur ꝙ debeat diſtingui totum ecõtra ad illud,quod ego dixi ſ.Aut præteritio eſt facta à ſciente:& ſic re,& conſilio:& legata tũc nõ debeant̃. Aut ab ignorãte:& tũc debeant̃.Ita videt̃ tenere gl.ibi poſita, &c.Rñ.rationes & opi.gl.nõ ſunt veræ,per rationes quas ſ.dixi.Vnde tene opi.Azo.ibi poſitã quod dictũ in prin.legis corrigat̃ per id quod ſequit̃.Et tũc facit pro opin.quã teneo.quod ſatis placet.Vel dic ſubtilius,quãdo mater p̃terijt filiũ,quẽ non credebat ſe habere,& alios inſtituit:filius habet duplicẽ viam. Vno modo,quòd dicat teſtamẽtum nullũ,ſeu inſtitutionẽ nullam,propter defectũ cauſæ:quia mater ideo inſtituit extraneũ, quia putabat ſe filiũ nõ habere.quare erit falſa:& tunc vitiabit̃ inſtitutio,& remanẽt legata:vt d.l.cũ mater in princ.& d.l.vlti. de hære.inſti.Aut vult irritare inſtitutionẽ tanq̃ præteritus,& venire per querelam olim,vel hodie,dicẽdo nullũ ipſo iure : & tũc legata totaliter nõ valebũt.Sic loquitur finis dictæ.l.cũ mater.& id quod ſupra dixi vobis. Opp.de l.ij.ſ.eo.ti.& ff.de li. & poſthu.l.Gallus.per totam l.Huius timore[a]†poſſunt hic eſſe
7 aliæ opi.Vna,ꝙ hæc aut̃.habeat locum in præteritione poſthumi,q nõ eſt propriè poſthumus,ſed per l.Velleia.ſubducto,eo qui tenebat primũ locũ,ſequẽs incipit tenere locũ primi.& glo. in l.j.ff.de teſta.tute.videtur tenere,ꝙ in tali poſthumo locum habeat hæc aut̃.In contrariũ videtur.nam talis poſthumus nõ fuit per machinationẽ præteritus.Nam teſtator ideo eũ nõ inſtituit:quia alter eũ præcedebat:& ſic licitè fecit.Teneo gl. Ad contrariũ reſpondeo,ꝙ hæc machinatio videt̃. Sicut enim qui habet vxorẽ prægnantẽ,& ventrẽ non inſtituit:ita ille,qui habet nepotẽ,& de eo nõ facit mentionẽ,ſecundũ conſiliũ.l.Velle.ſaltẽ re ipſa circũſcribit eũ.Huic opi.cõſonat volũtas defuncti.Si enim filiũ ſuũ,qui erat in primo gradu,grauauit legatis[b]: multò magis eſt præſumendũ ꝙ grauaſſet nepotẽ:quia erat in vlteriori. Oppo.ſ.de bono.poſ.contra tab.l.j.& de lega.præſtan.l.j.vbi teſtamẽto irritato per contra tab.ex cauſa præteritionis,legata non debentur,niſi certis perſonis:hic verò dicit̃
8 ꝙ omnibus.Huius timore†ſunt hic opi.nã gl.in d.l.j.ſ.de bon. poſ.contra tab.tenet ꝙ illæ leges hodie corriguntur per iſtã,vt no.ff.de vſufru.l.ſi extraneo.Alibi videtur tenere gloſſ.ꝙ hæc aut̃.non loquat̃ de præteritione filij emãcipati:vt not.ff.de mino.l.ſi filius.Et ſecũdũ hãc ſolue cõtraria,ꝙ ibi loquit̃ in filio emãcipato:hic in ſuo,vel in eo qui nõ eſt ſuus,nec emãcipatus:ſicut deſcendẽs ex linea materna.Pro prima opi.facit,qa tunc videt̃ ſublata differẽtia emãcipationis,& patriæ p̃tãtis:qñ nullũ factũ eſt teſtm̃ : vt no.ſ.de colla.l.ſi emãcipati.& in hac aut̃. & in l.Gallus.§.& quid ſi tantum. Iac.de Are.licet ſit de illis q tenẽt,ꝙ in filio præterito iura antiqua nõ ſint correcta,tamẽ in filio emancipato tenet ꝙ iura antiqua corrigantur.Nam tex.in corpore in §.cauſas.ver.ſi quẽlibet de prædictis.loquitur de liberis,qui poſſunt ab inteſtato ſuccedere.ſed quantũ ad ſucceſsionẽ ab inteſtato,nulla eſt differẽtia inter emancipatũ,& ſuũ:vt in aut̃.de hære.ab inte.§.ſi nullã.ergo &c.probat per rationẽ:quia hic eſt fauor filij emãcipati,q dicit ipſo iure nullũ, nec habet neceſſe ſub dubio litis pendentiæ intentare cõtra tab.Et iſtã opinionem puto veram[c],ſi ponimus præteritionẽ factam[d] à patre ſciẽte.aliàs ſecus. Opp.ff. de leg.iij.l.ij.Sol.Secũdũ Dy.& bene,ibi loquitur quãdo legata relinquunt̃ ab ipſo præterito,à quo ab initio relinqui nõ poterant:& ſic hæreditas deuenit ad eum ex quodam caſu,nõ ex iudicio defuncti:vt l. ſed & ſic.§.j.ff.de leg.iij.hæc aut.loquit̃ in legatis relictis ab inſtituto,à quo ab initio poterant relinqui,quæ cõſeruantur beneficio huius aut.Ex hoc habes ꝙ Dy.hic videtur tenere,ꝙ hæc aut.habet locũ in præteritione filij ſui.quod dixi ſ.et dic de hoc,
9 vt dixi ſuprà. Sumus†expediti de cõtrarijs,circa verbũ præteritionis.Nunc veniamus ad verbũ exhæredationis,& videt̃ quod reſciſſo teſtamẽto per filiũ exhæredatũ,cætera vitiant̃:vt l.Papinianus.§.ſi ex cauſa.ff.de inoffic.teſta.Huius timore ſunt in hac materia multæ opi.Nam Mar.dicebat,ꝙ contrarium habet locũ ſecundũ illa tẽpora,ſecundũ q̃ habet locũ q̃rela:hodie verò nõ habet locũ querela.Cuius opi.reprobatur hic,in gl.& in l.j.ff.de inof.teſt.Ego dixi plenè in l.j.ff.de teſta. Alij dicũt, ꝙ lex cõtraria corrigit̃ ꝑ iſtam aut.nã hodie ſi teſtm̃ rumpat̃ ꝑ querelã,vel alio modo filio exhæredato legata debent̃,vt hic. Et hoc tenet glo.in lege cõtraria.& ff.de inoffi.teſt.l.nã & his. §.j.de teſt.tutel.l.iure noſtro.§.j.& de leg.ij.l.cũ filius.in prin.et in iſtis locis gl.tenet iſtã opi.Et differt hęc opinio ab opi.Mar. quia ſecundũ hãc habet locũ querela:ſed legata remanẽt firma. ſed ſecundũ Mar.nõ habebit locũ querela.Tertij dicũt vt Azo in Summa,Aut teſtamentũ eſt nullũ ipſo iure,quod eſt quãdo cauſa nõ eſt inſerta in exhæredatione,vt j.dicã:& tũc habet locũ iſta aut.Aut cauſa fuit inſerta:& tũc quia oportet teſtamentũ irritari per querelã,ſecundũ cõem opi.legata,& cætera ſimiliter irritãtur,& iura antiqua nõ corriguntur. Iſta opi.probat̃: quia quando teſtamentum eſt nullũ,legata non habent dependentiam ab inſtitutione:ſed quando eſt aliquod,& irritatur,ſecus:vt dicitur in ſimili in l.nam & ſi ſub condi.§.fi.ff.de iniuſt. teſt.& l.iij.in fi.de lib.& poſth.& ibi not.Iſta opi.placuit Hug. tamen diſplicuit eius ratio. Nam in eo quod dicit,qñ teſtm̃ eſt nullum legata valent,eſt cõtra l.is qui in poteſtate in prin.ff.de leg.præſtan.In eo verò quod dicit,ꝙ quando ab initio valuit, legata irritantur propter depẽdentiã:eſt contra l.nam ſimiles. ff.de iniuſt.rup.Quidã volentes ſuſtinere rationẽ,multũ laborãt ad rñdẽdũ ad dictas leges.Tu dic breuiter[e] ꝙ nõ obſt.l.is q in poteſtate.quia ibi loquit̃ ſecundũ tẽpora antiqua,ſecundum q̃ legata nõ poterant valere,niſi ex teſtamẽto adiret̃ hæreditas: hodie ſecus in caſu huius aut.Nõ ob.l.nã ſi miles.qa ibi valuit teſtamentũ ab initio de iure ſpeciali.Vnde licet tollat̃ nõ eſt tantæ potẽtiæ,ꝙ ad ſe trahat acceſſorium.Vnde ratio Azo.adhuc remanet viua.Hug.tamẽ aſsignauit aliã rationem : quia quãdo

POMATES

a ¶Huius timore.Cõſidera nunqd' hoc ſit verũ,qd̃ ſentit Bar. ꝙ nepos ſubintret ĩ locũ patris,ex diſpoſitione Vellei.quod quidẽ clare ſentit gl. in d.l.ij.hic alle. Sed hoc videt̃ cõtra.ĩ §. ſui.Inſti.de hær.quali.& diffe.

POMATES.

b ¶Legatis.Ex iſto articulo collige ꝙ idẽ eſſet,ſi eſſet ẽt ignorãter p̃teritus.& opin.Bar.hic eſt cõis, vt inq̃t Por.et Imo. in d.l.filio pręterito. q ponderãt Bar.hic eſſe cõtrariũ,dum dicit de exceptiõe poſſe fieri abſq; dolo.cõtrariũ cuius ſ.in prima opi.in diffinitione ipſius exceptiõis. Cogita.

c ¶Puto verã. Adde ꝙ ita cõiter tenet̃,ne melioris cõditionis ſit emancipatus quã ſuus.

POMATES.

d ¶Factã. Cogita tñ, nũquid iſto caſu ſaltẽ deberet̃ coniũctis ꝑſonis,de quibus in d.l.j.de leg.præſtan.

e ¶Tu dic breuiter. Vide Io.de Imo.ĩ cõſil,ccxxviij.vtrũ legatũ extendatur ad liberos,quos ignorabat,vide ibi:qa pulchre loquitur. And. Barba.

↔ POMATES.
a ¶Et Cyn. in d.l.iij. Iſta opi.probatur in l.ſi cũ vel i vtero.in fi.ſ.de teſt.mili.
↔ POMATES.
b ¶Si vero q̃ris.Quã do pteritio filij emã cipati,hodie reddat teſtm̃ nullũ,vide cõ cor.p Alex.in conſi. cxliij.col.ij.in j.volu. & in conſil.ciij.col.j. volu.iij.

teſtator inſeruit cauſam,delinquit in duo/
bus,ſ.in exhæredãdo,& falſam cauſam in/
ſerẽdo:ſed qñ cauſam nõ inſeruit, delinquit
in vno tm̃:meritò mitius puniť,vt ſic quo
ad inſtitutionem tantũ irritetur teſtamen/
tum.Iſta ratio reprobatur per doct.Quid
enim ſi teſtator inſerit verã cauſam,ſed hæ
res eam non probauit? Certè in nullo de/
linquit:tamẽ ſecundũ opi.prædictã nõ va/
leret legatũ.Vnde alij.vt Iac.de Are.tenẽt
opin.iſtã,per aliã rationem,ſ.quia hic dicit
text.irritum &c.In corpore dicit,euacuato,&c.Et ſic intelligiť
quãdo eſt irritum ipſo iure:& iſta opi.nõ placet. Nam verbum
irritum,nõ eſt in corpore,ſed in vno §.dicit,euacuato.in alio di/
cit,reſciſſo.& glo.intelligit ibi,euacuato,ſ.per ſententiam:& ſic
agebatur querela.Quod autem dicit,euacuato teſtamẽto,&c.&
ſic ſunt ablatiui abſoluti,& reſoluunť in cõditionẽ,ſcilicet ſi eua
cuabiť,ſ.per querelã:vt l.ã teſtatore.ff.de condit.& demon.ff.de
vſu.l.euictis.& eodẽ modo in alio §.vbi dicit,reſciſſo teſtamen/
to.Vnde alij tenentes hãc opi.dicũt ꝙ qñ teſtamentũ irritať per
querelam,legata nõ debentur,quia irritatur iudicium tanquam
demẽtis:vt l.Titia.ff.de inoffic.teſt. Et iſtam opi.vidi quãdoq;
tenere do.Iac.But.dum legeret legẽ contrariam:& poſtea dum
legebat hanc auť.vidi eum vacillare:& nil firmare. Sed iſta ratio
non placet.nam licet olim teſtamentum irritaretur per querela,
quaſi colore dementiæ,vt l.colore.ff.de inoffi.teſt.tamen hodie
non irritatur illo colore:ſed irritatur teſtamẽtum per querelam,
quaſi cauſa inſerta nõ fuerit vera.Non enim poteſt dici demẽs,
qui filium ſuũ exhæredauit ex iuſta cauſa inſerta. Sed poteſt dici
ꝙ cã nõ ſit vera:& iſta reſpõſio colligitur ex dictis Iac.de Are.
in iſta materia circa alium paſſum.Vnde alij,vt Dy.ſunt in alia
opi.totum econuerſo ad præcedẽtem.Dicit enim, Aut cauſa le/
gitima eſt inſerta:& per hæredem non approbata:& habet lo/
cum hæc auť.vt licet teſtamentum irritetur per querelam,lega/
ta firma maneant.Aut cauſa nõ eſt inſerta in exhæredatione:&
tunc irritatur teſtamentum in totum:& ita dicebat ipſe,ꝙ colli
gitur ex corpore vnde ſumitur hæc auť.Do.Cy.dicit hic,& au
diui eum dicẽtem,cũ legeret iſtam auť.ꝙ pluries ipſe reſpicit in
corpore,& nunq; ſciuit colligere ex aliquo tex.illud quod dicit
Dy.Videtur mihi tamen ꝙ Dy.hoc collegerit ex text.in corpo/
re,ex altero de duobus locis.primò ex §.ſinautem hæc obſerua/
ta non fuerint.ibi:ne filij falſis accuſationibus,&c.Nam dicitur
eſſe falſa accuſatio,quãdo cauſa ingratitudinis inſeritur,quæ ve/
ra nõ apparet. Vel poſſumus dicere,ꝙ ipſe collegit hoc ex §.ſin/
autem hæc obſeruata non fuerint.aliàs in §.hæc autem.ex fi.§.in
ver.in aliquo autem negotio,&c.vbi tex.hoc expreſſè videtur
dicere:ideo eum vidi totum.Hæc opi.Dy.nõ placet.Nam licet
vna ſit ratio in corpore,ne falſis accuſationibus condemnẽtur,
&c.quæ congruit exhæredatis cum cauſa.ſtatim annectitur ibi
alia,vel aliquam circunſcriptionem in parentum ſubſtãtia libe/
ri patiantur,&c.Quæ ratio congruit exhæredatis ſine cauſa,&
etiam præteritis à ſciente,vt ſupra dixi. Præterea,text.dicit,
ſinautem hæc obſeruata non fuerint:& ſic loquitur generali/
ter,ſiue non fuerit obſeruatum illud,quod percepit de aſſertio/
ne cauſæ,ſiue nõ fuerit obſeruatum illud quod percepit,ꝙ cau
ſa probaretur per hęredem.Non obſt.tex.in ver.in aliquo autẽ
negotio,&c.Nam Imperator ideo ſic pronũciauit:quia reperit
teſtamentũ eſſe falſum dolo,& machinatione quorundã extra/
neorũ.& ſic nõ deficiebat ex cã p̃teritionis vel exhæredatiõis,
ſed ex cauſa falſitatis.et ibi tex.exp̃ſſè dicit:dolo& machinatio
ne quorundã cõpoſitã fuiſſe cõperimus.Pręterea,poſito ꝙ tex.
hoc expreſſè dixerit illa fuit pronũciatio Principis anteq; ema/
naret cõſtitutio,vnde hæc aut.ſumitur,quę erat iuſta tũc:hodie
poſt hãc legem eſſet iniuſta.Teneo ergo opi.gl.ꝙ iura antiqua
hodie ſunt correcta,vt in teſtamento reſciſſo per querelam.vel
aliquo quoquomodo ex cauſa exhæredationis legata,& fidei/
cõmiſſa firma remanẽt.Hoc tenet gl.in multis locis quę ſ.dixi.
Expediti ſumus de cõtrarijs, circa verbum exhæredationis.
Oppon.contra illud quod dicitur hic,cætera firma manent.
Contra,ex teſtamẽto,ex quo non aditur hæreditas,non poſ
ſunt deberi legata:vt l.ſi nemo.ff.de teſta.tute.& ff.de reg.iur.l.
ſi nemo.Sol.Ibi loquitur quando teſtamentum vitiatur ex alia
cauſa quã ex cauſa ex hæredatiõis.vel præteritionis. Rõ põt
eſſe,quia qñ ex alia cauſa hæreditas nõ aditur,ad alios perue
nit hæreditas,præter ſpẽ,& volũtatẽ defuncti:iõ teſtator eos
grauare non cogitauit.Sed qñ irritatur ex cã exhæredatiõis,
vel præteritionis,teſtator cogitauit grauare eũ,quẽ exhæreda
bat,vel præteribat.in quãtũ poterat.Sicut em̃ eũ priuabat to/
ta hæreditate,q̃ ſibi debebatur:ita præſumit lex ꝙ multo ma/
gis voluerit eum eẽ grauatum legatis:ideo legata cõfirmauit.
Oppo.ſ.de teſt.l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.Sol.Ibi
teſtm̃ erat ex alia ratione imperfectum,videlicet ꝑpter defe/
ctum ſolennitatis:hic ex cã exhæredationis,vel p̃teritionis.
Expediti ſumus de cõtrarijs,veniamus ad q̃ſtiones.Primò q̃
10 ro:†hic dicitur ex cã præteritionis,vel exhæredatiõis. Quid
eſt exhæredare vel præterire? Certè quid ſit exhæredare , &
qualiter poſſet intelligi,ſuprà dixi in primo cõtrario.Præteri
re verò quid ſit,de hoc eſt opi.Nã Iaco.de Are. dicit, ꝙ præ/
teritio eſt,nullã mentionẽ facere de filio,et idẽ videtur tenere
gl.in l.iij.ſ.eo.Ex hoc ſequitur,ꝙ ſi quis aliquẽ præterierit, cã
ingratitudinis inſerta,vel ei aliquid legauerit ꝙ iſte diceretur
exhæredatus:nõ præteritur.Iſtud tenet Pet.& Cy.in d.l.iij.[a]
a Sed Mar.tenet contrarium,& dicit veritatẽ. Id enim probať
ex tex.in l.maximum.ibi: in inſtitutione præterijt , &c.quaſi
dicat:Ille præteritus dicitur,de quo in inſtitutione nõ eſt facta
mentio.Pro hoc videtur caſus j.de fideicõ.l.pe.& ff.de leg.iij.
l.ij.Et hoc vult dicere tex.ĩ corpore,prout nos accipimus præ
teritionẽ,pro ſpecie diſtincta in §.aliud quoque capitulũ. vbi
dicitur ꝙ exhæredare,vel præterire,debet fieri cũ cauſa.Et p̃
dicta vera,prout nos accipimus præteritionẽ pro ſpecie diſtin
cta ab exhæredatiõe ſtricto mõ ſumpta. Nã ſi tu acciperes ex
hæredationem largè,tunc talis præteritio videreť exhæreda
tio,vt ſ.dixi in primo cõtrario,& probatur ſ.de teſt.milita.l.
11 ſi cum vel in vtero. †Quæro,ſecũdo,quomodo irritatur te
ſtamẽtum ex cã præteritionis,vel exhæredationis.In hoc fuit
opi.quod quidã dicũt hodie nõ eſſe locũ querelæ. qđ hic non
examino.Dixi in l.j.ff.de teſta.Tenẽdo opi.gl.ꝙ hodie ſit lo/
cus querelæ:in quæſtione propoſita,dico ſic.Quãdoque q̃riť
de deſcẽdẽtibus præteritis,vel exhæredatis:quãdoque de aſcẽ
dentibus:qñque de collateralibus. Circa primum dic,† Aut
12 fuit exhęredatus,vel p̃teritus à pr̃e,vel à linea pr̃na, auo pr̃no,
& ſimilibus:aut à mr̃e,vel a linea mr̃na.Si à pr̃e,vel à linea pr̃
na:aut erat ĩ poteſtate:aut erat emãcipatus:& tũc ſi in ptãte,&
fuit præteritus:tunc eſt teſtamentum nullum ipſo iure.Poteſt
etiã petere contratab.vt l.maximũ.ſ.proxi.& l.j. ſ.de bo.poſ.
contra tabu.ſiue fuerit inſerta cauſa in præteritione,ſiue non:
& legata præſtanť oĩbus,p hãc auth.qđ eſt verũ,niſi cã præte
ritionis inſerta ꝓbata ab hærede fuiſſet:quia tunc valet,nec rũ
pitur.Si verò fuit exhæredatus:tũc aut fuit inſerta cauſa legiti
ma:& tunc oportet eũ venire per querelam.Et ſi cauſa proba/
bitur per hæredem,omnino repellitur:vt in auth.de hæred.&
fal.§.exhæredatos.Si verò nõ probabitur:tũc teſtamẽtũ reſci/
detur quo ad ĩſtitutionẽ:vt ſ.dixi.Si verò cauſa nõ fuit inſer/
ta:tũc põt dicere nullũ:vt in auth.vñ hæc ſumitur.§.aliud.quia
cauſæ inſertio eſt de ſubſtãtia:vt no.in.l.j.ff.de teſt.& per doc.
ſuprà co.l.j.& iiij.ff.eo.Per querelã aũt nõ poſſet venire:quia
nõ habet locũ,vbi habet locũ aliud remediũ,vt vidiſtis ĩ l.ma
ximũ vitiũ.Per cõtratab.etiã puto ꝙ poſsit venire,licet ſit ex/
hæredatus.quia nõ exheredatus rite,vt l.non putauit.§.nõ q̃/
b uis.ff.de contrata.Si verò quæris[b] de filio emãcipato:tunc aut
fuit exhæredatus:& idẽ quod ĩ filio in poteſtate:quia aut fuit
cum cauſa,aut ſine,vt ſuprà dixi.Si verò fuit pręteritus:& tũc
aut cum cauſa,aut ſine cauſa.Si ſine cauſa:tunc idem quod in
filio in poteſtate:quia poteſt dicere nullum,& venire per cõ/
tra tab. Aut fuit adiecta cauſa in præteritione:& tunc in hoc
eſt differentia inter emancipatum & ſuum. nam ſuus dicit
nullum,& poteſt venire per contra tabul . emancipatus ve/
rò habet neceſſe venire per contra tabul. vt nota in d. §. ex/
hæredato ſuprà in authen.de hæredi.& falſi.Secundo caſu,
quando præteritio,vel exhæredatio fit à matre,vel à linea
materna:tunc nulla differentia eſt inter exhæredationem,
& præteritionem:cum præteritio ſit ꝓ exhæredatiõe. Aut
ergo eſt præteritus,vel exhæredatus cum cauſa.& oportet
eum venire per querelam:vt Inſtitu.de exhære.lib.§. mater
Si verò

Si verò ſine cauſa:tũc dicit nullũ:qa cã eſt de ſubſtãtia exhære/
dationis,& p̃teritionis,vt ſ.dixi.Et p̃dicta habẽt locũ in filio iã
nato.Nã in filio naſcituro nõ poteſt inſeri cã:vt l.ſi quis in ſuo.
§.legis.de inoff.teſt. Ex p̃dictis patet,ꝙ gl.q̃ eſt ĩ §.aliud quoq;
capl̃m.q̃ vr̃ illã legẽ intelligere ſolũ in p̃teritione materna,non
dicit verũ:quia habet locũ etiã in p̃teritione paterna,facta filio
emãcipato.Et hoc tenet Iaco.de Aret.Quãtum ergo ad modũ
rũpẽdi eſt differẽtia inter filiũ emãcipatũ, & ſuũ : ſed quãtũ ad
p̃ſtationẽ legatorũ rupto teſtamẽto,nulla eſt differentia.Quæ
autẽ ſit rõ diuerſitatis in modo rũpẽdi inter ſuũ & emãcipatũ,
inter p̃teritionẽ paternã & maternã, dixi vobis in l.in ſuis.de
lib.& poſt.Sed cõtra p̃dicta vr̃ ſ.de inoffi.teſta.l.ſi maritus.vbi
ſuus p̃teritus venit p q̃relã.Sol.expone ibi p̃teritus,id eſt exhę
13 redatus:vt ibi dicit gl. †Circa ſecũdũ,ſcilicet quãdo q̃rimus
de aſcẽdẽtibus p̃teritis,vel exhæredatis, Aut loquimur de ma
tre,vel eius linea:aut de patre,vel eius linea.Primo caſu,aut prę
tereunť:aut exhæredanť ſine cauſa.& teſtm̃ eſt nullũ:qa deficit
in ſubſtãtialibus,vt dixi ſ. Aut cũ cã:& tũc ſiue exhæredenť,ſi/
ue p̃tereanť,idẽ eſt:qa ſemp habẽt intẽtare q̃relã:quia eorũ p̃te
ritio habeť ꝓ exhæredatione:vt Inſti.de exhęre.lib.§.mater.Li
cet ibi loquať in deſcẽdẽtibus p̃teritis:tñ idẽ eſt in aſcẽdẽtibus:
vt ſ.de inoffi.teſt.l.cũ filiũ.& no.ff.de inoffi.teſt.l.j.&c. Secũ/
do caſu,qñ quæris de patre,vel eius linea:tunc aut eſt p̃teritus,
aut exhęredatus à filio emãcipato:tũc ſi ſine cã,teſtm̃ eſt nullũ:
quia defecit in ſubſtãtialibus,vt ſ.dixi.Si cum cauſa,aut eſt præ/
teritus:& habet cõtra tabu.vt ff.ſi quis à pa.fu.ma.l.j.Aut exhæ/
redatus:& habet querelã:vt ff.de inoffic.teſt.l.j.& l.pater filiũ.cũ
ſi.Si verò loqueris de filio in poteſtate conſtituto:tunc aut teſtať
extra caſtrẽſe,vel quaſi & teſtamentũ eſt ipſo iure nullũ:quia nõ
poteſt teſtari:vt l.pe.ſ.qui teſt.fa.poſ.& l.qui ĩ poteſtate.de teſta.
Si verò teſtať in caſtrẽſi vel quaſi,qđ põt:tũc gl.variãt.Nã quan
doq; dicunt,ꝙ tale teſtamentũ nullo iudicio ſuppoſitum eſt,nec
poteſt irritari:vt ſ.de inoffi.teſt.l.de inoffi. Alibi dicũt gl.ꝙ teſta
mentũ non rumpitur : ſed agitur ad legitimã condictione ex l.vt
no.ſ.de epiſ.& cleri.aut.presbyteros.& l.cũ lege.eo.tit.& in auť.
de ſan.epiſ.§.presbyteros. Alibi verò dicunt,ꝙ iura antiqua cor/
rigantur in hoc,ꝙ hodie teſtamentũ filij ſuper caſtrenſi,ſubiacet
querelæ:vt no.ſ.de inoffi.teſt.l.fi.j.ad Tertul.auť.in teſtõ.ff.de in
offi.teſta.l.Papinianus.§.Papi.& ſi qs à pa.fu.ma.ſuper rub. Et
hanc opi,tenet Iac.de Ro.quod mihi placet:quia tex.& in corpo
re huius aut.loquitur in filiofa.in caſu quo põt teſtari:qđ non eſt
niſi ĩ caſtrẽſi vel quaſi. Dic ergo,ꝙ aut filius ĩ ptãte præterit,vel
exhæredat patrẽ,ſine cauſa:& teſtamẽtũ eſt nullũ:quia deficit in
ſubſtãtialibus,vt dixi. Aut cũ cauſa:& tũc aut præterit,& ita di/
a cit nullũ[a].aut exhæredat,& habet quærelã,vt ſ.dixi in filio præ/
terito.& hoc quantũ ad modũ rumpendi. Quantũ autẽ ad præ/
ſtationẽ legatorũ,eſt idẽ in vno quod in alio:vt probať ex corpo/
b re vnde hoc ſumitur. Circa tertium[b] quãdo quærimus† de col
14 lateralibus:& tũc,aut de fratre[c],& ſorore,aut de vlterioribus.Pri
c mo caſu,aut de vterinis:& tunc nullo modo admittũtur:vt l.fra/
tres.ĩ prin.ſ.de inoffi.teſt.Aut de cõſanguineis,vel de vtrinq; cõ
iunctis:& tũc ſiue ſint præteriti,ſiue exhæredati,ſemper veniunt
per querelã,duobus cõcurrẽtibus ſcilicet ſi turpis perſona ſit in/
ſtituta,& ceſſet cauſa ingratitudinis.quod dic vt dixi in dicta l.
15 fratres. †Quæro,dicitur hic irritũ eſt teſtamentũ quo ad hære
d dis inſtitutionem.quid de inſtitutis[d] ex re certa,vtrũ remaneat va
lida,vel vitietur? R̃n.quatenus inſtitutio ex re certa ſapit naturã
inſtitutionis vniuerſalis,in eo quod habet ius accreſcẽdi vitiatur:
quatenus ſapit naturam legatorũ,remanet firma.quod dic vt di/
16 xi in l.quoties.ſ.de hære.inſti. †Quæro,quid de ſubſtitutione,
an vitieť,vel remaneat firma? Per iſtã auť.dic aut loq̃ris de ſub/
ſtitutione directa:& iſta poteſt eſſe duplex:quia qñq; per ſubſti/
tutionẽ ſucceditur defuncto,vt in vulgari.Et ita dico ꝙ irritatur:
quia ſi quis bene aduertit iſtã auť.& in corpore vnde ſumiť,intẽ/
tio Imperatoris eſt irritare omnẽ actũ,per quẽ prohibetur ſucceſ
ſio ab inteſtato,ſed ſubſtitutio vulgaris eſt huiuſmodi.ergo &c.
e Si vero quæris de ſubſtitutione[e],per quam nõ ſucceditur defun
f cto,ſed ei,cui facta eſt ſubſtitutio,vt in pupillari[f], & exemplari:
g tenet glo.in l.j.§.fi.ff.de vulg.& pupil.quod illa cõſeruanť[g],nec
irritantur per iſtam auť. Quam gloſ.puto verũ dicere,argu.ff.ad
Treb.l.nam quod.§.ſi quis compulſus.& ff.de vulg.& pup.l.ij.§.
planè.licet Dyn.dicat contra.Quod dic vt dixi plenè in d.l.j.de
vulg.& pupil.Si verò loqueris de ſubſtitu/
h tione fideicommiſſaria[h],& loquor de fidei/
commiſſo vniuerſali:tunc dico ꝙ non irri/
tatur:ſed per hanc auť.confirmatur,ſicut le
gata particularia. Hoc probatur in corpo/
re,vnde hæc auť.ſumitur ibi:legata & fidei
commiſſa,&c.Pro hoc ff.ſi quis omiſ.cau.
teſta.l.ſi ſeruum.§.j.& glo.in l.ita tamen.§.
quoties.ad Treb.vbi dixi de hoc. Per hanc
enim ſubſtitutionem , non impeditur ſuc/
ceſſio ab inteſtato : ſuccedit enim, licet re/
17 ſtituat. Sed circa hoc dubitatur.Pone† ꝙ
in ſubſtitutione rogatus eſt de reſtituendo,
ſi deceſſerit ſine liberis,inſtitutione euacua
ta ex cauſa præteritionis,vel exhæredatio/
nis:ita ꝙ tota hæreditas pertinet ad filium
præteritum,vel exhæredatum,& oneretur
fideicommiſſo,vt dixi,debebitur dictum fi
i deicommiſſum[i],quando ipſe filius,ad quẽ
deuenit hæreditas,deceſſerit ſine liberis:an
verò quando deceſſerit ille primò inſtitu/
k tus? R̃n.cum talis conditio[k] cohæreat per/
ſonæ eius,qui primò fuit inſtitutus:tũc fie/
ret reſtitutio.cum ille deceſſerit ſine libe/
ris.arg.in l.neceſſariò.§.fi.de peri.& cõ.rei
vẽ.& de iure do.l.cum in fundo.§.ꝙ ſi mu
lier.& l.vſufructu.ſol.mat. Et eſt caſus ex/
preſſus in l.peculium.§.fi.ff.de le.ij.licet ſit
arg.contra in l.ſi vſusfructus.ff.de vſufru.
ſed de facili tibi bene apparebit ſol.ſi diligẽ
18 ter aduertis. Quæro,dicitur hic,†cætera
nanq; firma permanẽt,quid continetur ap/
pellatione cæterorũ.R̃n.ſubſtitutiones di/
rectæ,per quas nõ ſucceditur defuncto vt
ſ.dixi.Itẽ fideicõmiſſum vniuerſale legata
et fideicommiſſa particularia,libertates,&
tutelæ dationes,vt expreſſè dicitur in auť.
vnde hæc ſumiť.Ex hoc apparet , ꝙ nõ eſt
vera opi.Dy.quã ponit ĩ l.j.ff.de vul.& pu
pil.cũ dicit,ꝙ ea,quæ nõ poſſunt relinqui,
niſi in teſtamẽto,nõ remanent valida p iſtã
auť.quod eſt falſum.Nam tutelæ datio de/
bet fieri in teſtamẽto:vt l.j.de teſta.tute.&
tamẽ remanet valida p iſtã auť. Itẽ ex hoc
dico,ꝙ cõſtitutio executorum vltimæ vo/
luntatis,remanet firma.Dico etiã ꝙ illud:
qđ eſt relictũ in vim modi,remanet firmũ,

a ¶Et dicit nullũ. Adde vt hic p Alex.q formatquandã oppoſitionẽ. Sed qđ ecõtra,an teſtator miles ſciẽter filiũ p̃teriẽs qñ teſtať de caſtrẽſibus,vel eum exhæredãs faciat teſtm̃ ſubiacere querelæ.Cy.vt refert d.Alex.dicit ꝙ cõis opi.eſt ꝙ ſic.Tenet glo.in l.fi.ſ.de inoffic.teſta.& rubri.ff.ſi quis à pa.fu.ma.

b ↔ POMATES.¶Circa tertiũ.An aũt iſto caſu deberenť legata rupto teſtõ p fratres ex di/ſpoſitiõe huius aut. Bar.vr̃ hic ſentire ꝙ ſic iũctis p̃cedẽtibus & tenẽt hoc hic Cy. Bal.& Cor.Et facit ꝙ ſi debenť p filium vt hic p oẽs,tãto ma gis p fratrẽ.Secũdo, quia ſemper vult ra tio, qđ eſt tãtũ iuſti pactũ.et cõſidera nũ quid iſta aut.ſit cor/recta, vel ſit limita/toria iuris antiqui. cõtrariũ tamẽ tenet hic Imol.ſed magis placet prima opin.

c ¶De fratre. Adde an hæc aut.locũ ha/beat,ſi frater p q̃relã inofficioſi reſcindat teſtm̃ fratris turpi p ſona inſtituta vt tũc legata cõſeruẽť. An ge.ĩ aut.vt cũ de ap. pel.cogno.§.ſi.cõclu ditꝙ nõ:qa tex.ĩ cor pore nõ loqť niſi de p̃teritione,vel exhæ redatione aſcẽdẽtiũ, vel deſcẽdẽtiũ : ergo in tranſuerſalibus re manẽt incorrecta iu ra antiqua,volentia ꝙ reſciſſo teſtamẽto quo ad hęredes inſti tutos legata nõ præ ſtenť.l. Papinianus, §.ſi ex cã.de inoffic. teſt.et l.filio p̃terito. & ex idẽtitate rõnis vel maioritate,ĩ cor rectorijs nõ fit extẽ/ſio ad aliũ caſum,iu/xta no.in auth.quas actiones.ſ.de ſa.ſan. eccle.Idem tenet do. Frã.de Rãp.et Imo. in d.l.filio. Et cũ his trãſit Alex.Bald.ve ro in l.fratres.ſ.de in offi.teſt.tenet cõtra. & Salic.hic vide per eos qbus adde Pau. de ca.cõſi.lxj.vbi re/fert vnũ dictũ Gul. de Cu.de quo nõ fit mentio.& poſt vide oĩno Ang.cõſ.cxxj.

d ¶De inſtitutis ex re certa.do. Alex.dicit ꝙ communis opi.eſt illa quam tenet Bar.

e ↔ POMATES. ¶Quæris de ſubſtitutione. An per iſtã aut.cõſeruetur ſubſtõ pupillaris,vide Ro.cõſ.cvj.al's lvj.col.vl.& Alex.xlvij.j.vol.col.ij. in fi.Ro.cõſ.xviij.adde etiã Bar.in l.j.in prin.& Alex.& Iaſ.ff.de vul.& pu pil.quid autem de ſubſtitutione exemplari,vide Ang.cõſ.xcix.col.v.& vj.

f ↔ P.PAV.P. ¶In pupillari.Quid autem de pupillari tacita, que contine tur in expreſſa vulgari,an conſeruetur in expreſſa aut.vide Fulgo.in quadã diſpoſitione.in iiij.dubio.

g ↔ P.PAV.P.¶Conſeruanť.Sequiť Ant.de Bu.cõſ.xvij.ante medium,

h ↔ P.PAV.P.¶Fideicõmiſſaria.An autẽ debeatur fideicommiſſum,an/teq; eueniat dies vel conditio,vide Bar.in l.peculium,§.fina.de lega.ij.Pau. conſi.xix.in iij.col.Item ꝙ cõſeruentur fideicommiſſa per hanc aut.vide do. Anto.cõſi.xv.ad fi.q ſequitur Bar.hic.Item de fideicommiſſo vniuerſali vi de Ange.conſi.xciij.incip.Pet.de vrbe.ad fi.vbi etiam alia in materia. Item de fideicommiſſo vniuerſali,vide Io.Ana.cõſi.ccxviij.in vlti.col.& Bolog. poſtea in addi.vide Decium in conſi.lxxxv.col.ij.

i ¶Fideicommiſſum. Adde an fideicommiſſum vniuerſale cõſerueť p iſtam aut.ideo ꝙ filij ſuccedentes ab inteſtato rupto teſtamento,teneãtur fideicõ/miſſum reſtituere.Communis opi.eſt ꝙ ſic:vt per gl.& doct.in l.ita tamen. §.quoties.ff.ad treb.& gl.iuncto tex.in l.eã quã.j.de fideic.conſuluit Pet.de Anc.cõſi.cxliij.inci.præfatis noibus. Vide tñ Ange.cõſi.j.allegato clxxxiij. Et ꝙ fideicommiſſum vniuerſale conſeruetur,tenuit Bal.conſil.cix.iiij.vol. vbi dicit ꝙ pro hoc eſt tex.ſingu.not.& Iac.de are.in l.generaliter.de fideic. li.§.ex teſtamento.tenuit etiam Ro.conſi.ſ.proxi.alle.clxxxj.

k ↔ P.PAV.P. ¶Talis conditio. Vide do.Anto.conſil.ccv.col.vlti.ad fi. dicit iſtud eſſe dubium.

cùm vim legati obtineat:vt l.fi.j.de his q̃
ſub modo.Item ea quæ relicta ſunt in vĩ
cõditionis,remanent in eodem ſtatu, in
quo ante erant,per iſtam authẽ. An autẽ
a illud,quod cauſa[a] cõditionis implendę
debeat dari hæredi inſtituto,debeat dari
filio præterito,vel exhæredato,ad quem
trãsfertur hæreditas.Dic vt colligitur ex
not.in l.is cui.ff.de condi.inde.& l. quod
conditiõis.de dona.cau.mor.& l.qui hæ-
19 redi.§.j.de condi.& demon.Quæro† qd
ſi aliquid erat legatũ filio p̃terito, vel ex-
hæredato.qui rũpit teſtamentũ.nunquid
habebit legatũ,& ſuccedet cum alijs fra-
tribus inſtitutis.Gl.mouet iſtud dubium
in l.maximũ.ſ.proxi.do.Cy.poſuit ſup
hac auth.Mar.Sil.diſputauit q̃ſtionẽ.et te
nuit ꝙ tale legatũ non debetur per iſtam
auth.Hoc probat primò,quia nõ eſt veri
ſimile,ꝙ teſtator hoc voluerit.Præterea,
q iudiciũ defuncti impugnat ĩdignus eſt
omni relicto facto ĩ eo:vt ff.de inoff.teſt.
l.Papinianus.§.meminiſſe.& l.quæſitũ.
de acqui.hære.& l.poſt legatũ.ff.de his
q vt indig.Præterea,aut primò exegit le
gatũ,& nõ pōt poſtea teſtamentum im-
pugnare:vt ſ.de inoff.teſt.l. parentibus.
& l.fi.in prin.ff.e.Aut petit poſtquã im-
pugnauit,& nõ pōt:quia indignus eſt eo
vt ſ.dixi.Præterea,abſurdũ eſſet.ꝙ exhę
redatus,ſeu præteritus,haberet plus quã
inſtitutus:vt dicitur in l.maximũ.§.cum
enim.Nec obſt.iſta auth.quia verũ eſt,ꝙ
legata valent quantũ ad extraneos, non
tñ quantum ad præteritos,vel exhæreda
tos.[f] Ei ita de æquitate tenuit Mar. Sil.
Cy.hic videtur tenere contrariũ:& dicit
quòd fuit opin.Hug.per iſtã auth.nã iſta
auth.facit valere legatum,& filius eſt ca-
pax legati,& alia cõcurrũt,ex quibus de
bet valere legatũ,& deficiunt ea:q̃ vitiãt
Nõ obſtat hic quòd filius eſt indignus a-
liquid cõſequi ex teſtamento:ſed hic nõ
potuit iſta legata tanquã ex teſtamento,
ſeu actione ex teſtamẽto conſequi,ſed cõ
dictione ex hac auẗ.Ita dicit ipſe, qđ eſt
falſum,vt j.dicam.Nõ obſtat ꝙ plus ha-
bet p̃teritus,vel exhæredatus &c.qa hęc
abſurditas quandoq; toleratur:vt no.ĩ d.
l.maximum.Ego teneo opinio.Mar.Sil.
per rationes ſuprà dictas,& maximè per
illã:quia indignus eſt cõſequi ex teſtamẽ
to,quod impugnabat. Cùm autem ex
teſtamento agatur,vt j.dicam pro hoc ẽt
videtur.ff.ſi quis omiſ.cau.teſtamẽ.l.ſi nõ
ſolus.§.j.vbi legata quæ conſeruantur ꝑ
tit.ſi quis omiſ.cau.teſtamentum.nõ con-
ſequãtur ei,qui nixus eſt teſtamẽtũ impu
gnare.Expreſsius videẗ caſus ff.de lega.
præſtã.l.filiũ.§.omnibus.& iſtam opi. pu
20 to veram. †Quæro,qua actione petã-
tur legata ex iſto teſtamẽto rupto ex cau
ſa præteritiõis,vel exhæredationis? Qui
b dã dicũt,ex teſtamẽto:alij cõdictiõe[b] ex
hac lege.Et iſta,vt videtis,fuit opi.Hug.
& do.Cy.eã tenet.& gloſſ.vlti.hic tãgit.
Quòd agaẗ cõdictiõe ex hac lege,ꝓba-
tur:quia quando id, quod per ſe eſt inu-
tile,confirmatur:agitur ex confirmante,
non ex confirmato:vt ff.de iniuſt.teſta.leg.poſthumus.§.fi-
na.& ff.ad Trebel.l.ſi quis priore.de hære.inſt.l.aſſe.cum ſi.
& hoc videbatur tenere Pet. Dy. & alij,vt Iac.de Ra.di-
cunt ꝙ agitur ex teſtamento.hoc etiam tenebat Iaco.Butr.&
c ego hoc puto[c] veriſsimum.[d] Pro hoc etiam videtur tex.in auẗ.
d vnde hæc ſumiẗ:vbi dicitur,tanq; nõ reſciſſum obtineat teſta-
mentũ.Ex quo apertè vult,ꝙ teſtamentum ſit validum quo ad
legata,vt ſic nõ naſcatur actio ex l.propter teſtamentũ,ſed ex
ipſo teſtamento lege corroborato:vt l.obuenire.ff.de verb.ſig.
Simile videmus in omnibus contractibus bonæ fidei,qui con
firmantur lege:vt l.legitima.ff.de pact.& tamẽ actio oritur ex
contractu,non tamẽ ex l.Pro hoc do tex.expreſſum ff.de hęre
di.inſti.l.fi.Non obſtat quod dictum eſt,ꝙ agitur ex confirmã
te,non ex confirmato:quia illæ leges loquuntur quãdo confir
matum nõ poterat validari per ſe. Nam ſi quis nõ poteſt dece
dere per ſe:duobus teſtamentis:ideo ſecundũ teſtamentũ non
poteſt confirmare primum,vt per ſe fiat validum ex ſecundo.
21 †Et ex hoc colligiẗ determinatio quęſtionis.Dicit ſtatutũ,ꝙ
teſtamẽta mandetur executioni,ſicut ſentẽtiæ diffinitiuæ.Mo
dò petuntur legata,quæ remanẽt firma,vigore huius auẗ.Cer
tè ſi illa peterenẗ à præteritis cõdictione ex lege,nõ merentur
executionẽ:ſecus ſi peterentur actione ex teſtamẽto:quia tunc
merẽtur executionẽ ex forma ſtatuti.Et ita determinatum fuit
per dominũ Thaddæum de Pepol.Bononiẽ.legum doctorẽ,
qui in ſua iuuẽtute fuit valẽs homo in iure. Quæro,de clau
e ſula[e] illa,ſi non valet iure teſtamẽti.de qua gloſ.quærit hic.Et
vt ſcitis de hoc,ego iam feci vnã repetitionẽ in l.j.de iure codi
cil.Ideo breuiter tranſiens,tangam ea quæ erũt neceſſaria ad
22 expeditionem glo.latius videbitis ibi. Quæro ergo,†quid
ſi teſtator dixit,ſi nõ valeat iure teſtamẽti,valeat iure codicillo
rum:an tunc petentur legata ex vigore illorum verborũ tanq;
ab inteſtato:an petẽtur ex hac auẗ.teſtamento rupto ex cauſa
prętèritionis vel exhæredationis.Gloſ.hic non bene declarat,
nec do.Cy.Veritas eſt hæc.& nota ꝙ iſta verba,ſi nõ valet iu-
re teſtamenti,intelliguntur:id eſt,quatenus nõ valet iure teſta-
menti,&c.probatur in l.Stichum qui meus erit.ff.de lega.j.Cũ
ergo illud valeat quantũ ad legata,quãtum ad inſtitutionẽ nõ
valeat:dico ꝙ quãtum ad inſtitutionẽ nõ valebit iure codicillo
rũ:quãtum ad legata remanẽt firma,per hanc auẗ. Quæro,
23 †vtrũ iſta clauſula,ſi nõ valet iure teſtamenti &c.habeat locũ
rupto teſtamẽto per querelã.Gloſ.hic videtur dicere ꝙ nõ,per
l.Titia.ff.de inoffi.teſt.& de leg.iij.l.patronus.§.fi.quæ glo.di-
cit verum,ſecundũ tempora antiqua,ſecundũ quæ in quærela
rũpebat teſtamentũ,quæſito colore demẽtię.Sed cũ hodie ille
color nõ quæraẗ,vt ſ.dixi,puto ꝙ illa clauſula operetur rupto
24 teſtamẽto per querelã,&c. †Quæro,vtrũ illa clauſula, ſi nõ
valet iure teſtamenti,habeat locũ rupto teſtamẽto ex cã præte
ritionis.Glo.hic videtur tenere ꝙ nõ,ſed ſolũ habet locũ quan
do teſtamentum eſt nullũ ex defectu ſolennitatis.& eſt glo.ſin
gu.hic:& eſt additio.quam glo.tenent omnes docto.Sed vide
tur contra caſum l.ſi patroni.§.fi.ff.ad Trebel.ſecundũ vnam le
f ctu.& l.ex ea ſcriptura.§.fi.ff.de teſta. Et hoc tenent oẽs doct.[f]
quando preteritus eſt iam natus:ſed quãdo præteritus eſt poſt
humus,tunc eſt neceſſe.ſecundũ Dy.& alios,ꝙ dicatur,ſi non
valet,vel valebit.Nam ſi diceret,ſi non valet,tantũ:tunc rupto
teſtamento per natiuitatem poſthumi nullius eſſet effectus hæc
clauſula:quia certum eſt,teſtamẽtum valere,quum teſtator mo
ritur,licet poſtea irritetur:& ſic conditio deficeret.ergo &c.vt
l.ſi ita ſcripſiſſet.ff.de leg.ij.& l.cũ ſtipulaẗ.de ver.obli. Quid
g ſi diceret,ſi non valet[g] iure codicillorum &c.dic vt dixi in d.l.j.
25 de iure codicil. †Quæro,an ex vigore iſtorũ verborũ,ſi non
valet &c.veniẽtes ab inteſtato videanẗ rogati ad reſtituẽdã hę
reditatẽ hæredibus ſcriptis.Glo.hic videẗ tenere ꝙ nõ. Contra
rium eſt verũ:vt l.poſthumus.§.fi.de iniuſt.teſta.Cætera hic,&
alia infinita circa hãc clauſulam,dic vt dixi in d.l.j.de iure codi.

De poſthumis hæredibus inſtituendis, vel exhæredandis. Rubrica.

LEX I.

SI poſt. Natiuitate poſthumi præteriti, teſtamentum rumpitur, & ex eo nihil debetur.hoc dicit. Oppo.de autho.ex cauſa, ſupra titulo primo.vbi rupto teſtamento ex cauſa prętèritionis debentur legata. Solu.Quidam

e ¶Cauſa cõditionis implendæ.Sal.dicit ꝙ debet dari præterito, a quo legatarius debet legatum recipere.Pro hoc dicit eſſe text.apertũ ĩ l.is qui in poteſtate.§.j.de leg.p̃ſtan. & idem tenet Imol.in d.l.filio præterito.ꝑ d.l.is qui.quã dicit ſingularem.

P. PAV. P.

b ¶Cõdictione.Magnã vtilitatẽ reſultãtẽ ex hac inueſtigatiõe,vide per Ang.cõſ.clxxxij.inci.Berta hñs &c.in v.col.

POMATES.

c ¶Hoc puto.Etiam tenet Pet.de Anc.ĩ cõſ.cciij.ĩ ij.dubio.vbi ponit pulchre in materia huius auth.

d ¶Puto veriſsimũ.Adde ꝙ Alex.dicit ẽt cõem cõcluſionẽ ꝑ tex.in d.§.ſiue igitur.cũ ſeq.in ver.tã quã nõ reſciſſum.& ꝑ alias rõnes,de quibus hic ꝑ Bald. & Ang.cõſi.clxxxiij.ver.ſecũdo reſtat igitur.co.pe.& ſeq.

P. PAV. P.

e ¶Clauſula.Viđ oĩno q̃ habes ad Bar.ff.de iure codicillo.

P. PAV. P.

f ¶Oẽs doct.Seqtur Comẽ.conſilio cxxvj.incipiẽ.viſa copia.poſt princ.limitat tamẽ niſi ille, q eſſet inſtitutus, elegiſſet viã teſtamẽti adeũdo:qa priuatur via fideicõmiſsi.l.fi.C.de codicil.vide ibi.Eſt tñ cõis ſnĩa contra Bart.In alio caſu viđ Alexan.& Mod.hic,Alex.ĩ cõſi.cxxiiij.inci.diſcuſſis hæſitationibus ĩ vi.co.Viđ Ang.cõſi.cxij.incip.iſta qõ præſens habet duo pũcta.& in primo caſu cõtra gl.hic vide etiã quæ habes ad Bar.in l.j.in v.q.ff.de iure codic.

POMATES.

g ¶Si non valet &c.Quid ſi ignorãter p̃terit pr̃, an habeat locũ clauſula codicillaris?Bart.tenet ꝙ non.Et pro iſta op.Bart.hic Alex.licet dicat hic cõem eſſe ĩ cõtrariũ,tñ ꝓ Bar.cõſuluit Aret.cõſi.ſuo vlt.ꝑ l.cũ acutiſſimi.de fideic.& l.cũ auus.ff.de cõd.et demõ.Barb.in cõſilio lx.in ij.parte.Ang.ĩ l.fi.ff.de iure codi.dicit ꝙ pro Bart.cõſuluit collegiũ.Peru.Pau.in d.l.j.et ij.ſ.e.& quodã conſi.alle.per Alex.

dam dicunt quod hæc corrigitur per il-
lam. Alij dicunt ꝙ hic loquitur in præ-
teritione poſthumi: ibi in præteritione
a iam nati:[a] quod eſt valde fortè dubium.
quod an ſit verum, dixit ibidẽ in auẗ.ex
cauſa.

1 *Filius præteritus,tacendo quòd uideatur approbare teſtamentum.*
2 *Poſthumus præteritus, & quando iam natus,rumpat teſtamentum.*

LEX II.

VXoris. Abortiuus partus teſtamentũ nõ rũpit.ſe-
cus ſi naſciẗ viuus,licet ſtatim de-
ceſſerit.h.d. Iſtud quod hic diciẗ in prin.
de abortiuo,qualiter intelligaẗ,videbitis
in l.proxi.Ad iſtud autẽ,quod diciẗ,ſi na
b tus illico decedat,[b] teſtm̃ rũpitur,nec con
firmatur. Oppo.& videẗ ꝙ teſtamen-
tum cõfirmetur:vt l.poſthumus.in princ.
ff.de iniuſt.teſt.Sol.hæc eſt veritas,ꝙ ibi
poſthumus fuit natus,& deceſsit viuo te
ſtatore,vñ teſtamẽtũ cõfirmaẗ ex æquita
te prætoria:& ex eo poterit peti bonorũ
poſſeſsio ſecũdũ tabu.hic verò eſt natus,
& deceſsit poſt mortem teſtatoris.Vnde
nõ cõfirmaẗ,neq; de iure ciuili,neq; de iu
re p̃torio.Ita debetis hoc intelligere.Vn-
de duæ ſolutio.quæ ſunt hic in gl.ſunt ve
ræ ſimul iunctæ,vt vidiſtis.& vide gl.Et
ſic eſt vnus de caſib⁹,qui ponunẗ in lege
cõtraria,in quibus eſt neceſſaria bonorũ
poſ.ſecundũ tab.vt habuiſtis no.ꝑ gl.in l.
fin.ſ.vñ legi.& habuiſtis duos caſus.Aut
decedit viuo teſtatore:& confirmaẗ teſta
mẽtũ.Aut poſt mortẽ:& tũc ſecus. Ad
vtrũq; iſtorũ opp.ꝙ ſi decedit viuo teſta-
tore,nõ cõfirmaẗ teſtamentũ:vt ff.eo.l.ſi
filius qui in poteſtate.Sol. Dicũt quidã il-
lud ideo:quia preceſsit primũ teſtamentũ
validũ de iure ciuili.quod non placet.Dic
ergo ꝙ p̃cedẽs diſtinctio eſt vera in poſt-
humo p̃terito.ſecus in filio iam nato p̃te-
rito,q ſi decedat etiã viuo teſtatore,teſtm̃
nõ cõfirmaẗ:vt Inſti.de exhær.lib.ĩ prin.
Iſtam differẽtiã inter iam natũ & poſthu-
mum,tenet gl.in d.l.poſthumus.de iniuſt.
teſt.& l.ſi hęreditas.§.q filiũ.de teſta.tute.
& in l.fi.§.pe.ff.de dona.& in l.omnia.ff.
de re.iu.circa fi.ti.licet contrariũ videaẗ te
nere gl.& nõ bene,in l.fi.de reg.Cato.ni-
ſi etiã intelligas,ſecũdũ quod ſtatim dicã.
Contra iſtã diſtinctionẽ videẗ text.in d.l.
poſthumus.verſi.idẽ &c.vbi tenet idẽ in
iam nato,quod ĩ naſcituro.Sol. Dicũt qui
dam ꝙ ille §.idẽ &c.loquiẗ in caſu l.filio.
eo.ti.Et hoc vr̃ ibi ſentire gloſſa. Vltramõ
c tani[c] dicunt,& melius quod eſt notãdũ,ſi
filius iã natus p̃teritus decedit viuo teſta-
tore,aut ĩ teſtamẽto illo erãt ſcripti veniẽ-
tes ab inteſtato:& tũc teſtamẽtũ cõfirmeẗ.
vt ex eo poſsit peti ſecũdũ tab.de iure prę
torio.Ita loquiẗ dictus verſ.idẽ &c.Et ibi
text.hoc exprimit,ſi bene aduertatur,aut
erant inſtituti extranei:& tunc ſecus. Ita
loquitur Inſti.de exher.lib.in prin. Ad
aliud mẽbrum,quando filius decedit poſt
mortem teſtatoris,& ſic ad caſum huius l.
oppo.de l.filio præterito.ff.de iniuſt.teſt.
Sol.Ibi loquitur in iam nato: hic in poſt-
humo præterito. Ita dicit gl.hoc nihil eſt
dicere:quia facilius cõfirmatur,qñ præte-
ritur poſthumus,q̃ qñ præteritur iam na-
tus,vt dixi ſ.Vnde dicit glo.hic de rigore,
ibi de ęquitate.Innuit ergo ꝙ hæc lex cor
rigatur per illam,cum ęquitas ſcripta præ
feratur rigori:vt l.j.ſ.de leg.quod non eſt
verum.Dico ergo,& ita tenent doct.no-
ſtri Citramontani,& hæc eſt veritas,ꝙ ibi
loquitur in filio præterito,qui vixit tãto tẽ
pore,ꝙ habuit poteſtatem approbãdi,vel
reprobandi teſtm̃: vnde non improbãdo
approbare videtur,vt ibi: hic loquitur in
eo,q ſtatim deceſsit,vt expreſſè dicit text.
vnde in eo nõ poteſt cadere probatio: &
1 iſta eſt veritas.Supponit iſta ſolutio† ꝙ fi-
lius præteritus tacẽdo approbat teſtamẽ-
tum.Docto.Vltramon.tenent cõtrarium
per l.j.in fi.ff.ſi quis omiſ.cau.te.& in hoc
reſidet d.Cy.Iac.nõ examinabat.Ego te-
neo opi.glo.noſtræ,& dico ꝙ tacendo te
ſtamentũ approbet.& dico ꝙ cũ teſtamẽ-
tũ illud cõfirmetur de æquitate prætoria,
vt d.l.filio.ꝙ ſi filius tacet per annũ.& ſic
tãto tempore,quo excluderetur à bono.
poſſ.quæ competit de iure prætorio:vide-
tur approbare teſtamentum. Idem eſt in
l.ſi impubes.§.fi.ff.ad Carb.vbi eſt tex.ro-
tundus,cum gloſſ.nec poteſt aliter intelli-
gi,vt ibi dixi vobis. Ex his ergo debes
2 diſtinguere† per teipſum.Aut Præteritus
decedit viuo teſtatore,aut eo mortuo. Si
eo viuo: aut fuit poſthumus præteritus,
aut iam natus,& ſi iam natus,aut erant in
ſtituti venientes ab inteſtato,aut alij.Secũ
do caſu,quãdo decedit teſtatore mortuo:
aut decedit ſtatim,ita ꝙ non habuit tẽpus
ad reprobandum,vel ad probandum teſta
mentum: aut ex interuallo.Si ex interual-
lo:aut expreſsè approbauit,aut tacuit: &
ſi tacuit,aut poſt annũ,aut poſt minus tẽ-
pus,vt ex prædictis patet.Tene menti hãc
materiam,quia eſt difficilis,& quotidiana.

1 *Perfectè non natus efficitur Chriſtianus, ſi aliquod membrum baptizetur.*

LEX III.

d QVod certatũ.[d] Si poſthum⁹ na-
ſcitur viuus,licet poſtea ſtatim de-
cedat rumpit teſtamentum: ſecus ſi naſci-
tur mortuus.hoc dicit. No.tex.ibi:perfe
ctè natus &c.Itẽ quia dicit,totus &c. quia
nil aliud addit hæc lex præcedenti.Et Ca-
1 noniſtæ hoc† ponunt in titu.de baptiſ.&
dicunt quod ſufficit quod aliquod mem-
brum baptizetur,vt ſit Chriſtianus.

QVidam. Duas lectu. habet. Breuiter dicit. In-
ſtitutio facta de poſthumo in vnũ
caſum,porrigitur ad alium,ad quem teſta-
tor veriſimiliter prouidiſſet, ſi de eo cogi-
e taſſet.[e] hoc dicit,ſecundum vnam lect.vel
aliter: Verba ambigua interpretantur vt
teſtamentum non rumpatur.hoc dicit.
Oppo.de l.commodiſsimè.de liber.&
poſthu.Solut.prima eſt,quod hic teſtator
voluit eos eſſe hæredes, ſiue naſcerentur
in vita,ſiue poſt mortem:ibi voluit eos eſſe
hæredes in vnum caſum tantum.Solu.Pla
cet,& hęc coniectura ſumitur ex eo,quod
dixi vobis ponendo caſum,ſi teſtator infir
mus putans ſe non poſſe euadere,protulit
iſta verba.Alij dicunt ꝙ illa corrigitur per
f iſtam.Alij dicunt eco[illegible]ra,[f] vt hic in gloſ.

a ¶Iã nati.Adde Bal.cõſi.ccxxiiij.j.vo.& Pau.de ca.conſil.ccl.Sed de clauſula appoſita in teſtamẽto poſthumi ꝑteriti.vide Bar.cõſ.cciiij.ĩci.factũ tale eſt.cæcus.& cõſil.ccx.in.ĩ Dei noĩe.omne qđ alias cõſului,& auditores meos docui.& cõſil.ccxxxv.incip.Lap.Pau.de caſ.conſi.lxviij.cum duobus ſequẽtibus.ꝑ Bal.cõſ.xx.& ccccxl.j.vo.ꝑ Ro.conſi.cxxij.vbi refert Bar.ĩ cõſi.inc.viſo teſtõ dñæ Luciæ.ꝑ Barb.cõſi.lxj.ij.vo.Ang.cõſ.x.& cõſ.cvij.pleniſsime.

P. PAV. P.

b ¶Illico decedat.quis dicaẗ illico decedere,vide Bal.in c.j.§.j.in tit.Ep̃m vel Abbatẽ.Et an illico decedẽs habeaẗ in cõſideratione ab excluſione alterius,vel vt dicaẗ impleta cõditio.vide qđ dicit Barb.ĩ c.j.col.xiij.de teſta.

c ¶Vltramõtani.Adde de materia iſta plene ꝑ Alex.in l.poſthu.ſ.de cõtrata.Sed quid ſi pr̃ fecit donationẽ oĩum bonorũ,vel maioris partis,qa nõ habebat liberos,poſtea ſuſcepit filios, q mortui ſunt viuo ipſo donatore:an donatio recõualeſcat,q̃ fuerat reuocata,ꝑ l.ſi vnq̃.ĩ.de reuoc.do.Bart.dicit ꝙ nõ,quia non reperiẗ iure cautũ,niſi in teſtamento,qđ eſt magis fauorabile,q̃ cõtractus.l.in teſtamẽtis.de re.iu.Et ſic debemus ſtare reglæ,qđ ab initio.de reg.iu.Bal.vero ĩ.l.j.ſ.de inoffic.do.dicit, ꝙ ſi ſciuit eũ mortuũ,& potuit aliter diſponere,& nõ diſpoſuit,re cõualeſcat:quaſi videaẗ voluiſſe decedere cũ eadẽ donatiõe.Si aũt ſciuit,ſed interim effectus furioſus & non potuit diſponere de iure,aut non habuit tp̃s.& ſic nõ potuit diſponere de facto:& tũc ꝓcedit opi.Bar.& cum iſta opi.trãſit Pau.de ca.hic.Tu dic,ꝙ Bal.cõſi.ccccxlj.lib.ij.tenet ſimpl̃r ꝙ ſi poſthumus decedat viuo teſtatore,ꝙ donatio irrita nõ recõualeſcat,& ad materiã huius legis vide Bal.cõſil.cix.iiij.volu.& melius cõſ.ccccviij.li.ij.

d ¶Quod certatũ.Adde qđ Pau.de ca.dicit, ꝙ licet poſthumus naſcaẗ viuus,tñ certũ ſit,ip̃m nõ poſſe viuere:puta qa natus ſexto mẽſe,nec tetigit de ſeptimo,ꝙ ſi poſtea moriaẗ,ꝙ nõ rũpit,ꝑ l.ſeptĩo mẽſe.Nã paria ſũt naſci viuũ.et viuere ñ poſſe.Et cũ q.de facto fuiſſet ĩ ciuitate dicit ꝙ cõtrariũ allegatũ fuit dict.Ang.hic,ꝙ imo rũpereẗ,& đt ſe ñ ĩueniſſe.Verũ eſt, ꝙ Ang.hic nõ dicit, ſed ĩ l.pe.de ĩpu.& alijs ſubſti.Idẽ voluit Bal.de nato ĩ octauo mẽſe,q ſil̃r viuere ñ pōt,vt rũpat teſtm̃:quia ſufficit ꝙ viuat momẽto.eius cõſ.cxiij.inci.ad intelligendũ.iij.vol.& idẽ voluit ipſe Bald.conſi.cccc.vij.volu.

e ¶Cogitaſſet.Adde qđ Pet.de Anc.cõſi.ccxx.dicit hunc tex.facere ad deciſionẽ q.ĩ qua cõſuluit,ꝙ ſi teſtator legauerit vxori cẽtũ,ſi nubat ĩtra certũ tp̃s,puta hinc ad paſcha,et teſtator tm̃ ſupuiuat ꝙ mulier nubere ñ potuit, ꝙ debet habere legatũ: qa ſi ĩterrogatus fuiſſet teſtõr de hoc caſu ſil̃r reſpõdiſſet,

f ¶Ecõtra.Adde qđ Sali.q̃rit.vt refert d.Alex.ꝙ ſi teſtator ĩſtituit vẽtrẽ vxoris ſuæ,ſi maſculũ pariat,& addat,ſi in pupillari ætate deceſſerit,ſubſtituit Caiũ.ſi vero pareret filiã,& certũ qd reliquit.mortuo teſtatore vxor pregnãs moriaẗ & ex ſecto vẽtre puer maſculus extrahatur,qui poſt aliquos mẽſes moriẗ.an ſubſtitutus admittetur.Breuiter decidit ꝙ ſic ſecutus Bal.ĩ quodã cõſi.ſed nullus alle.vbi ſit.Ego inueni Bal.conſi.cvij.iij.vo.incip.In Chriſti noĩe.verba teſtamẽti.vbi dicit hæc formalia verba.falſum eſt dicere ꝙ illa peperit,q̃ añ partũ deceſſit:vt ff.de ver.ſig.l.anniculus.§.falſum.In cõtrariũ eſt veritas,ꝙ peperiſſe diciẗ q̃ in puerperio deceſſit:vt ff.de ſtat.ho.l.Aretuſa.cũ ſe.Sup hoc caſu dubitãt aduocati Lucanæ ciuitatis.Ego alias cõſului,ꝙ dicta ſubſtõ vẽdicat ſibi locũ,& cõſiliũ meũ eſt ipſa veritas nõ obſtãtibus quibuſcũq; opi.contrarijs,quia friuolæ ſunt.Et cõſiderãdũ eſt,ꝙ qñ teſtator dixit,ĩſtituo vẽtrẽ,ille q eſt ĩ vẽtre ĩſtitutus eſt, ſiue naſcaẗ viua mr̃e,ſiue ex vtero excidaẗ.Nã cũ teſtõr dicit ventrẽ,ꝑfecta eſt orõ,& qcqd adiũgiẗ q̃dã demõſtratio eſt que non habet vitiare: licet per aliũ modũ demonſtratũ rei demõſtratæ veram

notitiã habeamus. Iſte eſt caſus. ff. de lib. & poſthu. l. Titius. §. Lucius. Secũdo hoc probatur q̃a interdũ fit mẽtio de partu reſpectu viri generãtis, interdũ reſpectu mulieris cõcipiẽtis. Primo caſu veriſsimũ eſt dicere, ꝙ ex ſemine patris ꝑtus ꝓductus eſt: vnde ſiue vxor decedat in puerperio, ſiue poſt, partus ille eo mõ deſcẽdit a patre, tã naturaliter, quã quo ad affectionẽ paternam: vt ff. de inoff. teſtamen. l. poſthumus. & l. quod dicitur. eodem titu. Si vero referat ad matrẽ, tũc aut ipſa mater profert ſermonẽ, aut q̃dã tertius de ipſo. Primo caſu dr̃ peperiſſe, licet exſecto vẽtre puer viderit ſolẽ: vt C. de inoffi. teſta. l. iij. Et eſt rõ naturalis: q̃a eadẽ eſt affectio ſcd̃m naturã, & idẽ teſtandi cõſiliũ & neceſsitas vt teſtamẽtũ nõ rũpatur: vt hac l. Tertia rõ eſt, cũ tractat de cõmodo poſthumi, & in eius fauorẽ habetur ꝓ iã nato ẽt dũ eſt in vtero quo ad cõſequẽdum inſtitutiõis effectum maxime propter fauorẽ teſtamenti: vt no. ff. de lib. & poſthu. l. ſi a primo hærede. l. Gallus. §. inſtituẽs. & ſic iuris benignitate, primo ille fingitur natus quã nr̃ deceſſerit. Hoc tenet expreſſe Odofr. in d. l. auunculus. §. falſum. ſuꝑ verbo extractus. dicit Odof. i. ſectus, et extractus de vẽtre. & filius ꝓ iã natõ hr̃: vt ff. de inof. teſt. l. poſthumus. Odof. in lec. ſua, quã ego habeo, & ſi expedit mittã, tamẽ mihi alleganti auth. doc. debet credi. & cũ ſimus ĩ filio, q̃ hr̃ ꝓ iã nato, manifeſte cõcluditur ex hoc eũ inſtitutũ eſſe & cõnexe ſeq̃tur ꝙ ĩſtitutio valeat. Nõ obſt. §. falſũ. in tex. q̃a ille. §. debet intelligi in extraneo, nõ in filio. Verbi gr̃a: q̃ teſtator relinqueret matri, vel amico ſuo, ſub eadẽ conditiõe, ſed quãdo inſtituit filiũ, non habet locũ ille §. ꝑterea. ibi teſtator nõ diſpoſuit circa vterũ: hæc ſic: hæc eiuſdẽ. Bal. verba formalia, & notãda maxime ĩ fi.

De iure deliberandi, & de adeunda hæreditate, vel acquirenda. *Rubrica.*

Dictum eſt s̈. de teſtamentis, & de inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus: verũ q̃a ex his acq̃ritur hæreditas, & in acquiſitiõe hæreditatis ꝑcedit deliberatio. Iõ primò præmittit in rubr. de iure delibe. poſt deliberationẽ ſeq̃tur aditio, vel acq̃ſitio hereditatis: iõ annectit in rubrica de adeũda, & acq̃renda hæreditate. Q̃nque ſeq̃tur repudiatio hereditatis: iõ in ſequẽti titulo ponit de repudiãda hereditate. Quærit gl. quare hic dicit, de adeũda, & acq̃renda hæreditate. Rñdet gl. ꝙ hoc verbũ acq̃rere, eſt magis generale: quia ꝑtinet ad ſuos, & ad extraneos.

LEX. I.

Sià patre. Qui nõ poteſt eſſe hæres, niſi de iure prætorio, per actũ extraiudiciariũ nõ vr̃ hæreditatẽ agnoſcere. h. d.

P. PAV. P.

e ¶Tres actiōes.Circa iſtam materiam vide Alex.cõſil.iiij.in ij.vo.Ita nota q̄d hypotheca ſpecialis data per teſtatorem non derogat hypothecæ generali datę p hanc l.ſecundum Ro.ſin.dccxix.inci.legatarius.

gatario incō tinēti competit exceptio:vt ſ.ti.j.l.ſi creditoris. vel dicas breuius,[a]vt tollas multa contraria. †Pro legatis &
a fideicõmiſsis,cõpetūt tres actiones,ſi natura rei legatæ hoc
1 patiatur:ſec⁹ ſi natura rei legatæ repugnet. Ita debetis intelligere iſtā materiā:& propter hoc dico,φ qn̄ eſt legatū q̄titatis,vel generis,nō pōt competere rei vendicatio:quia nō eſt res certa quæ vendicetur.Idem,qn̄ legatur res alienata,vel legatur certū factū:vt l.fideicō.§.fi.ff.de leg.iij.& eodē modo qn̄ legať liberatio.Nā rei legatę repugnat,qa cõpetat rei vēdicatio:qa nō habet amplius q̄d q̄rat pro ſua cautela. Itē op
b po.pro eadē re nō pōt cõpetere perſonalis,& in rē:[b] vt Inſti.de actio.§.ſic itaq;.Sol.gl.Inſti.eo.§.noſtra aūt.dicit φ ſi eligitur perſonalis,non habet locū actio in rem:ſi eligitur in rē,nō habet locū perſonalis:& ſic pro eadē re vtraq; nō cõpetit ſimul.Alij,vt do.Alber.de Salinis,qui fuit quidā doctor Vltramont.qui fecit quaſdā ſuas diſtinctiones,dicebat φ nō cõpetit pro eadē re perſonalis,& in rem qn̄ quis habet dominiū de iure cõi:ſed qn̄ qs habet dominiū,ſeu vendicationē ex ſpeciali priuilegio,ſicut eſt in legatis in quib⁹ dn̄ium trāſit recta via ſine poſſeſsione:tūc rei vendicatio actionē perſonalē de iure cõi nō tollit:vt l.in bello.§.ſi quis ſeruū.de capti.& poſtli.reuer.Facit j.de cõdi.quæ ſub modo.l.quoties.Oppo.res ſua
c nemini pōt eſſe obligata:[c]vt l.nec; pig.ff.de reg.iur.Sed hic cõceditur actio in rem,& hypothecaria,quę præſupponit φ res propria ſubijpſi ſit obligata.Soluit gl.optimè,φ actio in rē competit pro re legata:actio hypothecaria cõpetit pro alijs rebus teſtatoris,quę ad grauatū perueniunt,& ſic non p ea
2 dem.re. Procedo vlterius:dicitur hic,†φ nō pōt onere fideicõmiſsi grauari ille,ad quem aliquid lucri nō affertur.Cõtra: quia legatarius cogiť aliquid reſtituere,ſ.legata,etiā nulla deducta Falcidia:vt l.lex Falcidia.§.nūq;.ff.ad l.Falc.Et ſic apparet φ apud eū nō remanet aliquod lucrū.Huius timore gl.recitat opi.Mar.& aliorū doc.vtrū legatarius particularis detrahit Falcidiā:hoc nō intendo examinare hic,quia eſſet multū longum.Dic vt in d.l.lex Falcidia.§.nūq;.& l.j.§.antep.ff.ad Treb.veritas eſt breuiter,φ legatarius particularis nunq; ex perſona ſua deducit.Nec obſtat iſte text.nā eſt neceſſe,φ aliquis habeat lucrum ab initio:nec eſt neceſſe,φ apud eū remaneat,vt poſsit grauari. Cõtra hoc oppo.de l.planè.la ij.§.
3 fi.ff.de leg.j.Sol.Ille,cui†aliquid relinquiť,poteſt onere fideicommiſsi grauari:eſt verum,ſi ei relinquatur commodū pecuniarium:alias ſecus.Vnde ei,ad quē ius patronatus peruenit ex diſpoſitione defuncti,nō pōt onus imponi:quia nō peruenit cõmodum pecuniariū.Item in alio caſu l.iij.§.ſi rem.ff.de leg.iij.vbi legatū affert cõmodū,nō tamen tale,φ ex hoc poſſit grauari.Itē illud quod hic dicitur, φ eſt neceſſe,φ habeat aliquod lucrum ille,qui poteſt grauari : intelligatis φ habeat ex diſpoſitione defuncti,vel in modum diſpoſitionis vt l.ab eo.ſ.ti.j.& hic.vel in modū cõditionis:vt l.quidā.§.fi.ff.de lega.j.Fallit in caſu l.cū quidā.ſ.de leg.in ſubſtituto exhęredati.Sec⁹ ſi ad aliquē peruenit cõmodū defuncti caſu fortuito: vt l.v.§.j.ff.de leg.iij.Dixi in l.eā quam.ſ.ti.j. Opp.ad fi.noſtræ legis,& videtur φ noſtra hypothecaria cõpetat inſolidū diuerſis cõtra quēlibet hæredū:vt j.ſi vnus ex pluribus hære.l.
d ij.Sol.Specialis caſus[d] eſt hic.Simile in l.fi.j.de debi.ciui.libr.
4 xj. Opp.vltimò†& videtur φ etiā res hęredis[e] ſint obligatę
e vt j.vt in poſ.leg.l.certa eſt forma.So.gl.fateť cõtrariū,φ poſt ſex mēſes bona hęredis ſint obligata. Vide gl.Tu dic φ hinc ad mille annos bōa hęredis nō erūt obligata obligatione tacita pro legatis quæ inducuntur per legem iſtam:ſed bene fateor φ poſt ſex menſes poteſt in rebus hæredis fieri immiſſio:& ſic obligatæ erunt pignore prætorio.

1 *Verbum.mando,non eſt præceptiuum:uerbum, iubeo,ſic.*
2 *Verba directa,& obliqua,ſumuntur in iure tribus modis.*
3 *Differentia fideicommiſſariæ,& directæ libertatis,quòd hodie etiam durat.*
4 *Quando legatur res hæredis,uel legatarij,non competit actio in rem.*
5 *Ad legatum relictum in codicillis,competit utilis ex teſtamento.*
6 *Legatum uniuerſale,uel quando legantur omnia bona,uel maior pars bonorū,an æquiparetur fideicommiſſo uniuerſali.remiſsiuè.*

LEX. II.

1 f g OMne uerbū. Verborū reiecta varietate exęquata ſūt legata, & fideicõmiſſa adeò φ ſūt effecta quaſi ſynonyma.h.d.†No.φ verbū[f],mādo[g],nō eſt verbū p̄ceptiuū: & ſic habes φ ē lõga dr̃ia īter iubeo,& mādo:vt hic patet.& gl.ponit ī l.ſæpe.de off.pſi.vbi diciť,φ mādatū eſt gratuitū.ſecus in verbo,iubeo. Opp.φ adhuc remanet differētia īter verba directa,& obliqua:vt ſ.tit.j.l.eā quā.& l.cohæredi.§.cùm filiæ.de vulg.& pupil.So
2 lutio debes ſcire † quòd verba directa & obliqua ſumuntur in iure noſtro tribus modis. Primò dicuntur verba directa illa,q̄ ſunt p̄ceptiua:nō directa,verba p̄catiua: vt hac l.in pric.Et iſta differētia eſt hodie ſublata:vt hic.Qn̄q; dicūtur verba directa,ea q̄ ponunť in nominatiuo caſu:obliqua,q̄ in alijs caſibus:vt vidiſtis in l.qn̄ indignū.ſ.de teſt.Tertiò mō dicunť verba directa,qn̄ ſonant vt qs capiat de manu ſua:nō directa,vt qs capiat de manu alterius.Et iſta dr̃ia in relictis vniuerſalibus adhuc hodie durat:vt l.d.eā q̄.& l.cohæredi.§.cū filiæ.& pleniſsimè dixi ī l.cēturio.de vul.& pup.& tetigi ſ.de impu.in l.precibus.In legatis verò particularibus eſt relicta iſta dr̃ia,vt hic.Quo ad idi tn̄ poſſumus dicere,φ adhuc hodie durat.ſ.quo ad modū nāciſcēdi poſſeſsionē: vt l.Titia cū teſtō.§.j.ff.de le.ij.ſecūdū tertiā lect.ibi poſitā. Op.φ adhuc ſit differētia,vtrū legata relinquāt p iuramentū,vel nō:vt l.cū pater.§.filius,de le.ij.So.Quic
h quid gl.dicat,ibi loquiť de iuro defūcti,[h] q̄d adhuc hodie differētiā īportat . Facit q̄d vidiſtis ſ.de pb.auť.q̄d obtinet.hic loquitur,qn̄ teſtator iuſsit hæredē iurare:d cuius hæredis iuramēto dic vt plenè ī l.q̄ ſub cõditiōe.de cõd.inſt. Vlterius op.et videť,φ ēt iſta differētia ſit hodie ſublata de iure antiquo:vt l.j.ff.de leg.j.Varię ſolu.danť ibi.tene illā,φ ibi loquiť ſcd̄m mediā iuris prudētiā:hic fit mētio de iure an
i tiquo, ante tp̄a fforū. Opp.de l.cū vero[i] §.apparet.ff.de fideic.li.Gl.q̄ eſt hic ī ſol.
3 iſtius cõtrarij,videť variare.†Nā primò videť dicere,φ in libertatibus ſit ſublata illa differētia libertatis directæ,& fideicõmiſſariæ:poſtea dicit cõtrariū.Veritas ē, φ nō eſt ſublata. Nec obſtat iſta lex: qa exęquata ſūt legata fideicõmiſsis, ī qbus
4 circuitus erat inutilis:vt dixi ſ.l.pxi.† Quæro primò,quid ſi teſtator legauit rē hæredis,vel legatarij:an competat actio ī rem.Gl.hic tenet φ ſic.Vide iſtā gl. quæ eſt ſingularis.Contraria gloſ.habemus in multis locis.ff.de ſeru.l.Papinianus.de lega.j.l.ſi hæredis ſeruus ad l.Fal.l.hæreditatum.§.fi.illæ cõtrariæ ſunt veræ,& iſtæ reprobātur ab oībus.Facit l.ſi quis inqt.§.j.ff.de leg.j.& l.ſi tibi homo.§.cū fūdus.
5 de le.j. Quæro,†qn̄ legatū eſt relictū in codicillis,quæ actio competat.Quidam dicebāt officium iudicis.Gl.determinat, & bn̄,quòd cõpetat vtilis ex teſtamēto.

a ¶Breuius.Adde Bar.in l.j.ff.de le.j.

b Et ī re.An actio ex teſtō cõcurrat cū rei vendicatione.Bar.ī l.nemo rē ſuā ff.de ver.ob.& Imo.tenet contrariū in l.j.de leg.j.in Spe.ī ti.de act.& peti.§.ſequi.ver.illud vero no.dignū & cõſe.Et not.φ iſta actio in rē,vr̃ vtilis vt eſt gl.in l.fi.in verbo,etiā in rē.ſ.de ſacr.ſan.ecc.Et adde no.p Bar in l.j.ī vlt.co.ff.de don.et Bal.in l.eā lege.ī j.q.

c ¶Obligata.Adde.Bar.ī l.fi.ſ.de ſac.ſā.ec.ſed cõtrarium vi detur tenere in l.j.ī fi.de le.j.& vid Bal.in d.l.fi.

P.PAV.P.

d ¶Specialis caſus.Vide Aret.in l.ij.§.ex his.de ver.ob.ī l.iij.C.de nego.geſt.regulariter aūt cõtra vide Bar.ī l.apochis in prin.ff.de iure fiſ.allegat tex.in l.creditores.ff.de diſtr.pig.

P.PAV.P.

e ¶Res hæredis.Vid etiā Com.cõſi.lviij.& idem etiā ī bonis hæredum tutoris vt ibi p eū ad Bar.in l.properādū.§.fi.ſ.de iud.etiā ſi defūctus bona hæredū obligaſſet vt habes ad Bar.in l.oblig.generali.ff.de pigno.

f ¶Quod verbū.Vide Bar.in l.ſerui.ff.de leg.j.

P.PAV.P.

g ¶Verbum,mādo.Vide Alex.in l.moræ.in pen.co.ff.de iuriſ.om.iud.Iaſ.hic,gl.& Bar.in l.ſæpe.ff.de off.pſi.gl.in ca.cū aliquibus.ī ver.cõcedimus facultatē de reſcr.in vj.& vide oīno q̄ addidi ad Bar.in d.l.ſæpe.ff.d offi.præſid.

h ¶Iuro defūcti.No.hic intellectū l.cum pr̃.§.filius matrē.de le.ij.Sed Bar.in d.§.filius mr̃em.tenet φ habet locū tā ī iuro hæredis,quā teſtõris:& ſic eſt ſibi contrarius:& illum tex allegat Bal.ī l.j.ſ.cõmo.q̄d iuramētū habet vim caſus expreſſe.

i ¶Op.de l.cū vero.Adde Bar.in l.legatorū.ī prin.de le.ij.ī ver.q̄ro primo ſi teſtõr.No.hāc gl.quæ reprobať p Bar.cuius opi.veriorē credo.& cõtra iſtā gl.eſt ēt alia gl.ī l.p diuerſas.in verbo ſeu res.ſ.mād.& illud ēt ſeqtur Bar.ī vlt.co.& Bal.in l.hæredū.ſ.de fideic.p Bal.in l.j.in vj.co.ſ.e.et ſūt gl.aliæ.quas hic allegat Bar.ī cõtrarium ff.d ſer.l.pa.no.&c.Et inquātum dicit gl.hic,φ ſi legatur a legatario eadē res ſibi legata ſecundo legatario an primo legatario immediate competit ſibi rei vendicatio,vide p Bal.in l.j.ſ.eo.verſ.q̄ro ſi à legatario.circa vl.columm.& ſequitur But.hic,qui etiam reprobat glo.reprobatam per Bal.Adde φ Bald.conſi.cclxxxvij.iij.li.in fi.añpe.co.dicit q̄dam glo.quæ eſt in l.ij.C.cõmunia de leg.dicit quod teſtator legādo rem hæredis,transfert dominium,quaſi hærede adeūdo hæreditatem videatur in hoc conſentire,& ratificare.Et pro hoc argu.optimum ff.quib.mo.pig.vel hypo.ſol.l.ſicut.§.ven.

P. PAV. P.
a ¶Si duobus. Circa iſtud an & qñ poſsit decidi ſorte, vide late Fel. in c.capitulũ. ĩ pe.& vlt.col.extra de ꝓb. vide tex. quē põit Ang.& alij ibi ĩ l.a diuo pio. §. ſed & illud. ĩ prĩ.ff.de re iud. Itē ĩ materia ſortis, & an poſsit appellari a diuiſiõe facta ꝑ ſortes vel peti reſtõ ĩ ĩteg. vide Philip.de peru. ĩ rub. extra de appel. col. iij.
b ¶Sorte dirimit̃. Qđ remediũ vertat̃ ĩter ſiꝰ diſcordes. & adde ꝙ vbi eēt timor, ne venirēt ad arma, vr̃ ꝙ iudex poſsit cõpellere ad cõcordiã. Aduertas tñ ꝙ tunc aliqd dirimit̃ ſorte, cũ ĩcertũ eſt de iure: ſecus ſi ſit ĩcertũ de fctõ. Iſta ē gl. elegãs ĩ l.j. ĩ ver. ꝓhibebit. j. vti poſ. qđ eſt valde no. & no. Imo. ĩ l. hmõi. ĩ fi. de le. j. & ĩ l. ĩ tribus. ff. de iudi. Dic tñ vt ꝑ Archi. xxviij. q. j. circa prĩ. & prædicta ēt põit bar. ĩ l. ſi duobus. in iiij. col. ff. vti poſ. & bal. ĩ l. iubemus. ĩ co. iiij. de ſacroſan. ecc. an electio Papę poſſit cõmitti ſortibus. Bal. hic ꝙ nõ. Et de ſorte adde hic Bal. ĩ l. meminimus. j. qñ & qb quarta ꝑs debe. & de materia vide Bar. in l. duobus. de leg. j.
c ¶In legatariũ. Nota tñ ꝙ ſi duo pñt eligere, & vnus negligit, vł latitat, alius poterit eligere. l. ſi legatario. & ibi Bart. ff. de fideic. lib. & no. hũc §. nõ hr̄e locũ ĩ ꝑſonarũ electiõe, ſed rerũ tm̃. Bal. not. ĩ l. fi. s. de cõtrahē. em. vr̃ velle ꝙ duret donec partes ab eo velint recedere, ꝑ authē. ſi tñ. j. de tēp. appella.
d ¶Perdit̃ anno. Adde Bar. ĩ l. exec. j. de execu. rei iud. et bal. ĩ l. captatorias. ĩ vlt. col. s. de teſta. mili.
e ¶Sed qa. Adde ad materiã huius §. barto. in l. quidã. §. fi. ff. ad Trebel.

P. PAV. P.
f ¶Sinautē. Circa materiã huius §. ꝙ res ſubiacēs fideicõmiſſo nõ poſsit alienari, quid ſi teſtator ĩſtituat fideicõmiſ. et aliũ, an videat̃ intellexiſſe in alijs bonis non aũt in ſubiacētibus, quaſi ſubiacentia voluerint eſſe fideicõmiſſarij, an in parte quaſi ſibi debita. vide Io. de Anna. ꝙ non, cõſi. xxx. incip. viſo teſtõ, per totum, an aũt ſubſtitutus pupillaris poſsit reuocare alienata ꝑ

6 †Vltimò, eſſet videndũ in hac materia vtrũ legatũ vniuerſale, qñ legãtur omnia bona, vel maior pars bonorũ, æquiparetur fideicommiſſo vniuerſali. De hoc dic vt l. ſtatuliberum. §. fi. cum l. ſeq. ff. de leg. ij. & l. mulier. §. fin. ff. ad Trebel.

1 *Incertitudo, ſeu uarietas inter plures quando ſorte dirimatur.*

LEX III.

a SI duobus.[a] Incertitudo, ſeu varietas ĩter plures, quæ incõmodũ ipſorum agentiũ reſpicit, ſorte dirimitur. h. d. Vi-
b detis hic ꝙ iſta cõtentio ſorte dirimitur[b].

Contra j. de dona. l. ſancimus. §. ſinautē in hmõi. Solu. Fateor ꝙ hic loquitur, qñ omnes habebãt æquale ius. Secꝰ ſi vni eſſet relicta pars maior, ſeu portio, quã alteri. Oppo. & videtur, ꝙ aliter dirimitur: vt l. huiuſmodi. §. fin. ff. de leg. j. & Inſt. de
1 ſatiſda. tuto. §. ſinaũt. Sol. †Qñꝗ actores plures diſcordant inuicem in præiudiciũ rei: & tunc non dirimit̃ ſorte: ſed ꝑ prætorem cogũtur concordare ad petitionē rei. Qñꝗ concordãt in præiudiciũ eorũ proprium: & tunc habet locum materia noſtra. Nam ſi quidem põt apparere ex iuris diſpoſitione qualiter hæc cõtentio dirimatur: vt quia vni plus relinquitur ꝗ̃ alteri: tunc illo modo ũebebit dirimi: vt l. ſancimus. §. ſinaũt in hmõi. j. de do. Et ſi non apparet, & tunc aut neuter actorum petit ꝙ dirimatur ſorte: & nõ dirimetur, ſed inuicem ſe impediunt: vt ff. quib. mo. vſusfru. amit. l. ij. §. fin. Sinautem alter eorum petit: tunc ſorte dirimatur, vt hic.

1 *In legatis receditur à perſona: ſecus in contractibus.*
2 *Electio, quando eſt commiſſa in tertium, ſi tertius non elegit, quando transfertur ad arbitrium boni uiri.*
3 *Ius eligendi competens alicui, quando perdatur anno.*

SEd & ſi quis. Hic eſt bonus et ſingularis caſus. Si relinquitur res eligēda per tertiũ, illo nõ eligente, vel negligēte per annũ, trãſ-
c fertur electio in legatariũ,[c] dũmodo eli-
1 gat rē mediocrē. Nota † ꝙ in legatis receditur à perſona: ſecus in contractibus: vt s. de contrahen. emp. l. fi. qđ plenè dixi in
2 l. ſi quis arbitratu. de verb. ob. †Opp. & videtur ꝙ electio trãſferat̃ in arbitriũ boni viri, non in ipſum legatariũ: vt l. j. ff. de leg. ij. Sol. Hic loquit̃ qñ relinquit̃ electio rei certæ, conſiſtētis in ſpecie. In cõtrario loquitur, qñ relinquit̃ ꝗ̃titas æſtimanda per aliũ. vnde declaratio quãtitatis nõ cõſiſtentis in ſpecie, remanet in arbitrio boni viri. Itē opp. & videt̃ ꝙ ille,
3 †qui habet ius eligendi nõ perdat illud ꝑ curſum anni: vt l. cũ quidã. ff. de leg. ij. Solu. Qñꝗ cõmittitur electio alicuius ꝑſonæ, ſeu aliquarũ ꝑſonarũ, quibꝰ legat̃: & tũc nõ perdit̃ ius illud ꝑ curſum anni, ſed ꝑditur, cũ ille talis fuerit ſuper hoc ꝑ lit. cõteſt. interpellandus: vt l. cõtraria. Et iõ dixi pluries, qñ relinquitur aliquibꝰ pauperibus eligēdis per talem: tunc illud ius
d eligendi nõ perditur anno.[d] Si verò perſona legatarij eſt certa, ſed alicui committitur electio rei: tunc illud ius eligendi perimitur anno. Tene menti.

e Sed quia.[e] Legata & fideicõmiſſa pura, vel in diē certã relicta, nõ poſſunt alienari vel obligari. h. d. Opp. de l. Titius. ff. ad Treb. de pe. hęre. l. ſed & ſi lege. §. quod autē. Gl. dicit illę ſunt veteres leges, quæ permittebãt alienationem, quæ per hãc legē ſunt correctæ. Inꝗ̃tũ innuit gl. dictas leges corrigi, malè dicit: quia ibi loquit̃, qñ qs erat rogatus reſtituere quicquid ſupererit ex hereditate: quo caſu erat olim prohibita alienatio. Hoc verò hodie eſt limitatũ: vt in aut̃. cõtra cũ rogatꝰ. j. ad Treb. ſed hęc lex loquit̃, qñ quis erat rogatus reſtituere qcqd ꝑuenit. Expone ergo tex. iſtius l. ſecũdũ veterē diſpoſitionē &c. quaſi dicat, quia etiã veteres diſpoſitiones alienationē ꝓhibebãt. Opp. ff. ad Treb. l. Marcellus. §. res q̃. So. dãtur plures. Illa eſt vera, ꝙ põt alienare de rebus q̃ ſubiacēt reſtitutioni vſꝗ ad Trebellianicã. Opp. de l. ſi hæres inſtitutus. §. ſi hæres. ff. ad Tre. Sol. Fateor ꝙ in rebꝰ alienatis nõ eſt neceſſaria reſtõ: vt videbitis j. ꝓxi. §. tñ alienatio nõ tenuit, vt hac l. Op. ad Tre. l. quidã. §. ſi quis filiũ. Sol. iſta eſt vera. hæc l loquit̃, qñ ſeruus ſubiacet reſtitutioni nominatim, & alienatur: lex contraria loquitur, qñ ſubiacet reſtitutioni ſub vniuerſitate, nõ nominatim: & alienat̃ ꝑ vltimã voluntatē, non inter viuos. Vnde fauore vltimę volũtatis valet alienatio: vt ibi: ar. l. ab eo. j. de ſeruo pig. dato manu. Et hũc articulum examinaui plenè, vt ibi no. & de manu. l. ſeruũ qui. ſecũdũ Iac. de Are.

1 *Statutum, quòd ſi quis alienauerit rem & gabellam non ſoluerit, eam perdat, quando habeat locum.*
2 *Res ſubiecta reſtitutiõi, poteſt alienari ab hærede ignorãte.*
3 *Conditio in legatis, quando trahatur retro conditione adueniente.*
4 *Fideicommiſſarius uniuerſalis, quo caſu habeat rei uendicationem, etiam reſtitutione non facta.*

f Sinautem.[f] Res, q̃ ſubiacēt reſtitutiõi, ſub cõditione, vel die ĩcerta, pñt alienari & obligari interim: ſed adueniēte cõdõne fingit̃ factũ retro nullũ. h. d. vſꝗ ad §. emptor. Op. de l. ſeruo legato. §. j. ff. de le. j. Gl. dicit fateor ꝙ interim valet alienatio: ſed fingit̃ nulla cõdõne adueniēte. Cõtra hoc opp. vr̃ ꝙ nõ valeat: vt ĩ aut̃. res q̃. & ĩ corꝑe vñ ſumit̃. Ita tenet gl. hic, & ĩ l. plerũꝗ. ff. de regu. iur. circa fi. & l. ſeruo legato. §. j. ff. de lega. j. Cõtra, ſ. ꝙ iura antiqua nõ ſint correcta, hoc tenet gl. ĩ l. cũ pr̃. §. liberis. ff. de le. ij. & ĩ corꝑe vñ ſumit̃ hęc aut̃. de reſti. & ea q̃ pa. §. quãobrē. & iſtã vltimã approbãt oẽs doc. ſ. Dy. Pe. & oẽs alij. Iſtud eſt
g vtile ad q. dicit ſtatutũ[g], ꝙ ſi qs alienaue-
1 rit rē, † & nõ ſoluerit gabellã, ꝑdat eã: qd ſi eſt alienata res, q̃ ſubiacet reſtitutiõi. Si diceremus ꝙ interim nõ valet alienatio, nõ eſt locus pœnę ſtatuti, vt l. ea quidē. s. ſi manci. ita fue. alie. Si verò dicimus interim valere, eſt locꝰ pœnę: qa interim fuit facta alienatio. Itē opp. de l. fi. §. fi. ff. de le.
2 ij. So. †Ille caſus eſt ſingularis, & multũ notãdꝰ: qa res q̃ ſubiacet reſtõni, nõ põt alienari: verũ eſt ab hęrede ſciēte: ſed ſi ab hęrede ignorãte, ſecus: vt ibi. Itē oppono
h extra gl.[h] dicit̃ ꝙ fingitur nulla vēditio.
3 †Cõtra, in legatis, adueniēte cõditiõe fictio nõ trahit̃ retro: vt l. j. §. j. ff. ad Syllan. Sol. Verum eſt, ꝙ retro nõ trahitur, quãtũ ad dominiũ, & ad cõmoda rei legatæ, vt ibi:

pupillũ & tutorē, ſi caſus ſubſtit. poſtea euenit, ſit inſtitutio aut alienatio ſi cũ cã aut ſine. vide Iaſ. ĩ l. ſi arrogator. ĩ xj. col. ff. de adop. vide eũ. dē in l. inter oẽs. ĩ ij. col. ff. q ſatiſda. cog. vbi dicit ſecus eē in vulgari & fideicommiſſaria ſubſti. vide eundem in l. ſi a ſubſtituto. in prin de lega. j. Itē ꝙ in iſtis nõ ſit neceſſaria aliqua reſtitutio realis vel verbalis, vide Io. de Anna. conſil. xiij. an aũt ſi fideicõmiſſa. eſſet præſens alienatiõi, & nõ cõtradiceret ſibi prędiudicaret vide Iaſ. in l. cũ ꝓponas. C. de pact. Item limita regu. huius §. nõ procedere in cõdit. poteſta. ſecũdũ Imo. in l. qui hęredi. §. ſi pars. de cõdi. & demõ. vbi vide So-ci. in l. fi. & in l. Marcellus. §. res quæ. in iij. col. ad Trebel. & ibi etiã quid ſi ſubiaceat reſt. per ſubſtitutionē pupillarem, & multa alia in materia alienationis rei prohibitæ alienari vel expreſſe, vel qa ſubiaceant reſtitutioni. Itē quid ſi res ſit prohibita alienari, an ille cuius fauore eſt prohibita alienari, poſsit propria authoritate apprehēdere vide Iaſ. in §. dini. col. vj. de lega. j. & ibi ad Bart. quid aũt ſi ille q alienauit eſſet ſoluēdo, an poſſit agi cõtra poſſeſſ. bonorũ, vide Ang. in authen. de reſtit. col. viij. prope fi. Itē dum dicitur ꝙ non proſcribitur res taliter alienata, limita vt per Iaſo. in auth. res quę. j. eo. in prin. vbi etiã alias limitatiões. vide Com. in materia huius §. cõſilio lxxvj. vbi loqꝫ tur etiã de hypotheca, an aũt agatur rei dica. vel petitione hæred. vide Ang. cõſi. cclxij.
g ¶Dicit ſtatutũ. De contractu, nullo nõ ſoluitur gabella: idē tenet Barto. in lege non dubium. s. de legib. in princip. & in l. ij. in fin. s. de eunu. vbi eſt text. & per Bald. hic, in §. pe. & Bar. in §. ſi teſtator. alle. hic, & Ang. in l. Marcellus. §. res q̃. ad Trebel.
h ¶Item oppono extra gloſ. Nota quod fictio non trahitur retro. & licet glo. hic dicat quod trahitur retro, etiam quo ad fructus, communiter reprobatur: quia illi fructus ſpectant ad hęredē: vt hic plene dicunt docto. &

gl. ſingu. in l. emptor. de rei vend. in l. in fundo. eodē tit. in iij. col. poſt Barto. & vide hic in l. penul & Bal. & Imo. in l. inſulam. ff. ſol. matri. Vnũ tene mēti quod iſta bona ſubiecta reſtitutioni, in aliquem euentũ, poſſunt capi per creditorem ex primo decreto, & etiã ex ſecundo: E t ita poſsit dari fraus & cautela. Ad omnia iſta iura textus eſt not. in l. peto. §. prædium. ff. de legatis ſecũdo. & ibi hoc Bar. & Bal. & Imo. Itē hanc regulã ꝙ ſubiecta reſtitutionĩ ſub euētu cõditiõis. non poſſunt interĩ alienari: hoc eſt verũ, ſi talis cõditio erat caſualis: ſecus ſi poteſtatiua: qa tunc imputatur non ĩplēti: & interim alienatio valet. Iſta eſt no. limitatio, quã forte non reperies alibi in l. qui hr̄di. §. ſi pars. cũ gloſſa, in verbo, vſucapta. de condi. & demõ. & ibi hoc multũ no. Imol. ĩ dicto. §. prædiũ. Item text. iſtũ limita vt poſt Imol. in l. cũ pater. dixi in l. cũ pr̃. §. libertis. de legatis ij. Adde ſecundum Pau. de Ca. aliã vtilitatē, quæ reſultat ex iſto. §. dũ irritat alienationē quæ eſt nunc. Nã non ſolum conditione pendēte ceſſat vſucapio, vel præſcriptio: quia adhuc fideicõmiſſarius agere nõ põt: et non valenti de iure, nulla currit præſcriptio. l. j. ĩ fi. de anna. exce. ſed etiam poſt quã conditio extiterit, non poterit emptor incipere vſucapere, vel præſcribere longo tempore: quia in tali pręſcriptione requiritur titulus. l. nullo. s. de rei vendica. & hic fingitur nunquã interueniſſe titulus. Et ita debet intelligi iſte tex. ſecũdũ ipſum, licet poterit ĩcipere ꝑ̃ſcriptio longiſsimi tēporis. Dicit etiam aduertendũ ad vnũ, in quo ipſe cõſuluit, ꝙ licet verũ ſit, ꝙ illa res nõ poſſet præſcribi: quando eſt facta per perſonã prohibitam alienare, & per ipſum grauatũ de reſtituendo. Qđ tamen alius extraneus, qui non continetur ſub prohibitione, qui forte rē tenebat vt ſuã, poteſt alienare, & alienatio tenebit: & ſic ex cã tribueretur titulus ad præſcribendũ contra illum, qui agere poſſet: & ſic poſt euentũ conditionis, vel quando fideicommiſſum eſſet purum, vel in diē certũ. Allegat Bald. in l. ij. j. de vſuc. pro emp. & dicit fuiſſe dictum Pet. & Cyn. in l. finali. ĩ vj. oppo. s. in quibus cauſis in integrum reſtit. non eſt neceſ.

4 vt ibi: ſed quantum ad reſcindendam vēditionē ſic: vt hic. Opp. dicitur hic, † ꝙ ille, cui debet reſtitui, põt rem alienatã vēdicare. Contra, fideicõmiſſarius vniuerſalis nõ habet vendicationē, niſi facta ſit reſtitutio: vt l. facta. ff. ad Treb. Sol. Fateor contrariũ regulariter: ſed in rebus alienatis, non eſt reſtitutio neceſſaria: & ſic eſt hic caſus ſpecialis: vt gl. dicit, & bene. Videbitis no. j. ad Treb. l. pe. §. fi.

1 *Dos & donatio propter nuptias, dicitur congrua ſecũdum qualitatem perſonarum.*
2 *Res, quæ ſubiacent reſtitutioni, poſſunt alienari, & obligari, tam pro dote, quã aliquis dat, quã etiam pro dote, quæ exigitur in caſu reſtitutionis. uide tamen nu. 4.*
3 *An iſtud habeat locum, quando quis conſtituit dotē pro ſeipſo, uel pro perſona. pro qua hoc facere tenetur: an etiam quando conſtituitur pro alijs. & nu. 4.*
4 *Mater tenetur alere filios, quando pater eſſet inops, & ipſa eſſet diues.*
5 *Pater poteſt dotare filiam in teſtamento, in rebus prohibitis alienari.*
6 *Filia ſi eſt maritata, ſed non dotata, an pater teneatur eam dotare.*
7 *Pater poteſt alienare de rebus, quæ ſubiacent reſtitutioni pro filia, quam uult ponere in monaſterio.*
8 *Filia ſi tempore mortis patris dotem à uiro recuperauit, an ueniat in reſtitutionem fideicommiſsi.*
9 *Sumptus alimentorum an poſſint fieri de rebus, quæ ſubiacent reſtitutioni.*
10 *Quid in redemptione filij capti à latronibus.*
11 *Quid pro redemptione uitæ uel membri filij, qui propter delictum eſt condemnandus.*

a ¶Res quæ ſubiacent. No. ꝙ hæc auth. habet locum in dote reſtituenda: ſed quid ſi vir conſumpſit tantum de bonis, quod ſufficit ad legitimam & Trebellianicam: an vxor poterit recuperare dotem in iſtis bonis ſubiectis reſtitutioni? Do. Pau. dicit hic, ꝙ ſic: & ita vidit conſuli, & iudicari: quia illa conſumptio viri nõ debet ꝑ̃iudicare vxori. Itē, quia iſta auth. etiã emanauit in fauorē mulierũ. & vide Ludo. Roma. in conſi. ccxxix. & in conſi. cclxiiij. vbi conſuluit, ſi alimenta & dos æquiparantur in caſu iſto. And. Barb.

a ¶Res quæ ſubiacent. Vide Alex. in l. qui Romæ. §. cohæredes. de verbo. obligat. An aũt hæres rem ſubiectã reſtitutioni, poſsit ſibi eligere in quartã. Dic quod non: quia debet eligi arbitrio iudicis, ſecũdũ Bal. in l. iubemus. ad Trebel. & in l. ſi pater. in antepe. co. de inſti. & ſubſt. & in l. non amplius. de leg. j. & in l. filium quē habētem. in xiij. co. s. fa. erci, dixi in l. Marcellus. §. res q̃ ad Treb. Not. tamen ꝙ iſta auth. non procedit in re prohibita alienari per cõtractum: quia talis res non poterit dari in dotē, ſecũdũ gl. & Bal. in l. nulla in fi. s. de iur. do. Facit quod dixi s. in alia apoſt. & de materia huius apoſtillæ, vide per Ang. in l. fi. s. de dot. promiſ. Adde etiã quod ſing. dixit Bar. ĩ c. j. §. donare. qualiter feu. olĩ alie. pote. vbi dicit, quod iſta auth. nõ habet locũ in re feudali, vel in alia, quæ de ſui natura non poſsit alienari, vt emphyteuſis, &c. Et adde Bal. in c. j. in prin. de ꝓh. feu alie. per Feder. & quãuis feudũ nõ poſsit dari, vel promitti in dotem, per mulierē pro alia: vt d. §. donare pro ſe tamen poteſt: vt in c. a Sempronio. de inueſt. quam Titius de re alie. fecit. & in c. j. an maritus ſuccedat vxori. & ibi. Bald.

¶Prædictis adđ ēt tex ĩ c. j. de eo q ſibi & hr̄di. ſuis. & viđ ĩ c. nup. de don. ĩter virũ. & vxo. Sed cõtra dom. Bar. ĩ dicto. §. donate. tenet ipſe Bal. & Sal. ĩ l. nulla. s. de iure do. & viđ Pau. de Ca. ĩ cõſ. clxij. ĩci. viſa facti narratiõe. & An. ĩ l. fi. C. de do. ꝓmi. gl. & Bal. in dicta. l. nulla. ꝙ res ꝓhibita alienari ꝑ cõtractũ nõ põt dari in dotē. & idē in re expreſſa ꝓhibita alienari, ſecundũ Pau. de Ca. cõſi. xlij. inc. quia ꝑ ſupra ſcriptũ. Et ad hanc auth. viđ vna limitationē ꝑ Bar. in l. ſi locus. ff. de rel. & ſump. fun. Adde ꝙ etiam Ro. cõſuluit ꝙ res reſti. ſubiecta, ſicut põt alienari pro dote: ita & pro alimentis, eius cõ. cclxvij. quę plene viđ ad hãc apoſtillã conſi. cccclviij. cum Barto. vult ꝙ filia nupta nõ poſsit petere dotē in bonis reſti. ſubiectis. Adde quod Bald. et Ange. tenent contrarium. et etiam Pau. de Caſt. qui dicit ſe contra Bar. conſuluiſſe, etiã ſi dotata eſſet, non congruo tēpore donationis: ſi tñ ſtatutũ dicere, ꝙ iiaret cõtēta dote pr̄na, ſi nõ eſſet cõgrue dotata, ſufficeret, ſcđm Bar. q

etiam dicit ꝙ mulier grauata reſtituere, ſi cõgrue, & ſcđm qualitatē perſonę non põt nubere, poterit bona dare in dotē. Et ꝙ maritus de omnibus lucrabitur partē, vel totũ ex forma ſtatuti, ſicut ſi nõ eſſet reſtitutioni ſubiecta, qa ceſſat prohibitio hoc caſu. quod ꝓbat̃: quia ſi maritus nõ lucraretur, pertineret dos ad hr̄des mulieris, nõ aũt rediret ad fideic. vt eſt caſus ſcđm Pau. de Caſ. ſig. in l. mulier. §. cũ proponeret̃. ff. ad Treb. Adde etiã ꝙ idē cõſuluit Bal. cõſ. lxxij. ij. vol. ſed ibi dicit, ꝙ nõ exiſtētibus liberis, vel lucro ſtatuti, ꝙ dos redit in fideicõmiſ. qa ceſſante cã, &c. & idē voluit conſi. ccxxxiiij. ij. vo. & ccciiij. eo. vol. dicit etiã Pau. de caſ. ꝙ ſi grauatus recipiat dotē vxoris, & cõſumat tm̃, quãtũ eſt detrahendũ vigore fideicõmiſ. ꝙ hoc nõ nocet mulieri, quin pro reſtit. dotis ſint alia bona hypothecata. Et ita dicit fuiſſe cõſultũ per multos docto. & inueni ipſum ita cõſuluiſſe eius cõſi. x. & cxx. tñ Ro. cõſil. ccxxxij. aliter ſenſiſſe videt̃. & ꝙ res prohibita alienari, poſsit pro alimentis alienari, voluit idē Bal. conſilio cccxxv. iiij. lib.

a RES quæ ſubiacent.[a] Iſta aut̃. venit ad l. C. determinãdo eã, in caſu. Nã cũ ſimpliciter prohibetur alienatio et obligatio hoc caſu permit-
1 titur. Circa iſtã authen. † quæritur primò quæ dicatur dos, & donatio propter nuptias. Cõgrua rñſio eſt, ſecundũ qualitatem perſonarũ: vt dxit hic text. melius in
2 l. quæro. ff. de iure do. †Quæro, an hæc l. loquatur in dote, quã aliquis dat: an in dote, quã aliquis recipit, q̃ poſtea exigitur, cũ erit caſus reſtitutionis. Gl. dicit, & bñ intellige hoc in vtroꝗ caſu tã in dote
3 cõſtituēda, ꝗ̃ in dote reſtituēda. †Quęro vtrũ iſta l. habeat locũ qñ qs cõſtituit dotē pro ſeipſo: aut etiã qñ cõſtituit pro alijs? Rñ. Qñque quis cõſtituit, vel dotē recepit pro perſona, pro qua hoc facere tenetur, vt pater pro filia. Tenetur eñ eã dotare: vt l. fin. s. de do. prom. de ritu nu. l. qui liberos. Item pater pro filio tenetur dotem recipere, & poſſet ad hoc cogi: vt notatur per Dynum in le. ſi cùm dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſoluto matrimon. & iſto caſu licet alienare, & obligare res, quæ ſubiacent reſtitutioni: vt hic, & in l. mulier. §. cũ ꝓponeretur. ff. ad Treb. & l. filia. in prin. Qñꝗ cõſtituit dotē pro perſonis ꝓ quibus nõ tenet̃: vt mater ꝓ filia.

P. PAV. P.
a ¶Res quę. vide Cõ. cõſi. lvj. qui loquit̃ de filia grauata: qa ſi legitima nõ ſufficit, pro dote cõgrua põt dari de bonis ſubiacentibus reſti. & hanc auth. repetit Iaſ. vide Cõ. conſi. xiij. inci. Titius inſtituit. circa fin. & cũ nulla interim currit pręſcriptio vt iſto tex. & ibi per eũ, extēde tñ exhibitionē huius authenticę nedũ in exhibitione expreſſa ſed etiã in tacita. Ita Pau. de caſ. conſi. xiij. allegat notata in l. cũ pater. §. liberis. in gl. allegat poſtea l. ſeruo legato. in prin. de leg. j. & circa illud qđ dicit̃ hic de dote vide Ale. conſi. lvj. & an procedat in repetitiõe dotis habita poſt prohibitionē vide Alex. cõſi. cccclvij. Io. de Anna. conſi. lxj. in ij. dub. limita deciſionē hic poſitã niſi res eſſet priuata. vide per Alex. in l. pro hærede. in ſ. prin. ff. de acqr. hæredi. vide in materia Alex. conſi. cxxv. ad fi. Item vide caſum ſing. in materia huius auth. per Romanũ ſingul. cxxv. incipit̃. ego habui caſum mirabilem. vbi ponit quid ſi maritus dedit fideiuſſorē ꝓ dote reſtituēda ſecũdũ formam alicuius ſtatuti, an iſta datio fideiuſſoris in caſu dotis reſtituendę facit ceſſare beneficiũ huius authē. Itē ꝙ debeat ſolui dos potius de bonis fideiuſſoris, quã de bonis ſubiectis fideicõmiſſo. vide Pau. cõſi. de quo infra. Item qñ talis alienatio fieret ignorante fideicõmiſ. valeret, & ſolũ pretiũ veniret in reſtitutione, vide Alex. conſi. iij. in ij. col. in iij. volu. & cõſ. cccxxvij. ad finē. vide oĩno Pau. de caſt. conſi. x. & omnino conſi. xvij. in vij. col. Item limita hanc materiã in prohibitione facta in vltima voluntate. ſecus ſi inter viuos. vide Alex. conſi. ccxlvj. in antepenultima colũ. Item ꝙ ſi in tempore datę dotis maritus fuiſſet ſoluendo & dediſſet fideiuſſores, & nonnulla alia, vide per Pau. de Caſt. conſi. cxxx. & an iſta auth. loquens de prohibitione tacita habeat locũ in expreſſa, vide Pau. conſi. xiij. Item quid ſi grauatus habuit tantum legitimã vel in proprio matrimonio fuerit ſufficiens ad reſtitutionem dotis ſine cautione, an procedat iſta diſpoſitio. Vide Rom. conſi. ccxxxij. vbi etiam ponit quid ſi tot fructus percepit ꝙ potuerunt ſufficere ad reſtitutionē dotis. Itē an iſta prouiſio facta fauore dotis, intelligatur etiã facta fauore alimentorũ. vide Ro. conſi. cclxvij. Item dum dicitur in iſta materia ꝙ alienatio interim valet donec euenerit cõditio, limita nõ procedere qñ alinatio eſſet expreſſe prohibita ſecundũ Bald. in c. j. de prohib. feu. alie. per loth. an autem pro redēptione perſonæ poſsit quis vēdicare bona ſubiecta reſtitu. fideicom. vide Bart. in l. quemadmodum. in ij. colũ. C. de agric. & cenſit. lib. xj. vide Bar. in iſta auth. ad fin. & quæ habes ibi. Item ꝙ prius ſit danda dos de legitima & Trebel. poteſt detrahi, quæ ſi non ſufficiant poterunt capi bona ſubiecta fideic. & quid ſi fructus cœpiſſet & cõſumpſiſſet, vide Alex. in l. mulier. §. cũ proponeretur. col. ij. ff. ad Trebel. poſt Ange. & Imo. ibi & Pau. hic. Item quid ſi ſimul concurrant fideicõ. ſubſti. & prohibitio alienationis, an facta alienatione ſtatim poſsit reuocari. & quid ſi prius moriatur qui fuit inſtitutus, an hæredes ſui poſsint reuocare, vide Pau. de caſtro conſi. xij. Item quid ſi tempore cõſtitutionis dotis grauatus haberet tãtũ in legitima & Trebel. & quid ſi conſumpſiſſet poſtea vel ante, vide Pau. de Caſtro conſi. xiij. & ſeq. vbi ponit etiã an pro reſtitutione dotis vxoris talia bona ſint obligata vide etiam eundem conſil. cxxx. Item nepti, cui auus reliquit dotem, an poſsit detrahi legitima ex perſona patris de bonis quæ pater erat obligatus reſtituere, vide Pau. conſilio ccxxv. in principio. quid autem ſi pater prohibuit ſua bona alienari per filios vſꝗ ad triginta annos, & ſi contra fecerint quod dimidia iſtorum bonorum perueniat ad Titium, quem ibi dicto caſu ſubſtituit. quid iuris, ſi filij intra dictum tem-

pus contra voluntatem teſtatoris alienauerint vſq; ad legitimã,aliqui partem propriã,aliqui partẽ prædeceſſorũ ſuorũ,vide Pau.cõſi.cxxiiij.& in caſu huius auth.an valeat alienatio ſcienter facta per heredẽ.vide Bertach.in trac.de gabel.in iij.parte viij.partis prin.in xiiij.col.& ibi etiã ſingulariter in ſeq.col.ꝙ cauſa remunerationis poteſt alienari rei ſubiectę reſtitutioni.

Non enim eſt officiũ maternum dotare filias,vt dixi ſ.& iſto modo licet alienare res quæ ſubiacent reſtõni.Ita tenet gloſ. in l.à filia.in prin.ad trebel.& Pet.tenet hic.Puto tñ,ꝙ ſi pater inops eſſet,nec haberet vnde dotaret filiam ꝙ tũc eſſet of-
a ficiũ maternũ[a] dotare filiã: ſicut dicimus
4 in alimẽtis,†ꝙ mater tenetur alere filios qñ pater eſſet inops, & ipſa eſſet diues: vt l.ſi qs à liberis.quaſi per totã l.ff.de li.agno.& habuiſtis tractatũ in l.alimẽta.ſ.de neg.geſt.& iſto caſu crederẽ ꝙ mater poſſet alienare res,q̃ ſubiacẽt reſtitutioni.Et eodẽ modo dico in fratre,in caſu quo frater cogeretur de iure dotate ſororẽ:eo caſu poſſet res q̃ ſubiacent reſtitutioni,alienare.Qñ aũt frater cogatur,habuiſtis tactũ in l.nõ omni.ſ.de admi.tut.& in l.cũ plures.§.pe.ſ.de admi.tut.Illud tñ,quod hic dicitur,ꝙ poſſunt alienari res,quæ ſubiacent reſtitutioni in iſtis caſibus:non habet locũ,niſi in liberis,q ſunt
b grauati[b] à parẽtibus:non eñ permittiť alijs,vt vidiſtis in hoc tex.& in corpore
5 vnde ſumitur.†Quæro ſimiliter extra
c gl.[c] quid ſi pater non dotauit filiam,qñ viueret ſed dotauit eã in teſtamẽto:an poſſit hoc facere de rebus,quæ ſubiacent reſtitutioni.Iſtum paſſum non tangunt ſcriptores hic,de facto tenuit ꝙ ſic.Nã in eo quod ipſe habet.neceſſe pro cõſtitutiõe dotis dare,nũq; videtur fuiſſe in fideicõmiſſo:vt l.mulier.§.cũ proponeretur.ff.ad Ttreb.vnde videtur ꝙ ſi ipſe nõ dotaſſet,poſſet deduci per filias,vnde ſe dotent:ſicut deducitur legitima debita lege naturę:vt in tex.auť.huius. Præterea ſatis dici põt alienatio,aſsignatio,quę fit in teſtõ:vt ſ.de ſecun.nup.l.ſi quis prio-
6 ris.§.certũ eſſe.& ibi videť caſus.† Quę-
d rõ,[d]quid ſi pater habet filiã maritatã,nõ tamẽ dotatã:an poſsit eã dotare. Videtur ꝙ ſic:quia pater eſt obligatus dotare filiã,ſecũdũ gl.quæ eſt in l.obligamur.§.lege.ff.de actio.& obl.Contrariũ eſt veritas.Nam pater non eſt obligatus dotare filiã,ſed ad illud faciendũ cõpellitur iudicis officio:vt d.l.qui liberos.ff.de ritu nup.Et ſicut nõ põt cogi alimentare filiũ ſi habet vnde ſe alat:ita non cogitur dotare filiã nuptã,quæ iam nupta eſt:vt l.ſi à liberis.§.ij.de libe.agno.De hoc tangiť per Guid.in l.cùm is.ij.de condi.indebi.
7 †Quæro,an pro filia[e],quam pater vult
e ponere in monaſterio,poſſet alienare de rebus,quæ ſubiacẽt reſtitutiõi. Certè puto ꝙ ſic:quia introitus monaſterij eſt fauorabilior dote,vt apparet in auť.de ſan.epiſ.§.ſed & hoc præſenti.& ad Trebel.
8 auť.niſi &c.Redeo ad gl.†quid ſi tẽpore mortis patris,filia q̃ dederat dotẽ,à viro recuperauit:an veniat in reſtõnẽ fideicõmiſsi.Gl.dicit,rñdeo nõ ſecũdũ Hug.nil allegat.Probatur.ff.ad leg.Falci.l.pater filiã.in prin.& ad Treb.l.mulier.§.cũ ꝓponeretur.& l.à filia.ff.e.in prin.& ita tenẽt Mar.Sil.Iac.Cy.& quaſi oẽs. Verũ tñ dicit Iac.de bel.in corpore vnde ſumitur iſta auť.ꝙ ſi dos illa eẽt recuperata ꝑ patrẽ viuentẽ,ꝙ veniret in reſtõnẽ,ꝙ nõ placet,donec filia viuit:quia pater cogiť ei reſeruare:vt in auť.ſed quãuis.ſ.de rei
9 vxo.act. †Quærit gl.vtrũ ſumptus[f] ali-
f mẽtorũ poſsint fieri de rebus,quæ ſubiacent reſtitutioni,ſi aliũde nõ habet. Glo.dicit ꝙ nõ hoc caſu.ſecus ſi eſſet rogatus reſtituere quicquid ſupererat: vt in auť.cõtra cũ rogatus.j.ad Treb.Doct.cõiter dicũt cõtrariũ,ꝙ pro alimentis poſsit fieri alienatio,ſicut ꝓ dote.Et hoc mihi placet:nã ſicut eſt officiũ paternũ dotare,ita eſt paternũ alere.Pro hoc vidiſtis gl.quę
g quaſi hoc determinat[g] in l.ob æs de p̃d.
10 mi.quæ eſt notanda ad hoc.† Et idẽ puto,qñ fili⁹ capereť à latronib⁹ ꝙ poſſent
h ꝓ eo redimẽdo[h] alienari bona q̃ ſubiacẽt
11 reſtitutioni.† Sed quid ſi ꝓpter delictũ[i]
i ipſe ſit cõdẽnatus:an pro redimẽdo ſibi vitã,vel mẽbrũ,poſſunt alienari res quæ ſubiacẽt reſtitutiõi.Iſtud eſt dubiũ:qa ſua culpa incidit in hoc delictũ.iõ cogitabis.

k **Emptor.**[k] Emptor rei,quę ſubiacet reſtitutioni ſciẽter re euicta habet actionẽ ad pretiũ,nõ ad duplũ,etiã ſi fuerit ſtipulatus.h.d. Not.qđ dixi in ſummario.Opp.j.de euict.l.ſi fundũ ſciens.& cõia vtriuſq; iudi.l.ſi fratres.vbi qui ſciens ſtipulať habet actionẽ de euictione:hic ſecus.Itẽ ibi ſi ſciens ſtipulatur,habet actionẽ prout ſtipulatus eſt,hic dicitur cõtrariũ.Sol.Speciale eſt hic.Iſta eſt bona ſol.& vera.Alij dicũt ꝙ hic quis ſciebat rem ſubiacere reſtitutiõi,nõ aũt ſciebat alienã:ibi loquiť qñ quis ſciebat alienã.Et iſtã ſol.tenẽt quidã.& gl.videť tenere hic:ſed nõ eſt vera:qa ſ.fit mẽtio de eo qđ ſubiacebat reſtõni pure: vt ĩ §.ſed quia noſtra.quo caſu nõ cõſtat rẽ eẽ alienam.Dic ergo ꝙ hic eſt ſpeciale &c.

De falſa cauſa adiecta legato, vel fideicommiſſo. Rubrica.

Quia in legatis,quãdoq; modus,quãdoq; demonſtratio,quandoq; cauſa adijcitur:ideo hic in ſequenti ti.poniť. Quid autem ſit,gl.tãgit de his in rubrica de cõdi.& demon.& ego de quolibet iſtorum feci vnam repetitionem:vide ibi per me.

1 *Cõfeſsio facta in teſtõ parte abſente,an ꝓbet ſolutionẽ.*
2 *Qualiter excipiet debitor,cõtra quem agitur.*
3 *An iſta confeſsio præiudicet intra triginta dies.*
4 *Falſa cauſa quando uitiet legatum.*

LEX I.

1 **VErba.**[l] Verba enunciatiua principaliter propter ſe emiſſa diſpoſitionem inducunt,niſi probetur teſtatorem erraſſe.h.dicit.hæc lex,& lex,ſi dotem.j.eodem.

Opponitur & videtur,quòd verba enunciatiua,diſpoſitionem non inducãt in teſtamẽto pagani:vt l.ex his.ſ.de teſt.

a ℂOfficiũ maternũ. Mater teneť dotare filiã,ſi pater ſit iops. Adde latius Cy.& ibi aliquid ꝑ Bar.in l.mater.ſ.de iure do.& Bal.hic ſequitur: ſed Ang.cõtra in l.a filia.in princip.ff.ad Treb.& in l.fi.ſ.de dotis promiſſ.

P.PAV.P.

b ℂGrauati.Vide de hoc Frãc.cõſi.xxxvij.colum.iiij.

c ℂExtra gloſ.Adde bar.ĩ l.a filia.ĩ pri.ff.ad Treb.& l.q̃ſitũ.ff.de priui.cred.

d ℂQuero quid ſi pater.Idẽ dicit Bald.in l.obligamur.§.j.ff.de actio.& obli.cõtrariũ tenet ibi Ange.vide quę ibi notaui ad Bar.Et quid ſi pater ſpõte illã dotauit de bonis ſubiectis reſtitutiõi:poſtquã eſt maritata,an poſsit.Videť ꝙ ſic:ex quo ſpõte fecit.Et põdera:qa Bart.loquiť ĩ eo caſu,quo filia eſt maritata:nõ loquiť eo caſu,quo pater illã maritauit.Andr.Barba.

e ℂ Quæro an ꝓ filia.Facit qđ notat Bar.in l.fi.in iij.col.ſ.de dot.ꝓmiſ.et idẽ bal.hic.intellige qñ monaſteriũ nõ haberet reditus ſufficientes ad alimẽta: alias ſecus & eſſet ſimonia.c.nõ ſatis.cũ glo.de ſimo.ꝑ doc.in l.Titio centũ.§.j.de condi.& demon.

P.PAV.P.

f ℂVtrũ ſumptus.vide Ro.cõſi.cclxvij.de quo habes ſ.in apoſtilla magna.vide ꝑ Ale.& mo.hic.

g ℂDeterminat.Cui adde no.per Ang.in l.Marcellus.§.res q̃.ad Trebellia.& qđ no.gl.in auth.cõtra.in ver.gl.vltima q̃rit &c.& ſuper tex.in verſic.captiuo.

g ℂ In authẽ.res quæ.Quęro,vtrũ qñ pupillo eſt facta ſubſtitutio pupillaris,an res ſubiectę reſtitutiõi,eo caſu poſsint alienari per pupillũ.Ang.in l.marcellus.§.res q̃.tenet ꝙ ſic,qñ ſubſtitutio pupillaris fit teſtm̃ pupilli.l.ij.ff.de vulga.& pup.Sed qñ teſtator facit teſtm̃ filio pupillo,nõ videť adimere ſibi alienã poteſtatẽ ipſo filio viuente: ergo &c.Sed in hoc Bald.melius loquitur in l.nec ei.§.eorũ.de adop.ſcilicet ꝙ ſubſtitutus pupillo nõ poterit reuocare alienata per impuberẽ,ſi alienata fuerint iuſta cã.l.j.§.ſed nõnullos.ibi: vel ſubtilius.ff.de tute.& ratio.diſtra.& Lud.in l.Marcellus.§.quidã.ad Treb.& iſta opi.magis mihi placet,ꝑ dictũ tex.l.j.Ad iſtã q.poteſt põderari tex.in l.ij.§.ſed quia noſtra.in ver.ſubſtitutioni.Et de hoc etiã videtur text.in l.ſi a ſubſtituto.in princ.de leg.j.& l.qui filium.in fin.vbi pupillus educa.debe.

P.PAVL.P.

h Redimendo.Vide Ale.late in l.quãuis.in ij.col.ff.ſolu.mat.in cõſi.xxiij.in fin.et in l.Marcellus.§.res quę.ad Trebel.Bar.in l.quẽadmodũ.C.de agri.& cẽſi.li.xj.

i ℂSed quid ſi ꝓpter delictũ.Hãc q.reliquit do.Bar.indeciſam.Sed vide dñm Bal.decidentẽ ꝙ nõ in auth.contra cũ rogatus.Ad Trebel.Et adde,ꝙ in filio videtur ꝙ poſsit ſe redimere captiuũ ex ſuo delicto:qa id veriſimiliter pater cõceſsiſſet:arg.l.iſti q.dẽ.ff.qđ met.cau.Facit l.Lucius.§.Lucius.de lib.& poſth.vbi id ſeruandũ eſt,qđ teſtator veriſimiliter diſpoſuiſſet.Et adde Ang.& Imo.ĩ l.Marcellus.§.res q̃.vbi tractať de p̃iudicio tertij,non debet ex ſuo delicto ſe redimere.Facit textus lxxxvj.diſ.nõ ſatis.Sed in cõtrariũ facit gl.xij.q.ij.ſacro.cũ ſuis iuribus allegatis ĩ ea vbi res eccleſię põt alienari pro redẽptione captiuorũ ex ſuo delicto.Et adde quæ ſcripſi,ad Bar.in l.Stichus.de pec.le.ĩ l.quãuis.ſol.mat.& ibi alle.text.ꝓ hac opi.& ibi ſcripſi.Adde qđ Bal.cõſi.clxxvj.ij.vo.ẽt dicit,ꝙ filius ob maleficiũ,vel debita ſua culpa cõtracta,non põt res ſubiectas reſtitutiõi alienare,niſi vſq; ad legitimã.Idẽ vult Pau.de caſ.hic.Si autẽ pr̃ dixit in teſtõ ꝙ poſſet ꝓpter ſuas neceſsitates alienare:& ſemel alienauerit ꝓdigaliter,ꝙ ſi iuſta neceſsitas ſuperueniat,nõ impeditur denuo vendere,ibi vide:incipit quod importet.

P.PAV.P.

k ℂEmptor.viđ oĩno circa iſtũ.§.Cõ.cõ.xxxiij.vbi põit an iſte.§.procedat in re ſubiacẽte reſtõni de p̃nti et dicit eẽ cõem ſñiam cõtra bar.hic ĩ fi.Itẽ põit an iſte.§.locũ hẽat ſi ille cui dẽat fieri reſtõ ſuccedat ei q emit an talis hr̃s quaſi emẽs ſemel poſsit repetere p̃tiũ & q̃dã alia ĩ materia vide Cõ.late cõ.xx.vo.iij.vbi ẽt an firmeť iuro pactum,in terminis huius §.

l ℂVerba teſtamenti.De materia huius legis vide l.verba.ſ.de teſtamen.

mili.Huius timore gl.j.huius legis dicit,ꝙ hic fuerũt verba diſpoſitiua,ſcilicet:& ideo exigi nolo.Vide gl.priuam.Certè ſecundũ hoc nullũ eſt dubium.Tu dicas,ꝙ hic fuerunt verba enũciatiua:quia teſtator dixit ſibi ſolutum eſſe.Quo caſu nõ obſtat lex contraria:quia ibi verba enunciatiua fuerũt emiſſa propter aliud:hic principaliter ꝓpter ſe. Op.ij.& vr̃ †
1 ꝙ cõfeſsio facta in teſtamento,non probet ſolutionem[a]:quia
a fuit facta abſente parte.ergo &c.vt l.certum.§.ſi quis abſente.ff.de cõfeſsis.& de interrog.actio.l.fina. Gl.hic videtur fateri cõtrarium.Dicas ꝙ huius alternatiuæ ſecunda pars eſt vera.ſ.ꝙ iſta verba inducunt fideicõmiſſum,nõ ꝙ probent ſolutum.Hoc dicit ſecũda gl.huius legis quã vide per l.ſi donatiõibus.j.de donatio.& l.Lucius.§.qſquis.de legatis ſecũdo.quod mihi placet:licet quidã aliter dicãt,vt dicã in l.generaliter.de nõ
2 numera.pecu.†Vnũ tamẽ nolo omittere,arbitror ꝙ debitor,cõtra quem agitur.poſsit ſic alternatiuè excipere: dico ꝙ dicta pecunia fuit ſoluta,ſecũdũ quod teſtator dixit in teſtamẽto:vel ſi ſoluta non eſſet,videtur mihi relicta liberatio.ar.iſtarũ duarum legum quod tene menti.Facit ad hoc ff.de exce.l.nemo.& quod ibi no.ſecus eſſet in agente:vt l.Aurelius.§.fi.
3 de li.leg. †Vlterius oppo.& intro gl.magnã,& videtur ꝙ iſta cõfeſsio non præiudicet intra xxx.dies:vt l.in contractibus.§.ſup.ſ.de nõ num.pec.Sol.Illud habet locũ in contracti-
b bus,nõ in vltimis volũtatibus.[b] Itẽ oppo.de l.Titia.§.Caius ff.de leg.ij.Gl.variat in ſol.huius contrarij.Illa eſt vera,ꝙ vbi res nõ erãt penes vxorem,ſed eſſent in eius poteſtate.vñ ibi verba enunciatiua non inducũt diſpoſitionẽ vltra illud,qđ natura verborũ ꝓlatorum ſignificat,vt ibi dixi.Materiã de iſtis verbis enũciatiuis dixi in l.ex hac ſcriptura.ff.de do. Vltim.opp.ad finem huius legis.Iſtud cõtrariũ nõ tangitur per nr̃os
4 doctores maiores,nec modernos:de quo miror. Dicitur hic quòd falſa cauſa nõ vitiat legatum,niſi teſtator errauerit.Cõtrà,nõ debemus inſpicere,ſi errauerit,vel non:ſed ſi al's eſſet legaturus,vel non:vt leg.cum tale.§.falſam.de condictio.& demonſtra.Breuiter dicas ſic: Quædam eſt cauſa,quæ inhæret legato: quia ex ea illud quod venit in diſpoſitione,ſequitur de neceſsitate: vt ſi dico mihi ſolutum eſſe: de neceſsitate ſequitur,ſi hoc eſt verum: ergo non petatur: tunc ex ſolo errore vitiatur diſpoſitio.Caſus eſt hic.Quædam eſt cauſa,quæ nõ inhæret legato,vt qñ ex neceſsitate diſpoſitio nõ ſequitur ex cã.Verbi gratia:quia mihi ſeruiſti,iõ lego tibi cẽtũ.Vel qa mihi tale quid feciſti,ideo lego tibi cẽtum.nõ ſequitur de ne-
c ceſsitate:qa licet hoc feceris,debeã tibi aliqd dare:[c] et iõ tũc ſi cauſa eſt falſa,non curatur de errore teſtatoris: ſed an aliàs legaturus fuiſſet,vel non:vt in contrario.

LEX. II.

ETiam ſi. Falſa demonſtratio q̃ non perimit ſubſtantiã rei legatę,legatum,nõ vitiat.h.d.

Opp.de l.ſic.§.j.ff.de leg.j.de lib.leg.l.legaui.Gl.tua diſtinguit hic.Aut teſtator locutus eſt in prima ꝑſona:vt lego decẽ,quæ debeo:& procedit iſta lex.Aut locutus eſt in ſecũda,vel tertia perſona:vt lego tibi quod debes:aut,lego tibi qđ Titius debet:& tũc legatũ vitiatur.Ita loquuntur cõtraria.& glo.dicit verũ:tamen hoc nõ inducit prima,ſecunda,vel tertia perſona:ſed inducit illud quod dixi ĩ ſummario.Si ergo relinquo tibi decẽ,q̃ debeo:ſiue notarius ſcribat in prima,vel ſecũda,vel tertia perſona,non curo:tunc falſa demonſtratio non vitiat.Ratio quia legatur certũ,& ſic ipſa quãtitas.Vtrũ ergo ſit debita,vel non debita ipſa quantitas per hoc ſubſtantia nõ alteratur. Sed quando teſtator legat tibi quod ei debes:quocunque modo notarius ſcribat non curo:tunc falſa demonſtratio legatũ vitiat:quia tunc non legat quantitatẽ,ſed liberationẽ:liberatio aũt non põt reperiri,ſi debitũ non eſt.ergo falſa demonſtratio vitiat ſubſtãtiam rei legatæ:meritò legatum nõ valet.Idẽ,quando teſtator legat cẽtũ,quæ Seius ſibi debet,nõ legat quantitatem,ſed legat actionem.Si ergo actio non reperitur,non valet legatum:quia relinquit illud,quod non eſt in rerum natura.Quando autem non exprimeretur certa quantitas,tunc non eſſet dubium,quòd talis demonſtratio falſa vitiaret legatum.Et de hoc dixi plenè in d.l.ſi ſic.§.j.de lega.j.et l.legaui.de libe.leg.

1 *Quando dos eſt legata,an ille qui tenetur reſtituere poſſit expenſas deducere.*

LEX III.

d **SI non deſignata.**[d] Falſa demõſtratio,quãtitate non expreſſa,vitiat diſpoſitionẽ:ſecus quãtitate expreſſa.h.d.Opp.& videť ꝙ legatũ nõ valet qñ debitor legat creditori.ff.de leg.j.l.ſi creditori meo.Sol.Hic valet ꝓpter repræſentationẽ:qa cũ deberet reſtitui annua,bima,trima die olim,hodie poſt annũ:ꝓpter legatũ amodo debebiť incõtinẽti.Itẽ.oppo.de leg.j.§.ſed & ſi dotẽ.de dote prelę.Sol.vt in glo.Opp.ff.de leg.præſt.l.virilis.§.ſi qd vxori.Sol.vt in gl.
1 †Quęrit gl.vtrũ qñ dos eſt legata,ille q eã reſtituere tenetur,poſsit facere deductionẽ impẽſarũ.Glo.hic diſtinguit quis protulit verba,an maritus,an extraneus,vt l.Meuio.§.à me.ff.de leg.ij.Breuiter nõ eſt bona diſtinctio:quia idẽ eſt in marito,& extraneo.Sed eſt diſtinguẽdũ an quis legauerit dotẽ ſimpliciter:& intelligitur deductis expẽſis:an quis legauerit quicquid ad eũ peruenit:& tũc intelligiť ſine deductione impenſarũ:vt d.§.à me.

SI dotem. Hanc legem tibi legi ſ.eod.titu.l.j. Dic vt ibi dixi.

REfert. Iſta lex dicit idẽ,qđ l.ſi nõ deſignata.ſed in modico differt.& hoc breuiter dicit:falſa demõſtratio quãtitate nõ exp̃ſſa vitiat legatũ: ſecus ſi quãtitas exprimať exp̃ſsè vt ꝑ relationẽ ad aliud ĩſtrumẽtũ.

De his,quæ ſub modo lega.vel fideicom.relinquuntur. Rubrica.

1 *Modus,& conditio ſecundum quid æquiparantur.*
2 *Conditio qualiter differat à modo.*

LEX I.

e **IN legatis.**[e] Mod⁹ & cõditio ęquparãtur ſecũdũ q̃d.h.d.Opp.& videť ꝙ modus & cõditio nõ ęquparẽtur:vt l.ſi tibi.ff.de leg.iij.& l.ſi fundũ ꝑ fideicõmiſſum.§.j.
1 ff.de le.j.Dicit gl.†mod⁹ & cõditio æquparãtur ſecũdũ q̃d:quia ſicut in cõditiõe ea deficiente legatũ qs nõ capit:ita in mo-
2 do eo deficiẽte quis legato priuať.†Quę-
f ro,nũquid differt[f] conditio à modo.Dicit glo.conditio fit per ſi,cauſa per quia,modus fit per vt:vide gloſſ.Iſtud quod glo.dicit,vt plurimũ eſt verum,ſed non ſemper:vt plenè dixi in repetione l.j.de condi.& demon.& ibi de conditione tantùm:de modo dico plenè in l.quibus diebus.§.fin.eod.ti.De cauſa dico plenè in l.demonſtratio.§.j.eod.tit.de demonſtratione dico plenè eadem l.in principio.quod nota.

LEX II.

g **EX his.**[g] Hæc eſt bona & nota.lex,& breuiter dicit:Illud,quod in vim modi relinquitur,poteſt peti:& vltra quàm honoretur,non poteſt grauari.hoc dicit. Oppo.ꝙ etiam ſecundùm veteres leges naſcebatur actio:vt l.fideicommiſſum.in prin.de leg.j.& l.Imperator.in prin.de le.ij.Sol.Qñq; ſimpliciter relinquiť legatũ,ſeu fideicõmiſſum:& certũ eſt,ꝙ in omni tẽpore naſcebať actio qñq; relinquebatur in vim cõditionis:vt lego fundũ,ſi decẽ dederis Titio:tunc nec olim,nec hodie naſcebať actio:vt l.ſi quis ſub cõditione.ſi quis omiſ.cau.teſta.Qñq; relinquitur in

a ℂSolutionẽ.Ad hoc vide qđ not.Bar.in l.ex hac ſcriptura.in prin.ff.de do.vt no.gl.hic,quę eſt ſingula.vt dixi poſt Bar.in l.ſi ex cautione.ſ.de nõ numera.pecu.& ſequitur Bal.hic.

P.PAV.P.

b ℂVolũtatibus.De hoc vide Alexã.in cõſi.xlv.in iij.col.

c ℂDare.Adde Bart.in l.demõſtratio.§.j.de cõdi.& demon.

d ℂSi non deſignata.Et no.gl.fi.dũ ſoluit l.virilis.qa ex ea dixit hic Ang.ſub dubio forte,ꝙ cũ legata debent aliquo iure ſpeciali nõ intelligiť de legato facto ſub falſa demõſtratiõe:vt hic dicit gl.ex quo dubitatiue tñ dicebat,ꝙ auth.ex cauſa.non cõfirmat legata facta ſub falſa demonſtratione.qđ an ſit verũ,vide Floria.hic & moder.& Cy.tenet id qđ dixi ſ.per iſtã gl.Bal.aliter ſoluit contrariũ.Iaco.But.hic etiã ſequiť glo.vide Bar.in l.is q ĩ ptãte.§.ei qui.de.leg.p̃ſtã.

P.PAV.P.

d Si non.Limita vt ꝑ Ale.cõſ.xlv.ĩ iij.co.

b ¶Terminabuntur. Adde ꝙ dicit Bal. in l. viro. ſol. mat. ꝙ quando cauſa cõuentionis, & reconuentionis, ſemper vniuntur in caſu d. l. viro. ſecundũ intellectum Iac. de Are. & Bar. ibi, tunc reconuẽtio habet vim exceptionis: & eſt neceſſe ſimul pronunciari ſuper vtraq;. ſecus ſi non vniuntˀ, ſed ſunt ſeparatæ ita ꝙ ex vna non inducatur exceptio in alia: nã tunc ſecundum eũ non eſt neceſſe, ꝙ vna ſententia dirimatur. De quo per Imo. in l. j. in fi. quæ ſen. ſine ap. reſcin. Et adde, ꝙ licet debitum tuũ ſit liquidum, non tamen procedetˀ incõtinenti: ad exactionẽ, ſi reconuenio te: ſed debet expectari finis vtriuſq; cauſæ, per ſententiã. qđ eſt verum, ſi de facili, & cito reconuẽtio poteſt liqdari: alias ſecus, ſecundũ Bald. no. in l. neq;. š. de cõpẽ. & tenet Inn. in c. ij. de ord. cog. in glo. vicisſim. Ad quod etiã vide quod not. Bal. ĩ. l. fi. j. qui. ad li. procla. non li. Adde ꝙ no. Bar. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. in vlt. q. de acqr. poſ. & Bal. in l. cum Papi. in ij. col. š. eod.

✠ P. PAV. P.

c ¶Primo quęro. Circa iſtam materiã reconuentionis no. primo, ꝙ reconuentio non habet locum in cauſa quæ deſiderat celeritatem: vt per Roma. ſing. dcccxv. inci. reconuentio. Itẽ ꝙ reconuentio non habeat locum corã arbitris iuris, vide Spe. ti. de recuſat. §. effectus. ver. ſed nunquid corã iſtis. Ro. ſing. dcccxvij. incip. reconuentio. Item ſi per ſtatutum ſint deputati aliqui iudices qui habeãt recognoſcere de cauſis pauperũ agentiũ, an ſi pauperes agant in ipſos iudices poſſunt recõueniri, vide Bald. in c. j. in ij. col. de cõtrouer. feud. & ibi etiã ꝙ nullus iniuriatus agens de iniuria vel de furto vel de alio malo poteſt recõueniri coram alio non ſuo iudice. Nũquid autẽ coram paribus curiæ habeat locum reconuentio in materia feud. vide Bal. ĩ. c. j. in §. fi. in iij. col. de prohib. feud. alie. per fed. & ibi etiam ponit iudex ꝙ eſt reconuentio quædam prẹiudicialis & oſtẽtatiua, quædã ſecundaria & ſimplex vt ibi per eũ. Itẽ ꝙ reconuentio habeat locum corã iudice ꝓrogato, vel cui maior vl' ęqualis ſe ſubmiſit, & ꝙ non corã arbitro: & de actione diuerſitatis. & ꝓ limitatiõe eius ꝙ dicitur de arbitris, vide Iaſ. ĩ l. eſt receptũ. in gl. fin. ff. de iuriſd. om. iud. Itẽ an ſi prĩceps dediſſet iudicẽ alicui motu proprio, an tunc poſsit fieri reconuentio corã eo, vide Iaſ. per illũ text. ponderantẽ ꝙ non, in l. ſi quis iniquum. prope fi. ff. ꝙ quiſq; iur. Itẽ ꝙ cauſa reconuentionis eadẽ inſtantia terminari debeat, qua cauſa conuentionis & eiuſdem priuilegijs & prærogatiuis gaudeat, Vide Io. de Dama. cõſi. xciij. in vj. col. & ibi etiã per Bolog. in addit. in ij. col. ꝙ ſi clericus conueniat laicũ corã iudice ſeculari, poterit coram eodẽ ipſe clericus reconueniri, vide Are. in c. ſi clerici. in vij. col. extra, de iud. & ibi late Deciũ, in iiij. char. Itẽ qñ qs petit imponi perpetuũ ſilentiũ alicui ſuper aliqua re, ꝙ procedatˀ ſolum

Iſtius auth.rō melius j. declarabitur. Se
7 cundò quæro.†vtrū poſsit actor recōue
a niri de cauſa criminali[a]. Dicit gl. ꝙ ſic,ea
dem ratione,qua ś.dixi de p̄iudiciali. vi
de gl.ſuper ver.eūdē. Pro declaratione i
ſtius q.eſt videndū, qa aut actor accuſa
uit criminaliter: & tunc an reus poſsit i
pſum reaccuſare:eſt materia l. is qui reus.
de pu.iudi.& j.qui accu.nō poſ.l.negāda.
Ad vnū tamē aduerte:quia tota illa mate
ria loquitur,qn̄ quis accuſatorē reaccuſa
ret coram iudice ſunt:ſed ſi per modū re
cōuentionis vellet accuſatorē ſuū accuſa
re corā iudice nō ſuo,hoc nō poſſet. Ra
tio,qa actor illū iudicē nō elegit,nec ſpō
te iuit ad eū,imò quadā neceſsitate, ſcili
cet propter maleficiū,vel iniuriā ſibi fa
ctā:vt l.ij.§.ſed & ſi agant.ff.de iud. Vn
de non eſt cōueniēs vt malignitas aduer
ſarij mei,ꝓpter quā cogor eū accuſare,fa
ciat vt ego poſsim recuſari corā iudice nō
competēti:vt d.§.ſed & ſi agant. Quæ rō
ceſſat in eo q agit cōtra aliquē ex aliquo
contractu celebrato ab ipſo agēte, vel i
pſius facto:ſic eo caſu quo accuſat, ceſſat
ratio l.cū Papi.quia ipſe accuſator iudicē
nō elegit ſponte. Si verò agat actiōe ciui
li deſcēdēte ex aliquo maleficio,vel facto
conuenti,abſque ſciētia vel cōſenſu accu
ſatoris:tunc idē eadē rōne:vt d.§.ſed & ſi
agāt. Quæ dicta ſunt tā in ciuili,quā ī cri
minali,ītelligo qn̄ actor conueniret, reū
corā iudice ordinario. Si enim cōtra eū iu
dicē delegatū impetraret:tūc crederem ꝙ
poſſet fieri recōuētio, ꝑ hāc auth.& ī cor.
vnde ſumit̃.& quia ſubeſt rō,quia ipſe eū
elegit:& ceſſat rō impedimēti,de qua lo
quitur §.ſed ſi agāt. Si verò agit actor a
ctione ciuili deſcēdēte ex ſuo facto, vel
cōtractu:tūc ſi reus vult eū recōuenire ci
uiliter:ſiue actio deſcendat ex crimine,ſi
ue nō:pōt indiſtincte,per iſtas leges. Sed
ſi ꝑ modū recōuentiōis velit eū criminali
ter accuſare,tūc ſi iudex ille, corā quo fit
cōuētio,aliàs đ illa cā criminali cognoſce
re nō poſſet,non fiat recōuētio: quia hoc
eſt priuilegiū cauſæ nō ꝑſonæ. Et hoc nō
poſſet fieri etiā vtraque parte volente:vt
l.non diſtinguemus.§.Iulianus.ff.de arbi.
Sed ſi iudex poſsit cognoſcere de illa cā
criminali:tūc vr̃ ꝙ poſſet fieri recōuētio:
ſicut poſſet fieri prorogatio, per l.j.ś.vbi
de cri.agi opor. Hoc ēt videt̃ tenere Inn.
tamē in hoc eſt aduertēdū. Nā cauſa cri
minalis habet iſtud priuilegiū,vt ea pēdē
te ſupꝑſedeatur in qualibet ciuili:vt l.fi.ś.đ
ordi.cogn. Modo ſi quidē ille,qui reaccu
ſat ꝑ modū recōuentiōis,vult vti hoc pri
uilegio,ꝙ interim ſuꝑ ciuili prīo ꝓpoſita
ſupꝑſedeat̃,non poſſet cōuenire:quia hoc
nō patit̃ natura cōuentionis,& recōuen
tiōis,q̄ eſt vt ſimul ꝓcedatur,& ſimul ter
minetur. Et quia ꝑ hoc p̄iudicaret actori
cuius eſt priuilegiū:vt quia prior appella
uit,primo agat. Hoc tamē caſu nō puto
reū cōuētū impediri,quin actorē accuſet
corā iudice cōpetēte alio:nec impediret̃
per exceptionē,q̄ introducit̃ ꝑ auth. hāc.
Nā hæc auth. aufert reo ſuos iudices iō,
quia dat ſibi aliū,ſ.hūc in caſu recōuētio
nis. Eo ergo caſu,quo nō pōt recōuenire,
vel nō poteſt ſine priuilegio, & præiudi
cio ſu iuris,vel ſuæ cauſæ:tunc nō aufert
iſta auth.iudices ſuos:vt hic manifeſte col
ligitur ex tex.& in corpore qvult ꝙ reus
tunc debeat ſupꝑſedere:nec agat corā alio
quin ei liceat agere corā eodē:alias ſecus,
vt ꝓbat̃ ff.cum qui app.in prouinc.debe.
b defen.l.pe.& j.dicā. Querit gloſ.[b] quid
8 †ſi actor recōuentus velit reū ꝑ modū re
cōuentionis recōuenire? Glo.dicit quod
non poteſt: vt in ea habes. Idem tenent
6 oēs Legiſtæ & Canoni. Quæro, vtrū†
liceat actori in cā reconuētionis recuſare
iudicē,corā quo reconuenitur? Quidā di
cunt ꝙ ſic. Et ita intelligūt iſtā auth. gl. no
ſtri:ſed oēs doc.dicunt cōtrariū:quia poſt
quā actor ſemel elegit eū,nō poteſt eū re
cuſare:vt in l.cū Papi.& in auth. offerat̃.
ś.de lit.cōte. Quā ītellige,ꝙ actor nō pōt
eū recuſare priuilegio aliquo, qđ eximat
ꝑſonā actoris ab illa iuriſdictione:ſed pri
uilegio cauſæ bene pōt recuſare recōuē
tionem. Verbi gratia:Ille,qui agit de ſpo
c liatiōe[c],& petit reſtitutionē,ſi recōuenia
tur,pōt oppōere,ꝙ nō pōt recōueniri do
nec reſtituat̃:vt l.ſi quis ad ſe fūdum.j.ad
l.Iul.de vi.& extra,de ord.cog.ca.cū dile
ctus.& c. ſuper ſpolatione. Idem in cau
10 ſa depoſiti leg.j.ſupra depoſitio. Idem in
cauſa criminali:†quia accuſans criminali
ter non poteſt interim reconueniri ś.vt l.fin.de ord. cog. In i
ſtis priuilegijs cauſæ excluditur recōuētio. Procedo vlterius
11 ſcđm ordinē gl. Quæro,†vtrum iſta auth.habeat locū[d] in iu
d dice ordinario,& delegato? Et dicūt quidā,ꝙ ſolū loquitur i
delegato:quia hic loquit̃ de recuſatiōe:& ordinarius recuſa
ri non pōt. Sed oēs gl.& doc.dicunt ꝙ habet locū tā in iudi
ce ordinario,quā in delegato:& licet iudex ordinarius recuſa
ri non poſsit,petitur tñ ꝙ alius ei aſſocietur:vt in auth.ſi verò
contigerit.ś.de iudi. Quærit gl.qūo iſtæ cauſæ tractabūtur
ſimul,& eadē ſententia terminabuntur. Dic vt dixi ſupra cir
12 ca prin.& j.declarabo clarius. Sed iuxta hoc quæro,† qn̄ de
e bet fieri iſta recōuētio. In hoc ſunt opi.[e] in gl. Quidā doc.di
cūt ꝙ ab initio incōtinēti,vt innuit tex.in iſta auth. et in cor
pore vnde ſumit̃. Alij dicūt,ꝙ pōt recōueniri quādocunque
vſq; ad ſentētiā,vt dicimus in denunciatiōe,q̄ fit vēditori. Et
iſtud vltimū tenet Bar.de mu.petit.c.j.& dicit ꝙ eſt caſus ex
tra,de reſcri.in c.diſpendia.li.vj. Idē videt̃ tenere Inn. Ho. au
tē videt̃ tenere contrariū. Dicerē ſic: Ratio recōuētiōis, q̄ fa
cit ꝓ reo contra actorē,eſt:quia actor illū elegit iudicē in agē
f do,hēat illū in defendēdo.dicit tex. Sed iſta rō habet locum[f]
qn̄cunq; pendente iudicio:ergo qn̄cūque pēdēte iudicio poſ
ſum ipſum recōuenire. Sed huic obſtat natura cōuentionis,&
recōuentionis,q̄ eſt vt ſupra dixi,vt ſimul tractetur, et eadē
ſentētia terminet̃. Qūo ergo poſſunt ſimul tractari,& termi
nari:cū lis prima iā ſit ꝓpe finē & iſta īcipit? Rn̄deo vt ſupra
dixi,ſ.ꝙ iſtud qđ ſimul tractatur,eſt in fauorē rei cōuenīetis.
Aut igit̃ vult reus recōuenire cū ſuo,priuilegio,vt ſimul tra
ctētur,& ſimul terminētur:& hoc nō pōt niſi ab initio:vt hac
auth.& ī corpore vnde ſumit̃. Sed ſi eū vult recōuenire,et nō
vti priuilegio:tūc poterit,nec eſt quid repugnet. Diceret̃ tñ
fortè tunc magis cā conuētionis,quā recōuētiōis. Et ideo In.
in d.c.diſpēdia.dicit ꝙ qn̄cūque pendēte iudicio primo, agit̃
cōtra actorē per modū cōuentionis et recōuētionis:& tūc di
catur cōuētio ſimplex,qn̄ omittit̃ natura recōuētiōis,q̄ eſt vt
ſimul terminētur. Sed ꝓ tāto ego appello iſtā recōuētionē,qa
alias iſte non eēt cōpetens iudex,niſi ꝓpter recōuentionem.
13 Iuxta hoc quæro,†nūquid in cauſis ſummarijs[g] ſit locus re
g cōuentioni. Tex.vr̃ ꝙ ſic,in l.ſed hæ.§.nō ſolū.ff. de ꝓcu.vbi
dr̃,ꝙ etiā in cauſa dāni infecti,habet locū reconuētio. Et con
ſtat,ꝙ cā dāni infecti ſit ſummaria:vt l.j.ff.de dam.infec. Inn.
contra.& idē tenet Pet. & alie.l.j.ſupra , vbi cau.ſta. Præte
rea eſt

ſuper reconuētione, vide Are.in c.in p̄ſentia.in iij.co.de ꝓba.& ibi etiam Fel. in ij.co. Item vidđ in materia reconuētionis late Maria.Soci. in ti.de mut.peti.vbi corā quo, & īter quos, & de quibus cauſis locum habeat & multa alia. Itē an procedat reconuentio corā arbitro vel arbitratore,& quo modo,vide Barba. conſi.iij.vol.iiij.ī vlti.char.

a ¶ Criminali. Et hic per Bald.duo verba quæ indiſtincte tenenet.& Bald.in l.j. in princ.qui accu.ꝑ Bar.Imo.& in l.is qui reus.ff.de publi. iud.

b ¶ Quærit gl. Nota ꝙ actor conuentus non poteſt recōueniri:ſed quid ſi actor ī petrauit iudicem delegatū ſuper fundo, reus recōuenit ipſū ſuper domo: quo caſu vult etiam actor corā eodē iudice recōuenire ſuꝑ vinea. an audiatur? Et tex. videtur ꝙ nō.& ibi ita tenet Gul. in l.j. ff.quod quiſq;.iur. & Spec.in ti.de rep. §.fin.ver. nunquid poſsim. & qđ not. Imol.in authē.habita. Et hoc modo videtur mihi ꝙ ſit intelligendus tex.ī d. l.fi.& no.glo.hic, & expreſſe Spec.in tit. de reconuen.§.nunc dicamus.ver.fi.

c ¶ Spoliatione. In interdicto ſpoliatorio, & in cauſa depoſiti, non habet locū recōuentio:contrariū videtur no.Bar.in l.naturaliter.§.nihil cōne.in penult.q.ff. de acqui.poſ.iuncto eo quod dicit tex.ī l.j. vltra mediū. j.quo. bo.& in l.ij.§.fi.ś.vbi in rē acti. Adđ ꝙ primā opi.tenet Sp. in titu.de reconuen. §.nunc videamus.ī prin.

d ¶ Habeat locū. An iſta auth.hēat locū ī ordinario,& in delegato:licet Bald.in l. cum Papianus.in ij. col.aliqui habent in l.nemo.ś.eo.in verſicu. quæro vtrū ꝑ ius antiquū videtur velle ꝙ ſolum hēat locum in delegato. Adde tamen quod ſi talis delegatus fuiſſet datus de non cōſenſu,nō locū habet iſta auth. ſecundum Bar.hic,ad fin.

e ¶ Sunt opi. Et cum opin. Ho.cōtra Barto.& Inno.tenet gl. Ioan.And.in cle.ſæpe.de verbo.ſigni.ī ver.exordio. ſecundum Io.And.in addit.Spe.in tit. de reconuen.verſi.quando fit recōuentio.nō habet locum priuilegium prorogationis iuriſdictionis, cōtra Bart.hic:ſed do.Anto.& Imol.in c.j.de mu.petit. tenent opin.Bar.hic:licet Io. Calde.teneat opin. Ioan.Andr.& vide Bal.hic,in v.col.

f ¶ Habet locū. Sed quid ſi reus confitetur delictum,an poſſit reconuenire actorem: vide Bal.in l.j. in fi.C.qui ad li.ꝓcla.non lic.

g ¶ Summarijs. Sed ꝙ non ſit locus recōuētioni,tenet Bald.in l.j.ś.vbi cau.ſta.vbi idem dicit, quando vna cauſa eſſet præparatoria alterius, quod nota. Adđ gl. in cle.ſæpe de verb. ſig.& plene per do. Ant.& Inno.in c.j. de mu.peti.& Bald. in l.naturaliter.§.nihil commune.in pe. q.de acqui.poſ.& ibi per Imo.& quod not.Bal.in l.ſi ſine. j.ad Trebel.

☞ Pro concordia aduerte:in reconuentione debet procedi ſecundū formam cōuentionis,& vna ſentētia terminari,quando agitur petitorio,& reconuenitur poſſeſſorio,vel econtra pro eadem re:intellige in illis caſibus vbi in poſſeſſorijs requiritur lit.conte.habetur per Bar.in l.naturaliter.§.nihil cōmune.ff.de acq.poſ. Cōtrariū tamen alle.in auth.& conſequenter.iuncto eo,ꝙ voluit ipſe Bar.in l. j.C.quo.bono.& ī.l.fi.C.vbi in rē act.vbi voluit ꝙ oīa iudicia poſſeſſoria ſint ſūmaria. & ī extraua. ad reprimendum.in verbo, ſummarie. Tu dic,Bar. non negat in dictis ſuis, in hac auth. ſi bene videat̃,tenet affirmatiuam tā in j.col.ver. ſciēdum eſt igit̃.quā in pe.col.verſ.iuxta hoc quæro. Et ſic nō meretur argui de cōtrarietate.

rea eſt ratio : quia cauſa reconuētionis de
beat ſimul tractari & terminari. Sed ſi v
na eſſet ordinaria,alia ſummaria,hoc fieri
non poſſet. ego dico ꝙ in ſummarijs ha
bet locū recōuētio. Quid enim ſi recōue
niat̃ alia ſummaria? Certè nō eſt dubiū,ſi
cut dicemus de cōuento ſuper ſpoliatiōe,
qui poteſt cōueniri ſuper alia ſpoliatione
vt dixi in l.ſi qs ad ſe fundū.j.ad l.Iuli. de
vi. Præterea,tūc nō eſt impedimētū natu
ræ reconuētionis :qa vtraq; poteſt ſimul
tractari, & terminari. Sed ſi cauſa recōuē
tiōis eſſet ordinaria , & prima ſummaria:
tūc idē dico ꝙ habet locū reconuentio, ſi
reus vult illud priuilegiū remittere : nec
curat ꝙ eadē ſentētia terminet̃, vt ś. ꝓxi.
dixi.probat̃ in d.legibus , quæ dicūt ꝙ in
cauſa dāni infecti,locus eſt recōuentioni.
14 †Quæro,nūqd qn̄ agit̃ officio iudicis,
ſit locus recōuētioni. Text.eſt ꝙ ſic,in l.j.
15 in fi.ff.de var.& extraor.cog. †Quæro,
a nunqd in cauſa appellationis[a] ſit locus re
cōuētioni? Spe.tractat iſtā q.& c.Cy. po
nit eā in l.ꝑ hanc.j.de tēp.app. Breuiter o
miſsis verbis eorū,veritas eſt iſta: ꝙ quā
do ille, q appellauit,appellat de neceſsita
te ꝓpter iniuriā , quā arbitrat̃ ſibi factā à
iudice:& ſic ipſe ſua ſpōte iudicē non ele
git:nō poteſt corā iudice appellationis re
conueniri:ſed debet in ꝓuincia ſua apud
ſuū ordinariū iudicē cōueniri,vt ff. eū qui
ap.in ꝓuin. defen.d.l.j. & l.ij.§. ei quoq;.
ff.de iu. Ex quo patet,ꝙ iſta auth.ſolū im
pedit reū agere corā alio iudice, qn̄ dat ſi
bi iudicē in cauſa reconuētionis:aliàs ceſ
16 ſat iſta exceptio. †Quæro,qd ſi reus cō
uenit actorē corā alio iudice,cōtra formā
huius auth. Reſpōdeo, ſi quidē corā iudi
ce delegato,proceſſus eſt ipſo iure nullus.
17 †Si corā iudice ordinario proceſſus eſt a
liqs,niſi opponat̃:vt d.c. diſpendia.de re
18 ſcri.li.vj. † Vtrobiq; tamē ſiue proceſſus
eſt nullus,ſiue quādo opponit̃ exceptio,
reus vocās actorē corā alio iudice condē
nat̃ in expēſis:vt d.c.diſpēdia.& qa teme
re eū vocauit,& c.l.eū qui temere.ff.de iu.
19 †Quæro,vtrū clericus agēs[b] cōtra laicū
b corā iudice laico poſsit recōueniri. Gl. in
c.at ſi clerici.extra,de iu.tenet ꝙ ſic. Qui
dā doct.iuris ciuilis,vt Pet.& Iac. Bu.te
nēt ꝙ nō:quia hoc nō poteſt fieri ꝑ modū
prorogationis in c.ſi diligēti.extra, de fo.
cōpe.& ś.de epiſ.& cleri.auth.ſtatuimus.
Breuiter puto contrariū, ſcilicet ꝙ poſsit
recōueniri. Nec ob.ꝙ nō poteſt fieri pro
rogatio:qa fateor,ſ.ab homine:ſed à lege
hoc fit,vt oē priuilegiū, ꝑ ꝙ ꝑſona ſubdu
cit̃,iuriſdictionē tollat in cā recōuētiōis:
vt l.cū Papi.& in corpore vnde ſumit̃ hęc
auth. Nec obſ.ſi dicas,ille eſt fauor totius
cleri:qa fateor,eodē modo priuilegiū, ne
legati cōueniant̃,eſt fauore,publicæ vtili
tatis:& tamē ceſſat in cauſa reconuentio
20 nis:vt d.§.ſed & ſi agāt. †Quæro, vtrū
c corā arbitris[c] ſit locus recōuētioni. Text.
eſt ꝙ non,extra de arb.c.cū dilectus. qđ
eſt verū:quia tunc ceſſat ratio l.cū Papin.
Nō enim actor illum arbitrum elegit ma
gis quàm reus,imo vterq; ſimul. Et ideo
21 †puto, quòd ſi aliquis eſſet delegatus de
conſenſu vtriuſq; partis, coram illo dele
gato non eſſet locus reconuentioni eadē
ratione,qua de arbitro ś.dixi.

1 ☞ *Ante litem conteſtatam poteſt in aliquibus caſibus appellari,& qui ſint iſti caſus.& nu.2.*

3 *Recuſatio iudicis poteſt fieri quandoque poteſt litem conteſtatam,ſi noua cauſa ſuperuenit.*

4 *Nemo niſi princeps, poteſt committere cauſam remota appellatione à diffinitiua,ſed bene ab interlocutoria.*

5 *Appellatio & recuſatio iudicis,quando ſimul ponuntur: hinc appellatione remota ante litem conteſtatam etiā recuſatio remoueri uidetur.*

6 *Si in literis delegationis remoueatur ſolum appellatio, non intelligatur remota recuſatio.*

CVm ſolitum. Iſta eſt ſin
gl̄aris lex,
nec ſcio eē eā alibi. Breuiter dicit:
1 †Qn̄ duo vocabula[d] veniūt ad determi
d nationē eiuſdē verbi,debent intelligi vt
vniformiter operent̃.h.d. Primò Impa
tor repetit illud, ſuꝑ quo dubitat̃. Scđo
quorūdā ponit opi. Tertiò dat conſiliū.
Scđa ibi qdā putabāt. Tertia ibi:caueāt.
No.ꝙ dixi in ſummario. Idē habes in l.
in teſtō.ś.de teſta.mil.& de impub.& ali.
ſub.l.hæreditatē.& l.quāuis.de vulga.&
pu.l.iā hoc iure. Dicit̃ hic,caueat itaque.
Quæro, qua diſtinctione debēt vti iudi
ces? Gl.dicit,ꝙ debet verbū appellatio
nis accōmodari poſt ſnīam:& verbū re
futatiōis,ſeu recuſationis an̄ lit.cōte. Vi
de gl.ſuꝑ ver.ſine certa. Vult ergo gl.ad
hoc vt iſta clauſula aliqd operet̃,ꝙ oppo
nat̃ eo tēpore,quo inducat aliqd contra
ius cōmune: ſed de iure cōmuni poſt ſen
tentiā poteſt appellari:ergo poſt ſentētiā
remoueat̃ appellatio ante lit.cōte. poteſt

a ¶ Appellatiōis. Sed quid ſi appelletur in cauſa conuentionis primæ:an poſsit iudex ꝓcedere in cauſa reconuentionis: Dic ſecundū Inn. ꝙ ſic:in ca. cum nobis. de elect. & vtrū in cauſa appellationis habet locum recōuētio, Cy. videtur tenere ꝙ in d.l.ꝑ hāc. in vj.q. Idē Inn.in c. j.de mu.pe. Pro hoc tex.in l. ad cognitionē.ff.ex quib.cau.in poſ.ea. Sed Spe.in ti. de conuē.& recō. §. nunc dicamus. Sed nūquid corā iudice reſtringit hoc dictū in appellatiōe ab interlocutoria:ſecus in appellatione a diffinitiua. Sed tamē nō reſpondet ad text.in l.ij.§.legatis. verſ.ei quoq;.ff. de iud.qui ꝓbat indiſtincte opi.primā. Sed Ang. in d.§.legatis. dat aliā limitationem ad hoc,& veram:nā debet, ſecūdū eū,limitari niſi appellatio exercet̃ in domicilio appellatiōis: qa tūc ceſſat rō d.§.legatis. ꝙ no.vide Bal.in d. l.per hāc in vl.co.& vide gl.ī l.ſed ſi reſtituat̃.ff. de iu.& Bal. in l.& ſine.ś.ad Tre.

b ¶ Clericus agēs. Et hęc eſt communis ꝙ clericis poſsit reconueniri: & tenet etiā gl.in c.j.de mu. peti. Sed aliqui, quos ſequtur do.Anto.in d.c. tenent contrariū: & cū cōmuni ibi trāſit do.Io. facit etiam ꝙ ſingula.no.Imo in l. ſi eum hominē.de fideiuſ.vbi inſtātia tranſit in clericū:etiā corā ſeculari: vno tamē caſu poſſet clericū cōueniri indiſtincte,quoties reconuētio fieret ex eodē negotio,& vētilatio eſſet cōnexa:ſecundū Bal.in auth.habita.in xiiij, col.in ver.quærit̃. Alij ibi inducūt ar.cōtra opi.Bar.ſic: Recōuētio procedit virtute conuētionis:fundat̃ enim ſuper electione facta a iudice, vt patet in c.cuius in agēdo.ſed prorogatio nō poteſt fieri de ſpecie ad ſpeciē penitus diuerſam,ſicut eſt iuriſdictio clerici,& laici:vt patet xcvj.diſt.& l.ij.§.j.ff.de iud.ergo talis recōuetio fieri non poteſt. Confirmat̃ iſta ratio ab ipſis: & ꝙ non poſſet fieri expreſſe,nō poteſt fieri tacite:vt l.nō intelligit̃.§.ſi.ff. de iure fiſci. Sed aliquis clericus nō poteſt expreſſe prorogare iuriſdictionē in laicū:ergo nec tacite. Sed huic rationi reſpōdet Io.Cal.& alij, ꝙ iſta ratio non cōcludit:quia ſequeret̃ ex iſta ratione vltima,ꝙ ſicut clericus nō poteſt expreſſe cōſentire in iudicē eccleſiaſticum nō ſuū:vt c.ſignificaſti.de for..cōpe. ita nō poſsit reconueniri corā non eccleſiaſtico. Hoc arg. eſt contra c.j.& ij. & ibi no.de mu.pe. Sed ab hac impugnatione defendit do. Ant. dictā ſuam opi.dicens quod illa prorogatio fit ſecundum naturam iuris: & tūc aliquid permittitur fieri tacite,& in conſequentiam,quod non permittitur fieri expreſſe:vt patet in d.c.dilecti.de fo.comp. Vnde dicit Bal.no.in l.nulli.C. de iud.quod in conuentione cognoſcit iudex in incipenti ad cauſam principalem,& contra naturam ipſius.nec principaliter,& expreſſe,nec tacite,ſed in conſequentiam poteſt iuriſdictio in alterum prorogari:vt patet in c. tuā.de ord.cog.& in c.lator.qui filij ſint legiti. Hoc autem eſt contra materiam iuriſdictionis eccleſiaſticæ, quod clericus ſubſit ſeculari iudici, vel quod iudex ſecularis habeat talē iuriſdictionē:maxime per rationē,quæ redditur xcvj.diſt. in c. deniq;.ergo nec tacite in conſequentiam pōt iſta iuriſdictio ꝓrogari. Tūc autem contra iſtā rationē, quæ eſt difficillis,dicas quod aſſumptū eſt falſum: quia licet ſubiectū, in quo eſt iuriſdict.verbi gratia: clericus nil prorſus pertinet ad iuriſdictionem, ſeu iudicem temporalem:cū tamen ipſe dicat̃ eſſe temporalis, & ſecundum naturā ſuā non eſt bonū ſimile de cauſa ſpirituali,in qua habilitas ratiōe perſonæ,non faceret actū proprie contra naturam facientis,ſicut inhabilitas materiæ,vt patet in l.is qui duos.in ſi.& qđ ibi Bar.ff.de lib.leg. & licet clericus non ſit de iuriſdictione iudicis ſecularis: tamē propter hoc ratione ſubiecti,nō debet dici quod prorogatio, quæ fit in iudicē ſecularem fit contra naturam iuriſdictiōis, ſed cōtra priuilegiū perſonæ, quæ nullo modo pertinet ad laicū. Sed per Bart.adducas nouam rationem : nam actor & reus ſunt perſonę cōnexæ: vnde qđ ſtatuit̃ in vno,maxime vbi ratio eſt expreſſa in lege,extenditur ad alterum.l.fi.C.de fru.& li.exp.& tex. in auth . de exec.§.j. cogit reum inuitum agere coram eodem iudice:ne propter diuerſitatē tribunalis lites implicēt̃, & nō poſsīt finiri : & hoc circunſcripto omni conſenſu actoris , in perſona ipſius , habet locum ratio prædicta : & cogitur in ius reſpondere : Cū ergo lex generaliter dicat,ꝙ agens tenet̃ reſpondere recōueniēti:ergo,&c. Adde quid iuris ſi clericus accuſat laicum cōrā iudice laico,& accuſatus ipſum clericum corā epō , ꝙ falſo fuit accuſatus per clericū:an epiſcopus poterit inhibere iudici ſeculari ne interim procedat. Vide Fed.de Sen.conſi.cxiij. Et quod clericus poterit recōueniri corā laico,videtur tenere Spe.in ti.de conuen.& recon.§.j.ver. ſed quid ſi laicus.

c ¶ Coram arbitris. Sed de iure ciuili habet locum reconuentio.l. non diſtinguemus.§.item ſi quis.in fi.iuncta gl.in l.ſi de meis.ff.de arb.& ſicut non habet locum reconuentio,ita nec exceptio reconuentionis. Secus coram iudice delegato:vt per Bal.in l.neq;.j.de compen.& in l.j.ś.de arbi. adde Bal.in l.ſi cum dies.§.quod ſi forte.ff.de arb.vbi quod ſicut non habet locum recōuentio,ita nec exceptio reconuentionis:alias compenſationis. Adde quod hæc apoſtilla eſt falſa:nec credo eā fuiſſe Alex.nam Bar.in l. non diſtinguemus.§.item ſi quis.idem tenet quod hic,& idem tenet Spec.in tit.de recon. §.in prin.reprobans opi.aliquorum tenentium quod coram arbitrio electo ad omnes controuerſias,ſit locus reconuentioni.

d ☞ P. PAV. P. ¶ Duo vocabula. Vide Iaſ.in l.contra maiores.poſt princi.ff.de inoffi.teſtamen.

✠ P. PAV. P.
a ¶ Quid ſi in literis. Not. quod imo remota appellatione nõ intelligitur remota nullitas, quia ſũt diuerſæ. Vide Comen. cõſi. xvij. et an remota appellatiõe & contradict. dicat̃ ſublata nullitas, vide Comen. cõſi. lx. incip. in Chriſti nomine. vbi etiam ponit an intelligatur remota reductio ĩ laudo: & ꝙ etiam ſi remouetur appellatio nihilominus querelę ſupplicatio poſsit dici de nullitate, viđ Practic. Pap. in forma exc. ſentẽtiæ diſſi. in iij. col. Item ꝙ remota appellatiõe. nõ cenſetur remota appellatio rõne euidentiſsimę iniquitatis & ꝙ nõ videat̃ remota nullitas, vide Abb. conſi. lv. in ij. partem, in ij. co. Itẽ quod remota appel. nõ cẽſetur remota querela vel ſupplicatio, vide Barb. in c. j. de offi. deleg. ĩ iij. co. Iaſ. in auth. q̃ ſupplicatio de pci. ĩper. offer. Item remota appel. vel querela, non cẽſetur remota nullitas. & q̃dam alia vide p Are. con ſi. lxxv. in pen. col. & in c. dilecto. in ix. quæſt. de appel. Itẽ an ſtatutum remouẽs appel. in aliqua cã, an cenſeatur ſolũ a diffinitiua non ab interlocutoria vel grauamine viđ pau. ꝙ ſic, in c. paſtoralis. in prin. in vj. quæſt. de appe. Itẽ an remota appellatione dicatur remota q̃rela apud eundem iudicẽ vide Alex. in l. ſi. colum. xj. ſ. de edicto diui Adria. tol. poſt Paul. de Caſt. ibi.
b ¶ Futuri temporis. Quando tractus futuri tẽporis ſpectet ad iudicem, vide nota per Bar. & doc. ĩ l. vbi autem. §. qui fortem. ff. de ver. obl. Quid in fructibus futuris, vide Baldũ in l. j. ſi ſer. nup mu.
✠ P. PAV. P.
c ¶ Quanquam. vide quæ habes ad Bart. in l. j. in finem. ff. de legat. ij. & in l. proinde. ff. ad legem Aquil.
✠ Pro ſaluatione Bar. in hac l. ij. et in quo videatur inuolutus vitio contradictionis, vide concordiã, quam poſui in l. j. ff. de eden.
d ¶ Sententia incerta. Quando valeat ſententia, & libellus incertus, vide etiã Inno. in c. fina. in gl. in ver. omni. de exceſ. prælat. vide Innoc.

recuſare añ li. conte. remoueat̃ recuſatio.
iſta opi. non eſt vera: quia nullus iudex p̃
ter principẽ poteſt appellationẽ poſt ſen
tentiã remouere: vt l. j. §. fi. ff. à qui. app. nõ
li. Do. Rich. Malũ. intelligit totũ ecõtra,
vt iudices remoueãt appellationẽ ante ſen
tẽtiã, & recuſationẽ poſt lit. conte. Et eſt
hæc diſtĩctio: quã tenere debẽt iudices, ſe
cũdũ eũ, vt hic: & hoc placet. Sed cõtra
hoc opp. expreſsio eius, qđ tacitè ineſt, ni
hil operat̃: vt j. de fideiuſ. l. nõ recte. et ff. đ
leg. j. l. iij. ſed iſtud eſt ẽt tacitè, de iure cõi,
ergo &c. Sol. Dicit Rich. fateor cõtrariũ
ꝙ nihil operatur: ſed fit cã dubitatiõis tol
lendæ: vt l. q mutuã. ff. man. & l. quæ dubi
tatiõis. ff. de reg. iu. Hoc nõ placet: qa va
2 nũ eſſet cõſiliũ Principis hic. † & iõ dico
ꝙ antè ſentẽtiã & ẽt ante lit. conte. q̃nquè
põt appellari: vtputa ſi iudex ꝓnũciauerit
ſe eſſe, vel nõ eſſe iudicẽ: vt no. in auth. ha
bita. ne fi. pro pa. & in caſu l. arbitror. ff. q
ſatiſd. & cog. & de mino. l. intra vtile. Itẽ
3 †recuſatio põt fieri q̃nꝙ poſt lit. cõte. ſi no
ua cã ſupuenit: vt l. nõ diſtinguemus. §. cũ
quidã. ff. de arb. Vnde cum iudex remo
uet appellationẽ añ ſentẽtiã, iſta remotio
operat̃ illis caſibus, ĩ quibus poterat appel
lari: & cũ remouet recuſationẽ poſt lit. cõ
teſt. operabitur ſecũdũ qđ dicemus de or
dinario: vt ſ. de iud. auth. ſi verò cõtigerit.
4 Et ſcđm hoc ſic op. nemo †põt cõmittere
cãm appellatiõe remota, niſi Prĩceps: vt l.
j. §. fi. à qui. appel. nõ li. R ñ. verũ eſt remo
ta appellatione à diffinitiua: ſed bñ põt re
moueri appellatio ab ĩterlocutoria. Et hic
eſt caſus no. hic: & hoc ſentit gl. tua in fin.
5 multũ no. quam vide. Scđò quæro, † q̃n
iſta verba ſimul ponũtur, qualiter ĩtelligã
tur ꝓut in prin. l. præſupponit̃. In hoc ſunt
opi. Quidã dicũt ꝙ ante lit. cõteſt. nõ pote
rit recuſari. Et qđ hic dr̃ ĩ tex. ꝙ minimè ve
titũ eſt, ſ. a lege & hoc tenuit Io. Alij dicũt
cõtra. & dicũt ꝙ dictis verbis nõ obſtãti
bus poterit recuſari, ꝑ hunc tex. dũ dicit,
quod minimè vetitũ, &c. Ego teneo opi.
Io. per rationẽ quã dixi in ſummario, ſ. q̃n
duo vocabula veniũt ad determinationẽ
vnius verbi, debẽt intelligi vt vniformi
ter operentur. Sicut ergo appellatio eſt
remota ante lit. conteſt. vt dixi: ita eodem
6 modo recuſatio. † Quæro, quid ſi in lite
a ris[a] delegatiõis remoueat̃ ſolũ appellatio
an ex hoc videat̃ remota recuſatio? Gloſ.
hic tenet ꝙ ſic. Alleg. extra, de app. c. ſup
eo. In cõtrariũ facit j. ne lic. in vna ea. cau.
l. j. in fi. Ibi loquit̃ quãdo remouet̃ à iure:
hic quãdo ab hoĩe. Cõtrariũ huius de
terminat gl. in d. l. j. §. fi. ff. à qui appel. non
li. Et iſtam opi. ſequuntur cõmuniter doc.
quia quando ſunt duo iura ſeparata, remo
to vno, non ſequitur remotio alterius: vt
l. ſi donius. ff. de ſer. vrba. prædio.

De ſententijs, quæ ſine certa quantitate prolatæ ſunt. Rubrica.

1 ☞ *Ius merè de futuro, non poteſt deduci in iudicium.*
2 *Si ius eſt de præſenti habens dependentiam de futuro, uenit in iudicio quando actori nihil poteſt imputari.*
3 *Quid ſi ius eſt de præſenti propter intereſſe, quod ſperatur de futuro.*
4 *Quid ſi aliquod ius de præſenti ſperatur recedere in futuro.*

LEX. I.

CVm iudicẽ. Valet ſẽtẽtia f de futuro, ſi dependeat a iure, quod eſt de præſenti. h. d. ſecundũ vl. lec. hic poſitam in gl. q̃ eſt vera.
b Opp. & videt̃, ꝙ curſus futuri tẽporis[b] non ſpectat ad iudi
cẽ: vt ff. de vſur. l. j. §. j. Huius timore ſunt in gloſſ. quinque lec.
quatuor primæ tẽdũt ad hoc, vt oſtẽdãt iudicẽ pronũciaſſe de
vſuris præteritis. Vlti. ad hoc tẽdit, vt ſi iudex ꝓnũciauerit
de futuris. Primæ quatuor lec. nõ habẽt dubitationẽ: ideo non
proſequor cas. vide gl. Ad quintã lec. quã poſui vobis ob
ſtat fortiter l. j. §. j. ff. de vſuris. R ñ. Quãdoꝙ nihil eſt, qđ poſ
ſit imputari creditori: vtputa, repeto ſortẽ, & facio quãtũ poſ
ſum in ea exigẽda: tũc tractus futuris tp̃is, ĩ quo currũt vſurę,
& ĩuito actore, ſpectat ad iudicẽ: vt hic. Quãdoꝙ eſt aliquid
qđ põt imputari creditori: vtputa, nõ curat ſortẽ habere, ſed
vult ꝙ debitor cõdẽnetur ſibi de futuro ad vſuras: & hoc nõ
ſpectat ad iudicẽ, vt l. cõtraria. Op. de l. non quẽadmodũ. ff.
de iu. Sol. Ea. q̃ ſunt merè de futuro, nõ ſpectãt ad iudicẽ, vt
l. cõtraria: ſed ea, q̃ ſunt de futuro, & habẽt depẽdẽtiã à iure de
præſenti. et ſic loquit̃ hic. Nã ſors petebat̃ de p̃ſenti: & ab iſto
debito ſortis habet dependẽtiã vſuræ: & hoc ſpectat ad iudicẽ
& ita loquit̃ hæc lex. Cõtra hoc opp. de l. in lege Aquilia, ſi
1 deletũ. ff. ad leg. Aqui. Huius timore debes ſcire breuiter, †
ꝙ quãdoꝙ eſt ius mere de futuro: & hoc nõ põt deduci in iudi
2 ciũ: vt d. l. nõ quẽadmodũ. † Quãdoꝙ eſt ius de p̃nti, qđ habet
depẽdentiã de futuro: & tunc diſtingue vt dixi: Aut põt acto
ri aliquid ĩputari: & nõ venit in iudicio: vt l. j. §. j. ff. de vſu. Aut
nihil põt ei imputari: & venit in iudicio: vt hic, & l. j. de fideic.
3 & l. malè agitur. de p̃ſcrip. xxx. an. † Quãdoque eſt ius de præ
ſenti, ꝓpter intereſſe, qđ ſperatur de futuro: & tũc aut illud in
tereſſe ſperat̃ propter culpã: & loquit̃ l. ĩ lege Aquilia, ſi dele
tũ. ff. ad le. Aquil. Aut propter dolũ: & loquit̃ l. locũ. §. condẽ
4 natio. de tab. exhi. † Q̃nque eſt aliquod ius de p̃ſenti, qđ ſpera
tur recedere in futuro: & iſto caſu loquitur l. ſi ſeruus. in princ.
de condi. fur. Iſtã materiam tetigi in d. l. locũ. §. cõdẽnatio. ple
nius in l. ſi finita. §. fi. cum l. ſeq. ff. de dam. infec.

1 ☞ *Quando proponitur actio uniuerſalis, uel generalis: tunc procedit petitio incerta, & ſententia incerta, ſed in executione certificatur. & nu. 2.*
3 *In obligatione alternatiua, ſi electio eſt creditoris, debet dari libellus certus, & ſententia certa ſequi.*
4 *In ſimplici obligatione, quando procedat petitio incerta, & ſententia certa, & quãdo etiam ſententia incerta.*
5 *Sententia incerta habebit executionem paratam, facta liquidatione.*
6 *Et quomodo fiat liquidatio etiam in inſtrumentis non liquidis, quæ merentur executionem. & nume. 5.*

LEX. II.

c QVãquã[c] pecuniæ. † Vbi petit̃ incertũ, va
1 let ſentẽtia. h. d. Vides
d ergo ꝙ ſententia incerta[d] valet. Contrarium vides i
l. proxi. & l. fi. Sol. gl. Quandoque petitur incertũ: & tũc valet
ſnĩa incerta: vt hic. Sed ſi petitur certũ: & tunc debet ferri ſen
tentia certa, per ſe, vel ꝑ relationẽ ad acta vt l. ſeq. Contra
iſtud opp. Inſt. de act. §. curare. Huius timore gl. intrat hãc ma
e teriam veterem[e]. Quãdoque † proponitur actio vniuerſalis,
1 vt petitio hr̃ditatis. Q̃nque actio gñralis, vt petitio tutelæ, vel
n eg. geſt. & in iſtis procedit petitio incerta, & ſententia incer
ta: ſed in executione certificatur. Ita tenet hic glo. mag. & ple
nius in l. j. in gl. mag. ff. de edẽ. & plene per In. in c. cõquerẽte.
in gloſſ. pe. de offi. ord. Quandoque proponitur actio ſingula
ris: & iſta proprie eſt materia noſtra: & tũc aut obligatio erat
alternatiua, aut ſimplex. Si eſt alternatiua, procedit libellus, et
petitio alternatiua & incerta, vt d. §. curare. et de verb. ob. l. eũ
3 q certarũ. in fi. Qđ intellige, q̃n erat electio debitoris. † Si eñ
eẽt electio creditoris: cũ ſit in eius poteſtate, debet dare libel
lũ certum: & ſnĩa ſequitur certa: vt l. vbi. §. qui illud aut illud.
4 de verb. obli. † Quandoque obligatio eſt ſimplex. Et hic ad
uerte: aliquando in libello non põt declarari certa quantitas,
f ſed poteſt declarari in ſentẽtia: vt cum petitur intereſſe[f], quod
intere

in c. iij. de lib. oblig.
e ¶ Veterem. Idem tenet in l. ait prætor. §. j. ff. de re iud.
f ¶ Intereſſe. Iudex debet in ſentẽtijs taxare intereſſe. Adde l. cũ propria. & ibi Bald. ſ. ſi quis al. vel ſibi. idem dicit in fructibus.
a ¶ Intelligere. In his, et ĩ vniuerſalibus vide etiã no. Bal. in l. ſi liũ. in xvij. col. j. ver ſi. alterius quæritur. ſ. fa. erciſc. ꝑ gloſſ. & doct. in §. j. de re iudi. & Inno. in c. ſi. & Bal. in l. iij. in ij. col. de re iudi. & Inn. in c. fin. de exceſ. præla. Et adde ꝙ valeat cõdẽnatio expẽſarum, etiam incerta, ſine reſeruatione taxationis, ſecundum Bart. in l. terminato. verſ. venio ad quartum. j. de fruct. & lit. expen. & ibi per Bart. qui tenet hoc eſſe verum in omnibus acceſſorijs: & idem dicit in arbitro, & arbitratore.
b ¶ Practica hodie. Vide Bart. in l. j. ff. de eden.
✠ P. PAV. P.
c ¶ Hæc ſentẽtia. Qđ ſentẽtia incerta non valebit, niſi certificetur per relationem ad aliud, Vide Cõ. conſil. vij. in v. colũ. & ſeq. & ibi in vj. col. non dicit quod vbi ſententia eſt incerta ſup eo de quo principaliter nõ diſputatur non vitiatur. Vide per eum, & ſubtiliter loquitur & ibi etiam ponit quod recipit declarationem partis etiam quo ad ipſos expreſſe ſe nõ refert. & vide Comẽ. cõſi. xxiij. in prin. Itẽ vide etiã ꝙ ſentẽtia incerta quę nõ declaratur per relationẽ ad acta non valet, licet ſecus ſit ſi declaretur ex certificatione niſi in certis caſibus quos ad Bart. habes in l. Paulus. la j. ff. de re iudi. & q̃n ĩcertitudo vitiet ſentẽtiam, vide Feli. in c. cum venerabilis. colũ. xvij. extra, de excep.
d ¶ Nota iſtum. Idem quod hic dicitur, ꝙ ſententia lata ꝑ verba obſcura, debet declarari per verba probatoria, etiam ſi ad alia non fiat relatio expreſſe, debet intelligi, q̃n ſententia eſſet nulla propter obſcuritatẽ: niſi declaretur per ipſa acta ꝓbatoria. Sed vbi ſententia põt in ſe valere verba eius tunc debent ſtricte intelligi ꝑ acta probatoria. Eſt tex. in l. j. ĩ. ſi plu. vna ſen. & l. Paulus. la ij. ff. de re iudi. qđ tenementi. & vide Bar. in l. ait prætor. §. j.

intereſſe ſtat in æſtimatione iudicis, vt j.
ti. j. l. j. tũc ꝓcedit libellus incertus, ſecun
dũ verã opi. & tũc ſententia erit certa ſe
cundũ verã opi. no. per glo. in l. certi cõdi
ctio. in prin. ff. ſi cer. pet. dicã j. ti. j. l. j. Q̃n
que nõ põt declarari nec in petitiõe, nec
in ſentẽtia: & tũc ꝓcedit libellus incertus
& ſententia incerta. Hic eſt caſus in l. no
a ſtra. Nam debes hic intelligere[a] ꝙ aliquis
ꝓmiſerat indẽnitatẽ: & iã fiſcus incurre
rat aliquod damnũ, & maius dãnũ pote
rat incurrere in futuro: vnde cũ nõ poſsit
certificari id, quod depẽdet ex futuro, iu
dex pronunciabit de indẽnitate ſuper fu
turo tp̃e: & hic ꝑ pręterito cõdẽnabitur:
5 vt ſ. l. ꝓxima. Sed quęro, † qs eſt effect⁹
iſtius ſentẽtiæ incertæ? R ñ. ꝙ habebit pa
ratã executionẽ facta liquidatione, q̃ fiet
hoc modo: qa actor petet ſententiã exe
cutioni mãdari, in qua talis eſt condẽnat⁹
ad indẽnitatẽ præſtandã. Ad probãdũ ꝙ
ſit dãnificatus, faciet incõtinẽti articulos:
nec eſt neceſſaria libelli oblatio, nec lit. cõ
teſta. & ſic procedetur ſummariè ſecũdũ
formã l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. de re
iud. Sicut dicimus in ſimili, in ſentẽtia la
ta in iudicio vniuerſali, in qua eſt cõdẽna
tus ad reſtituendũ hęreditatẽ ſimpliciter:
quid autẽ ſit in hæreditate, in executione
declarabitur. Et nota clarè glo. in d. l. j. de
6 edẽ. † Et iſta eſt practica hodie[b] in parti
b bus iſtis, ꝙ inſtrumenta, quæ ſunt guarẽ
tigionata, vel cõfeſsiõata, merent̃ execu
tionẽ, ſicut ſentẽtia diffinitiua. Si ergo eſt
aliquod inſtrumẽtũ nõ liquidũ, peto exe
cutionem ſummarij, & facio articulos ad
probãdũ id, ſecundũ ea, quæ dicta ſunt ſ.

1 ☞ *Sententia quando fertur per relationẽ ad aliqua acta, ualet, ſi in illis continetur certa quantitas, non diſtinguendo quæ ſint illa acta. & nu. 2.*
3 *Sententia ſimpliciter prolata, ut condemno te ad id, quod debes, ualet. ſi certa quãtitas reperiatur in actis probatorijs.*

LEX III.

c HAec ſententia.[c] † Sen
1 tentia, quæ nõ cõtinet certũ per ſe vel ꝑ
relationem ad aliud, eſt ipſo iure nulla.
d h. d. Nota iſtum[d] fi. huius legis pro de
claratione gloſſarum hic poſitarũ. Quę
ro in quibus actis debeat contineri certa
quantitas, vt ſententia valeat. dicit gloſſ.
in atteſtationibus, vel confeſsionibus. In
contrarium videtur quòd ſufficiat conti
neri in libello: vt l. quid tamen. de arbit.
& de re iudi. l. ait prætor. §. j. Solu. breui
2 ter † quandoꝙ ſententia fertur per rela
tionem ad aliqua acta: tunc valet ſentẽtia
ſi in illis actis: ad quæ ſententia refertur,
continetur certa quãtitas, non habita di
ſtinctione, quæ ſint illa acta, vt l. contra
3 ria. † Quandoꝙ ſententia profertur ſim
pliciter, ſcilicet condemno te ad id quod
debes: tunc eſt neceſſe quòd certa quan
titas reperiatur in actis probatorijs: vt in
dictis teſtium, confeſsionibus vel inſtru
mentis: nec ſufficeret contineri in actis aſ
ſertorijs, vt libello, & petitionibus. ita lo
quitur hic gloſſ.

1 ☞ *Etiam in dote non ualet ſententia incerta. & nu. 4.*
2 *Poteſt ferri alia ſententia, etiam ante, quàm pronuncietur de nullitate primæ.*
3 *Qui non appellat, confirmat ſententiam.*

e HAec ſententia.[e] Sen
tentia nulla ratione incertitudinis, non
1 impedit aliam ferri ſententiã. h. d. † Nota
ꝙ etiam in dote non valet ſententia incer
2 ta. † Secundò nota ꝙ poteſt ferri alia ſen
tentia etiam antequam pronuncietur de
nullitate primæ: vt hic, in fi. Et de hoc di
xi in l. ſi vt proponis. ſ. quomodo & quã
3 do iud. † Tertio nota ꝙ qui nõ appellat,
confirmat ſententiam: vidiſtis in l. ab eo.
ſ. quomodo & quando iu. Nota ꝙ dixi:
quia alibi non reperies: ideo tene menti.
f Oppo. contra. hoc iudicium de dote[f] eſt
iudicium vniuerſale, ſicut in petitione hę
reditatis, & ſimilia. Ita ꝓbatur in l. quod
dicitur. in prin. ff. de impen. ergo procedit
libellus incertus, & ſentẽtia incerta, ſicut
ſicut in petitione hęreditatis. Et ita deter
minaui vobis ſol. ma. ſuper rub. Hic vide
tur caſus in contrariũ. Sol. Hic fuit ſentẽ
4 tia omino incerta. † Nam pronũciauit iu
dex, ꝙ bona fide accepiſti, ſolue. ſi enim
pronunciaſſet hoc modo, condẽno te ad
reſtitutionem dotis, quia conſtat eam te
habuiſſe: licet non declaretur quantitas,
vel qualis eſſet dos, valeret ſentẽtia, ſicut
in petitione hæreditatis. Et quod hoc ſit
verum, videtur velle hic text. in eo quod
dicit, quod petitio incerta procedit ſuper
dote. Et ita intelligo hanc legem.

de re iudi. & ꝙ not. Bart. in l. j. ĩ. ſi plures vna ſen. Et an incertitudo temporis vitiet: vt puta ſi iudex dicit relego te ad tẽpus. & nõ dicit quã tũ tempus. Tex. eſt ꝙ nõ, in l. ſi ſine præfinito tempore. ff. de pœnis. vbi viđ qũo intelligat̃ ad tẽpus. Et aduerte: quia ille text. loquit̃ in criminalibus. adde et Bal. cõſi. xxxiiij. dixit in l. ſine præfinito. eſſe vnicũ in iure, & facere ꝙ ſi iudex ſimpliciter banniat aliquẽ, ꝙ intelligat̃ bãnitus vſquè ad decennium.
e ¶ Hæc ſentẽtia. No. ex iſto tex. ſecũdum Bal. ꝙ iudex poteſt in ſua diffinitiua eſſe ſibi contrarius, ſi prima ſentẽtia ꝑ eũ lata erat nulla: ꝙ eſt notãdum ſecũdum eum.
f ¶ Iudicium de dote. Procedit libellus generalis in dote: vide Bart. etiã in l. j. de edẽ. poſt gl. & vide ſ. co. l. iij. & Bal. hic tenet cõtra Bar. quando res particularis eſt data in dotem.

De ſenten. quæ pro eo, quod intereſt, proferuntur. Rubrica.

Continua rubr. ad præcedentem hoc modo: ſuprà dictum
eſt de ſententijs, quæ ſine certa quantitate proferuntur. verũ
quia ſuper intereſſe profertur quãdoꝙ ſententia incerta: ideo
ſubijcitur rubrica de ſententijs, quæ pro eo, quod intereſt. Iſta
continuatio non eſt vera: quia ſuper intereſſe debet proferri
ſententia certa: vt Inſti. de act. §. curare. & dicemus j. in proceſ
ſu materiæ. Debet ergo aliter continuari, & ſic dictum eſt ſ.
de ſententijs in genere, & in ſpecie de ſententijs, quæ ſine cer
ta quantitate: verùm quia in ferendis ſententijs ſuper intereſ
ſe, conſueuerunt oriri plura dubia: ideo ponitur hic rubric. de
ſententijs, quæ pro eo, quod intereſt, proferuntur.

2 ☞ *Intereſſe ſingulare in caſibus, qui habent certam quantitatem, vel naturam, non poteſt excedere duplum communis, vel intereſſe conuenti, vbi non reperitur commune. & nu. 6. 7. & 20.*
3 *Qui ſint iſti caſus certi, & qui incerti.*
4 *Contractus illi dicuntur certi, qui habent certam quantitatem, vel naturam reſpectu ſui vel adiuncti.*
5 *Incerti dicuntur, qui non habent certam quantitatem, vel naturam reſpectu ſui vel adiuncti.*
8 *Intereſſe quid ſit: vide plures opiniones, & diuiſiones.*
9 *Intereſſe ſtrictè ſumptum, prout in materia huius legis, & ſecundum Bar. eſt æſtimatio alicuius vtilitatis non habitæ propter alicuius factum iniuſtum, vel ceſſationem iniuſtam.*
10 *Intereſſe eſt triplex, ſcilicet ſingulare, commune, & conuentum. & nu. 11.*
12 *Intereſſe ſingulare quando ſit affectionis tantùm, & quando ſit affectionis continentis vtilitatem.*
13 *Intereſſe intrinſecum debet dici illud, quod eſt ipſa res, ſeu eius æſtimatio: & illud, quod eſt immediatè ex ipſa re.*
14 *Ea verò, quæ veniunt occaſione rei, non ex ipſa re, debent dici extrinſecum.*
15 *Intereſſe intrinſecum, hoc eſt ipſius rei æſtimatio, ſemper venit in iudicio.*
16 *Quid ſi intereſſe eſt ex ipſa re, vt fructus & partus.*
17 *Intereſſe extrinſecum quando agitur propter non factum: ſi ſequitur rem penes quemcunq; vadat, habetur ratio eius in iudicio.*
18 *Quid ſi non ſequitur rem penes quemcunq; vadat.*
19 *Intereſſe extrinſecum, quando agitur propter malefactum ſcienter, venit in iudicio. & quid ſi ignoranter.*
21 *Pœna legalis non poteſt excedere quadruplum. & quid in pœna conuentionali.*
22 *In intereſſe habetur ratio lucri, quod contingit circa ipſam rem: vt frumentum modo valet &c.*
23 *Et idem in lucro, quod venit extra rem, quando percipitur ſiue alterius iniuria, & ſequatur rem penes quemcunque vadat.*

P. PAV. P.

a ¶Cũ pro eo. Circa materiam intereſſe mercatoris ꝙ iuſte petatur & ſtatutũ poſsit illud æſtimare, vide Comẽ. cõſi. cxxxix. inc. Laicus. circa fi. Item nota ꝙ intereſſe lucri ceſſantis debet iudex æſtimare ex ſuo officio, ſecundũ Bart. in l.j. C. de colleg. illici. li. xj. ad quod vide Iaſ. in l. iij. §. fi. in ij. colũ. ff. de eo quod certo loc. vbi etiã dicit ꝙ tale intereſſe probatur per cõiecturas et veriſimilitudines.

b ¶Materiam. Et de materia huius l. vide Inn. in c. ſacro. de ſen. excõ. & hoc ſtatim alle. Bar. in ij. colũ. in verſi. exẽplum, dediſti mihi damnũ. ibi ad rationẽ Iac. de Are. tũc cõcludit, an in cõtractu emptionis & vẽditionis veniat factũ? per Bart. in l. ſtipulationes nõ diuidũtur. xxij. col. de ver. obli. & in l. j. in pen. colũ. de act. emp. & in l. certi cõdictio. in prin. ſi cer. peta. & vide no. per Bal. hic in xij. colũ.

c ¶Fuerit aduocatus. hic locus non habet ſenſum: quare crederem legendũ, Fuerit euocatus pro legendo. vel vt aliqui antiqui codices habẽt fuerit aduocatus ꝓ rege Angliæ, videqꝫ totam hanc repeti. ingenti cura reſtitutam. Alex. Loſæus.

34 *Si uerò non ſequitur rem penes quemcunque uadat, & in eo lucro natura rei plus operatur quàm hominis induſtria, eius ratio habetur.*

25 *Et ſi in eo lucro ut plurimum operatur induſtria, & ille, cui debebatur, non conſueuit mercari, non habetur ratio iſtius lucri.*

26 *Illud, quod dicitur, quòd intereſſe non poteſt excedere duplum, habet etiam locum in maleficijs.*

27 *Intereſſe uſque ad quam quantitatem poſsit aſcendere.*

28 *Qualiter intereſſe in iudicium deducatur.*

29 *Intereſſe cõuentũ probatur per inſtrumenta, uel per teſtes.*

30 *Intereſſe commune probatur per teſtes, qui dicunt quòd res communiter tantum ualet, & quòd communiter cuiuſque intereſt tantum dictam rem habere.*

31 *Articulus pretij & intereſſe communis temporis præteriti, non debet referri ad unum diem, uel duos: ſed ad quàmplures in loco publico & conſueto.*

32 *Intereſſe ſingulare qualiter probetur.*

33 *Quomodo formetur articulus ſuper intereſſe ſingulari.*

LEX vnica.

a CVm pro eo. [a] Domini,
hæc lex eſt vna de diffici-
lioribus totius Codicis, &
b habet materiã [b] profundiſ-
ſimã, & longiſsimã. Diuiditur in partes
quinqꝫ. Primò ponit proœmiũ ſuũ. Secũ-
dò ponit ſtatutũ ſuũ. Tertiò illud probat
remouendo abſurdũ. Quartò illud pro-
bat à ſimili. Quintò ponit duo alia dicta
generalia ad alia præcedẽtia. Secũda ibi:
ſancimus itaqꝫ. Tertia ibi: nedum. Quar-
ta ibi: cùm ſcimus. Quita ibi: & hoc non
1 ſolũ. Breuiter hoc intẽdit: †Prolixitates
antiquæ circa intereſſe ceſſant per hãc l.
& in caſibus certis venit intereſſe ſingu-
lare vſqꝫ ad duplum intereſſe cõis: in caſi-
bus verò incertis venit in totũ qđ inter-
eſt, & habetur ratio lucri, & damni. h. d.
tota lex. Venio ad caſum in terminis:
& aduertãt iuuenes: ꝗ hæc lex in princ.
videtur facilis: ſed poſtea videt̃ difficilis,
& expediri nõ poſſe hoc mane: expediã
hoc ſero totã legẽ: ideo incipio ꝑ particu-
las. Et primò oppo. ꝙ infinitas tolleretur de do. excep. l. pu-
re. §. fi. Solu. Ibi loquitur ſeu tractat̃ de obligatione tollenda,
quo caſu tolleretur infinitas: hic verò de obligatione inducẽ-
da. Iſtud brocardũ recitat hic Cy. & Dy. in l. ꝗ bona. §. fi. ff. de
de dam. infec. & ibi ego plenius examinaui: ideo hic nõ inſi-
2 ſto. †Venio ad ſecundã partẽ, & ex ea habes notare ꝙ in ca-
ſibus, qui habẽt certã quãtitatẽ, vel naturã, intereſſe non po-
teſt excedere duplũ. In caſibus vero incertis, præſtatur totũ
3 intereſſe. †Venio ad contraria. antequã faciã aliqua, videa-
mus qui ſunt caſus certi, & qui incerti Glo. dicit: Dicunt̃ cer-
ti ſecundũ quod ponuntur in l. certũ. ff. ſi cer. pet. vt puta ſi eſt
in obligatione certa quãtitas vel certa ſpecies: qñ certa quãti-
tas, dicitur habere certã quãtitatem: qñ certa ſpecies, dicit̃ ha-
bere certã naturã. Iſtud nõ videtur verũ glo. noſtræ. Nam ap-
pellatione certæ quãtitatis, cõtinet̃ certa ſpecies: vt l. quiſquis
ff. de leg. iij. & l. cũ ſtipulamur. de ver. obl. ideo gloſſ. intelligit
aliter: vt illi caſus dicãtur cõtinere certã quantitatẽ: in quibus
venit certa quantitas, vel certa ſpecies. Vbi verò promittitur
aliquid in genere, vt homo, vel equus: tũc dicatur habere cer-
tam naturam. Et hoc eſt quod tex. dicit, certam quantitatem
vel naturam, vt hic. Et vide gloſſ. no. in ver. certam quantitatẽ
vel naturã. Incerti verò caſus ſunt, dicit gl. quando in obliga-
tione venit factum, vel non factum, quæ ſunt incerta: vt ff. de
verb. obl. l. vbi autẽ. §. qui id quod. & ita dicit glo. in verbo, in
alijs autem caſibus. Ita etiam dicit Inn. in tit. de ſen. excom. in
c. ſacro. vbi tractat materiam de intereſſe. Dy. idem tenet qđ
iſta glo. in c. mora. de reg. iur. lib. vj. Quidam, vt domi. Franc.
c Acc. cùm ſemel fuerit aduocatus [c] pro rege Angliæ in ſtudio
Toloſano, repetijt iſtam legem, & recitauit: & tenuit opi. pa-
tris ſui, prout iacet do. Iaco. de Rauẽ. qui erat ibi magnuſdo-
ctor, in forma diſcipuli ſurrexit contra eum, & opp. ſic. Iſtud
dictũ gl. videtur cõtra tex. huius l. Nam tex. dicit ꝙ cõtractꝰ
emptionis & venditionis, habẽt certã quãtitatẽ, vel naturam.
Sed in actiõe empti venit factũ: vt l. ex empto. in prin. de act.
emp. & l. ſi ſtipulatus. de vſuris ergo falſum eſt dicere, ꝙ obli-
gatio facti dicatur incerta cõtra hãc legẽ. Et iſtud retulit Pet.
de Bel. perti. dũ in anno Iubileo veniret Romã ad indulgen-
tiã, tanquam peregrinus, & Bono. repetijt iſtam l. Do. Cyn.
etiã refert hic. vnde Iaco. de Rau. in expoſitiõe iſtorũ verbo-
rũ recedit ab opi. gl. & dicit ꝙ illi dicũtur caſus certi, qui habẽt
intereſſe cõe: vt ſcribere mihi librum, facere mihi domũ, & ſi-
milia. Et illi dicũtur caſus incerti, qui nõ habẽt intereſſe com-
mune, vel cõmunẽ æſtimationẽ: vt ire pro me Romã. Nam
tantũ põt mea intereſſe, ita ꝙ non alterius: ſed liber iſte, apud
quẽcũqꝫ eſſet, valeret tantũ. Pe. de Bel. perti. nõ ſtat in eiꝰ opi.
quia dicit ꝙ loquitur ſine lege. Præterea ego reprobo ꝙ ipſe
non dicit verũ aliter. nã poſsibile eſt ꝙ in cõtractu locationis
& cõductiõis, ex parte cõducẽtis, nõ reperiat̃ æſtimatio cõis.
Verbi gratia: cõduco operas tuas vt vadas pro me Romã ꝓ
centũ licet ex parte eius, qui locat operas, ſit certum quod de-
bet habere centũ: ſi iſtud intereſſe habet certam quãtitatẽ ex
parte conducentis, non eſt certũ: ꝗ fortè alterius nihil inter-
eſt. vnde nõ reperit̃ eſtimatio cõis: & ſic iſte cõtractꝰ eſſet in-
certus ſecundũ eũ qđ eſt cõtra iſtũ tex. quare Pet. de Bel. per-
ti. exponit iſta verba, vt dicimus ſic: Illi cõtractus dicunt̃ ha-
bere quãtitatẽ certã, vel naturã, in quibꝰ hincinde orit̃ obliga-
tio: & ſic cõtrahẽtes obligant̃ ꝓpter mutuã relationẽ: vt ĩ em-
ptiõe, vẽditiõe, & in alijs cõtractibus. Cõtractus incerti dicũ-
tur, in ꝗbus cõtrahẽtes obligant̃ abſqꝫ mutua relatione: vt ꝓ-
mitto tibi ꝑ ſtipulationẽ ire Romã: licet iſte ꝓpriè nõ dicat̃ cõ-
tractꝰ, vt l. Labeo. §. cõtractũ. de ver. ſig. & iõ Imperator nõ re-
peti in cõtractibus: ſed dicit, in alijs autẽ caſibus, &c. quia ille
ꝓpriè non eſt cõtractus. Sed iſta opi. Pet. nõ videt̃ vera. quid
enim ſi ex vtraqꝫ parte ꝓmittatur mutuè, vt puta, ꝓmitto ꝓ
te ire Romã: & tũc tu ꝓmittis ꝓ me ire Pariſios? hic obligan-
tur cõtrahẽtes propter mutuã relationẽ: tñ certũ eſt ꝙ iſte cõ-
tractus ex vtraqꝫ parte cõtinet incertũ. Iac. de aret. reprehẽdit
gl. noſtrã ꝑ aliã rationẽ in prin. vbi dicit, ꝙ certa natura cõtine-
tur, qñ promittit̃ homo in genere qũo põt hæc eẽ vera, cũ hic
tractet̃ de ſingulari intereſſe, qđ nõ põt excedere duplũ ĩter-
eſſe cõis in hoĩe debito in genere, intereſſe ſingulare nõ põt
cadere: ꝗ nõ eſt res ad quã habeã affectionẽ? Nã dicit Iac. de
Are. in eo qđ dicit glo. in cõtractibꝰ incertis, ſto cũ ea. Cũ er-
go dicit̃ certã quãtitatẽ, vel naturã, dicit ipſe: intelligo vt dica-
mus certã quãtitatẽ, ſcilicet facto hoĩs. vt domus, fundꝰ, & ſi-
milia: vt l. quod in rerũ. §. ij. ff. de leg. j. Certã naturã. vt qñ de-
bet̃ aliqua ſpẽs q̃ habet certitudinẽ à natura: vt homo, & equꝰ
& ſimilia, q̃ habent certã ſpeciẽ. Certè ab iſta obiectione po-
teſt defendi gl. noſtra. Nã qñ debet̃ homo ĩ genere, videt̃ de-
beri homo mediocris: vt ff. de le. j. l. legato generaliter. Nã nõ
eſt aliquod imaginatũ, in quo cadat affectio. Præterea, inter-
eſſe ſingulare nõ eſt affectionis tm̃, ſed vtilitatis. vt j. dicã. Vñ
in hoĩe debito in genere nõ ſoluto, nõ põt cadere ĩtereſſe ſin-
gulare, hoc eſt aliqua vtilitas ſingularis deficiens, vt videbitis
j. Alia fuit opi. do. Nicolai de Ma. qui dicit ſic: Illi dicuntur ca-
ſus certi qñ ab initio nõ venit in obligatione intereſſe: ſed ex
poſtfacto venit in obligatione, vel condemnatione, propter
moram, vel propter aliud: vt apparet in omnibus contracti-
bus: vt hic. Vbi verò intereſſe ab initio debetur exemplum
in delictis: dediſti mihi damnum: ſtatim teneris mihi ad inter-
eſſe. Vel intuliſti mihi iniuriam, vel vim, & ſimilia: tunc illi ca-
ſus dicuntur cõtinere incertũ, & ſunt incerti: vt dicebat ipſe.
Iſta ſua opi. non eſt vera: nã duplũ nõ põt dici, vbi non repe-
ritur ſimplum: vt l. in teſtamento. ff. de condi. & demon. l. qui-
dam. §. ſi tibi. ff. de leg. j. ſed vbi debetur factum, non eſt illud
ſimplex certum: ergo duplum non poteſt eſſe certum. Do. Ia-
co. But. tenebat opin. Pet. do. Cy. tenet opi. gloſſ. noſtræ. Ad
rationem Iaco. de Rauẽ. reſpondet ſic: In contractu emptio-
nis, & venditionis, venit factum, dicit ipſe, verum eſt: ſed nõ
eſt merum. eſt enim tale factum, quod vno momento expedi-
tur, ſcilicet tradere. Gloſſ. in l. noſtra loquitur de factis, quæ
habẽt cauſam ſucceſsiuam: vt ire pro me Romam, & ſimilia.
Iſta

a ¶Dico ſic. Op. Bar. in præmiſsis ad iſtũ tex. Quid tamen de hoc ſentit Bal. vide per ipſum. in ij. et iij. colum.

b ¶Opp. tertio. Vide Bal. hic in vij. col. in ver. quarto opp.

c ¶Glo. ſol. Intereſſe ſingulare non poteſt excedere duplũ conuenti: intereſſe conuentũ, intereſſe conuẽti: & vide in prin. huius col. & j. prox. in ver. item op. dixi etiã latius j. ead. l. in xj. col. in iij. q. princ. & per Bal. hic, in iij. col. in ver. quæro vtrũ iſta ratio, &c. cũ ver. ſeq. intereſſe nõ tantũ intra rem, ſed extra rem, nõ poteſt excedere duplũ. & vide in proxi. col. & Bal. hic in vij. col. in ver. op. & vide Bal. hic in vij. col. in ver. quanto.

d ¶Extra rẽ. An veniat in conſideratione intereſſe extra rẽ, vide latius per iſtũ j. ead. l. in vij. col. & ix. Et an iſto caſu qñ res male traditur, intereſſe poſsit excedere triplũ, vide Bald. in vij. col. & i vj. op.

e ¶Lege, Titius. Vide j. in viij. col. & aliter videtur illũ textum intelligere Bal. hic in viij. co. in ver. ſexto oppo.

Iſta ſolutio, poſito ꝙ cõcludat in contra-
ctu emptionis, & venditionis: tamẽ in cõ-
tractu locationis & conductionis nõ con-
cludit. Nã in eo, qui locaſſet operas ſuas,
ille debet factum, ꝙ habet cauſam ſucceſsi-
uã. Item ille, qui locauit fundum, debet fa-
ctum, ſcilicet patientiã, id eſt pati: ſcilicet
vtifrui: vt l. ex cõducto. ff. loca. & ſic habet
cauſam ſucceſsiuã. Quid dicemus? Dico
ꝙ in contractu emptionis, & vẽditionis,
defendendo gl. noſtrã aliter quam Cy. &
ſic dicit Iac. de Rau. in cõtractu emptiõis
& venditionis venit factũ. Dico ꝙ nõ eſt
verum ſimpliciter. Nam vẽditor tenet̃ ad
tradendũ, & ad faciendũ emptorẽ domi-
nũ: & ſic eſt datio, ſi ipſe eſt dominus. Si
nõ eſt dominus, debet trãsferre vſucapiẽ-
di conditionẽ, vt l. in cõuentionalibus. in
fi. ff. de ver. ob. ibi: cauſam bonorũ, &c. Et
hoc etiam videt̃ tenere glo. mag. in l. certi
cõdictio. in prin. ff. ſi cer. pe. vbi dicit, ꝙ in
vẽditione, & emptione, non eſt factũ me-
rũ. tamen iſta defenſio non ſufficit ad eua-
dendũ de cõtractu emptionis, locationis,
& conductionis, vbi venit merũ factum.
a ¶Et ideo ego dico ſic [a], gl. noſtra dicit ve-
rum, cõiuncta tamẽ opin. Pet. hoc modo:
4 †Illi contractus dicunt̃ certi, qui habent
certã quãtitatem, vel naturã reſpectu ſui,
vel reſpectu adiuncti: & alij dicũtur incer-
ti, qui nõ habent certã quantitate, vel natu-
ram reſpectu ſui, vel reſpectu adiũcti. De-
claro iſtud: Reſpectu ſui, cõtinet certam
quantitatẽ vel naturã: vt in exemplo glo.
quãdo promittit̃ certa quantitas, vel certa
ſpecies, in genere, vel in ſpecie reſpectu
adiuncti, vt in cõtractibus reſpectiuis, vel
correlatiuis. Verbi gratia, in locatione & cõductione, in em-
ptione & venditione: licet enim factũ, quod venit in contra-
ctu, ſit incertũ: tamen pretiũ ſeu merces eſt certa: & ideo tan-
tũ vidẽtur illud factũ cõtrahentes æſtimare: vnde ratione ad-
5 iuncti, dicunt̃ continere certũ. † Incerti dicũtur, qui nõ habẽt
certam quantitatem, vel naturã, reſpectu ſui, vel adiuncti: vt
quando promittitur ſimpliciter factum: vt ire pro me Romã.
Vel etiã ſi promittatur ſimpliciter ex vtraqꝫ parte: vt, promit-
tis pro me ire Romã, ego promitto pro te ire Pariſios: quia
nullum eſt adiunctum, cuius reſpectu certificẽtur: & ideo iſti
contractus dicuntur incerti. Modò habes expeditum iſtum
textum. Vlterius quæro pro declaratione tex. dicitur hic, du-
6 pli quantitatem minimè excedere, &c. †Quæro, ꝙ eſt iſtud
ſimplum, cuius non poteſt excedere duplum? Glo. j. hic dicit
quòd hic debet intelligi duplum, ſcilicet intereſſe communis:
& vide gl. j. hic: ſed alibi in gl. ſuper ver. dupli. glo. ponit opin.
Quidam, vt Pla. dicunt, ꝙ non poteſt excedere duplum pre-
tij conuenti. Alij dicunt, non poteſt excedere duplum pretij
communis, vt dictum eſt. Finaliter gl. determinat ꝙ non po-
teſt excedere, nec aliud, neqꝫ duplum pretij conuenti, neqꝫ cõ-
munis. Et vide gl. vt intelligas quid iſta glo. dicat, dicas quod
loquitur in diuerſis caſibus. Nam vbi reperitur intereſſe com-
mune, non poteſt excedere duplum huius communis intereſ-
ſe: de intereſſe cõuento non curatur eo caſu: quia illud poteſt
excedere. Sed vbi non reperiret̃ intereſſe cõmune, ſed cõuen-
tũ: tunc non poſſet excedere duplum intereſſe cõuenti. Et ita
debet intelligi iſta gl. aliàs diceret malè, vt in contrarijs dicã.
His expeditis veniamus ad aliqua cõtraria ꝓ declaratione le-
gis: poſtea intrabimus materiã. Op. dicit̃ hic in caſibus, ꝗ ha-
bẽt certã quãtitatẽ, venit intereſſe. Cõtra, imò nunqꝫ ſuccedit
obligatio intereſſe: ſed ſemper ipſa quantitas, vel ſpecies debi-
ta debet peti: vt l. ſi ſeruũ. §. fi. de ver. ob. & l. vbi autẽ. §. fi. e. tit.
Iſtud tangit̃ in gl. ſuper ver. cõtractibus. circa fi. Dicit ꝙ gl. de-
bet intelligi, quãdo in obligatione eſt rẽ tradi: ſecus in contra-
ctibus rẽ dari. quo caſu nõ ſuccedit obligatio ad intereſſe: ſed
in cõtractibus, ſ. innominatis, ſic. Reaſſumã j. tamẽ quantũ ad
propoſitum dico etiam, vbi rem dari in obligatione, venit in-
tereſſe non iure actionis, vel obligationis, ſed officio iudicis:
vt l. vinum. ff. ſi cert. peta. & l. in hac. de tritica. Tangam infrà
in illa quæſt. qualiter intereſſet in iudicium deducatur. Secũ-
dò oppo. & hic aduerte, & iſtæ oppo. quas formabo, tangun-
tur in gloſſ. ſuper ver. dupli. poſt princip. Oppo. igitur de l.
ratio. aliàs, datio. §. ſi per venditorem. de act. empt. vbi quis te-
netur quanti plurimi res fuerit. Duæ ſolu. dantur hic in gloſſ.
Prima quòd ibi ſubaudiatur, dum tamen excedat duplum.
Alij dicunt, quòd ibi loquitur de intereſſe cõmuni, quod to-
tum eſt ſimplum: & ideo poteſt excedere pretium rei in mul-
tum: & iſta eſt vera. Ex qua ſolutione illud habes quod dixi
7 tibi in ij. q. †quòd intereſſe ſingulare nõ poteſt excedere du-
plum intereſſe conuenti: ſed quando non reperitur commu-
ne intereſſe, ſed cõuentũ tm̃. nã ipſum cõe intereſſe põt exce-
b dere intereſſe conuentũ. Opp. tertio [b] de l. Iulianus. in prin. ff.
de act. empt. Dicunt quidam, quòd ibi loquitur de intereſſe
extra rem: quia poteſt excedere duplũ: hic loquitur de inter-
eſſe circa rem. Iſtud non placet gl. noſtræ. ſi eſt intereſſe circa
rem, non poteſt excedere: multò minus extra rem: quia tar-
c dius venit, & in minori quantitate. & ideo glo. [c] ſoluit eodem
modo quo præcedens contrarium: quia ibi loquit̃ de commu-
ni intereſſe, licet extra rem, quod totum eſt ſimplum. & ideo
pretium poteſt excedere in multam quantitatem. & vide gl.
ſuper ver. dupli, ibi: Itẽ in eo, &c. Dices tu, quomodo in caſu
l. Iulianus. loquitur de cõmuni intereſſe imò in ſingulari. po-
ne exẽplum: Emi à te tignum vitioſum, & poſui in domum:
domus propter vitium tigni cecidit: Certè agam contra te ad
totum intereſſe meum domus deſtructæ, quod excedit pre-
tium tigni venditi in multam quantitatem. Illud eſt intereſſe
ſingulare: quia alius, qui non emiſſet tignum, non fuiſſet paſ-
ſus: vel ſi emiſſet, non habebat domum iſtam, vel fuiſſet vſus
ad alium vſum. & ſic videtur quòd ibi loquitur de intereſſe
ſingulari. Reſpondeo, gloſſ. videtur hic intelligere intereſſe
ſingulare illud, quod venit propter aliquam qualitatem inhæ-
rentem perſonæ, tanquam ad aliam tranſire non poſſet. Ver-
bi gratia: habui librum, in quo habui memoriam meam & po-
ſui additiones de manu mea, & audiui in illo libro: propter
hoc liber iſte eſt mihi carior ſingulari æſtimatione, quæ non
poſſet tranſire ad alium: non enim mea memoria poteſt eſſe
alterius: & ſtudium meum factum in hoc libro, non poſſet
eſſe alterius: vt l. j. §. ne autem. ſ. de cadu. tollen. & de duo. re.
l. nemo eſt qui neſciat. Sed illud quod poteſt ad alium tranſire
dicitur intereſſe commune, vt in exemplo propoſito. Si enim
domus, in qua illud tignum appoſui, non erat mea: illud idem
damnum potuiſſet eſſe alterius: & ille alius, qui habuiſſet, fuiſ-
ſet paſſus idem damnum: ideo quia eſt tranſibile, dicitur com-
mune intereſſe, & non ſingulare. Vlterius oppo. ad illud
d quod dixi, quòd venit intereſſe extra rem [d]. Contra de l. ſi ſte-
rilis. §. cum per venditorem. ff. de act. emp. Solu. aut intereſſe
petitur propter maleficium: & venit intereſſe extra rem, vt
vt dictum eſt ſ. qñ tradidiſti mihi tignum vitioſum. Aut pro-
pter non factũ: & tunc nõ venit intereſſe extra rem: vt d. §. cũ
per venditorem. Item oppo. dixi ſ. ꝙ nõ debet excedere du-
plum, ſcilicet intereſſe cõis: poteſt tamen excedere duplum,
ſcilicet intereſſe conuẽti contra in l. cum fundus vti optimus,
ff. de euic. Sol. Dicebat Pla. ꝙ ibi intereſſe commune erat mi-
nus, quam intereſſe conuentum, vel melius ſecundum glo. nõ
agitur actione ex empto ad intereſſe: ſed agitur de euictione
ex ſtipulatione duplæ, quæ refertur ad duplum pretij conuẽ-
e ti, vt ibi. Item oppo. de l. Titius [e]. §. fi. cum l. ſeq. de act. emp.
vbi dicitur ꝙ intereſſe non poteſt excedere duplum pretij cõ-
uenti. Sol. Dicunt quidã, ꝙ illa lex corrigitur per l. ſeq. quæ in-
ci. idemqꝫ & Iulianus. quod placet mihi, qñ traditio facta eſt à
ſciente: ſed qñ eſt facta ab ignorãte, nõ corrigitur: vt d. l. idemqꝫ
& Iulianus. §. in omnibus Dicendũ eſt ergo, ꝙ illa lex eo caſu
cõtinet vnũ caſum ſingularẽ, & mirabilẽ: vt j. dicam in diſtin-
ctione. Sumus expediti de prima parte circa cõtraria: modo
venio ad q. & intro iſtã materiã, quã expedio per qnqꝫ. qõ. vt
j. patebit. Primo q̃ro: qđ ſit intereſſe. Scđo, qualiter intereſſe
diuidat̃. Tertiò, vſqꝫ ad quã quãtitatẽ poſsit ĩtereſſe aſcẽdere.

¶Et quæro quotuplex. Quotuplex eſt intereſſe, cócludit ſequẽdo opi. Dyn. triplex, ſ. ſingulare, cõe & cõuetũ. Quomodo aũt intelligatur ĩtereſſe ſingulare ab intereſſe cõmuni, vide Bal. ſ. eã. l. in fi. iij. col. Et quotuplex ſit intereſſe, vide hoc in prin. p. Bal. & Bald. in l. traditio. in iiij. q. ſ. de act. empt. & ibi de quo intereſſe intelligatur, ſi in libello peto intereſſe.

b ¶Pretium rei. Bal. hic in j. col. ſaluãdo gl. dicit ꝙ largo modo dicitur intereſſe, ꝙ eiuſdẽ in l. j. ſ. de his q a nõ do. Itẽ an expenſę dicantur pretiũ vide Bar. & ibi ſcripſi in l. quidã. §. quibus. de condi. & demonſt. in §. quidam ita. & Bald. in l. terminato. ſ. de fructi. & lit. expen.

Quarto, qualiter intereſſe in iudicium deducaẽ. Quintò & vltimò qualiter in-
8 tereſſe ꝓbetur. †Ad primũ qđ ſit intereſſe. Gl. dicit ꝙ intereſſe ſingulare, rei pretiũ eſt, ſcđm quoſdã. Nõ eſt bona diffinitio: qa nõ cõprehẽdit niſi intereſſe ſingulare. Vnde gl. dicit, intereſſe, dãnũ eſt emergẽs. & lucrum ceſſans, ex eo, ꝙ aliquid fieri ceſſaẽ, & vide Inn. in d. c. ſacro. de ſen. excom. vt ſ. dixi. Sed iſtã etiã diffinitionẽ ponit gl. in verbo, poſsibile. Iac. de Rau. inſurgit cõtra iſtam diffinitionẽ ſic: Tu dicis ꝙ intereſſe eſt dãnum: ergo qui petit intereſſe, petit dãnũ: ego dabo dãnũ quãtũ voles. ꝑterea dũ glo. dicit, ex eo qđ fieri ceſſaẽ, malè dicit: qa venit intereſſe qñqꝫ ex eo qđ fit, qđ fieri nõ debet. Vñ Iac. de Raue. ipſe diffinit aliter: & ſic dicẽdũ eſt ꝙ intereſſe ſecũdũ Iaco. de Rau. eſt ęſtimatio dãni emergẽtis & lucri ceſſantis ex eo, ꝙ nõ fit, qđ fieri debet, vel fit, qđ fieri nõ debet: vel nõ daẽ, qđ dari debet, vel daẽ, qđ dari nõ debet. Iſta eſt diffinitio ſua. Doct. noſtri cõiter dicũt ꝙ diffinitio eſt bona. & Iac. de Ra. bene dicit: tamẽ etiã gl. bene ſentit: & rephẽſio Iac. eſt verbalis magis quã effectualis. Quod eñ gl. dicit, Intereſſe eſt dãnũ emergẽs: ita locuta eſt ſcđm cõem vſum, & modũ loquendi. Dicũt eñ hoĩes, emẽda, vel reſtitue dãnũ meũ: & intelligiẽ de æſtimatione dãni. Itẽ ex eo qđ gl. dicit, ꝙ fieri ceſſaẽ: comprehẽdit etiã illũ q facit, qđ facere nõ debet: qa faciẽdo qđ nõ debet, ceſſat facere qđ debet. Et ita tenet Cy. opi. gl. nr̃e declaratã ꝑ Iac. de Ra. Et ita tenet Iac. but. mihi videẽ, ꝙ nullus tetigit qđ ſit intereſſe. Pro huius ergo declaratione debes ſcire, ꝙ ipſi dicũt, intereſſe eſt æſtimatio, &c. cõtra ego reperio quoddã intereſſe ineſtimabile: vt ff. ſo. ma. l. j. & ibi not. ꝑ glo. & l. nõ eſt ſingularis. de reg. iur. & l. liberta. Vnde iſta diffinitio nõ cõgruit cuilibet parti ſui diffiniti. Præterea, ipſi dicũt ꝙ intereſſe eſt æſtimatio dãni emergẽtis & lucri ceſſantis. Ego reperio totũ ecõuerſo, ꝙ dãnũ ceſſans, & lucrũ emergẽs, dicitẽ intereſſe. Exẽplũ, hoſtis vel alius mihi dat dãnũ in fundo meo: & intereſt mea dãnũ nõ fuiſſe datũ: eſt intereſſe: vt Inſt. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. §. fi. l. ij. ff. eo. ti. & legatũ tibi relictũ dicitẽ intereſſe tua habere: vt l. ſi creditori. ff. de leg. j. & l. ſi fideiuſ. et ff. de leg. ij. ſi cui fundo. Pro hui9 declaratione ſcias, ꝙ eſt quoddã intereſſe in genere generaliſsimo, qđ diuiditẽ in ſuas ſpecies, vel in gñe ſubalterno. In gñe gñaliſsimo intereſſe eſt iuſta alicuius vtilitas. & hoc ꝓbãt oẽs ll. ſ. alle. cõtra doc. & gl. & iſtud intereſſe ſubdiuiditẽ: nã quoddã eſt ĩtereſſe inæſtimabile: quoddã ęſtimabile. Inæſtimabile intereſſe, eſt alicui9 iuſta vtilitas ineſtimabilis: vt ff. de his qui de ie. vel cẽ. l. j. §. ſed cũ liber. ſo. ma. & de reg. iur. l. nõ eſt ſingularis. ĩ fi. & l. libertas. Intereſſe etiã ęſtimabile ſubdiuidiẽ. Nã quoddã eſt nõ petibile, & quoddã eſt ęſtimabile petibile. Intereſſe nõ petibile ęſtimabile diffinitur ſic, Eſt iuſta alicuius vtilitas æſtimabilis nõ petibilis, habita vel nõ habita, ſine alicuius facto iniuſto, vel ceſſatiõe iniuſta. Quare dixi alicuius vtilitas iuſta: qa ſi habes iniuſtã, nõ dicitẽ ꝓpriè cõtinere alicuius intereſſe: vt l. itaqꝫ fullo. ff. de fur. Quare dixi æſtimabilis? Ad differẽtiã intereſſe ineſtimabilis: de quo dixi ſ. Nõ petibilis, dixi ad differẽtiã petibilis, de quo j. dicã. Habita, dixi, vt cõprehẽdã oẽs illos caſus in qb9 aliqs habet aliqđ ęſtimabile, qđ hr̃e ſua intereſt. Vel nõ habita, dixi ꝑ l. Proculus. ff. de dã. infe. vbi obſcurãt lumina domus, vel auferẽ aqua putei mei: & ſic dãnificor, & perdo qđ mea intereſt habere: tñ hoc petere nõ poſſum: quia ꝓuenit mihi abſqꝫ alicui9 facto, vel ceſſatiõe iniuſta: iõ nõ eſt intereſſe petibile. & de iſtis nõ loquiẽ materia iſta. eſt quoddã aliud intereſſe ęſtimabile: & iſtud põt accipi duob9 modis. Vno mõ large: & tũc eſt iuſta alicui9 vtilitas petibilis, ęſtimabilis, nõ habitũ ꝑpter alicui9 factũ iniuſtũ, vel ceſſatiõne iniuſtã. Iſta diffinitio oĩa cõprehẽdit, vt euidenter patet. Hic tñ aduerte: qa aliqñ ſumiẽ intereſſe large: vt ſi puto qñcũqꝫ rẽ mihi debitã: peto ĩtereſſe meũ. Nã dicit l. ꝙ ſtipulationes ſunt factæ, vt qſqꝫ ſtipuleẽ qđ ſua intereſt: vt l. ſtipulatio iſta. §. alteri. de ver. obl. & Inſti. de inuti. ſtip. §. alteri. & de ver. obl. §. vlti. Vnde ſi ſtipulor librũ, ſtipulor qđ mea intereſt, vt eſt ille liber: ille ergo liber eſt intereſſe meũ largo mõ. Itẽ ſi ſtipulor factũ, iſtud factũ eſt intereſſe meũ: & hoc modo hic nõ ſumiẽ. Secũdo mõ ſumiẽ illud intereſſe ſtrictè, & pro-
9 priè in nr̃a materia. & illud ſic diffiniẽ. †Intereſſe eſt æſtimatio alicui9 vtilitatis nõ habitæ ꝑpter alicuius factũ iniuſtũ, vel ceſſatione iniuſtã. Ideo dico æſtimatio, vt differat à præcedẽti intereſſe, qđ reſpicit ipſam rẽ debitã ſeu factũ debitũ. Nã de intereſſe ꝑut in quãtitate deduciẽ, loquitur iſta tota materia. Iſtud eſt vtile ſcire ad diffinitionẽ. Ideo dixi æſtimatio vtilitatis nõ habitę: vt cõprehẽdã dãnũ emergẽs, & lucrũ ceſſans.
10 His ergo viſis, venio ad ſecundã q. †& qro quotuplex ſit in-
a tereſſe. Glo. tua dicit, ꝙ triplex eſt, ſ. ſingulare, cõe, & cõuetũ. Et appellat ſingulare intereſſe, ſingulare ꝑtiũ rei. Cõe intereſſe cõe pretiũ rei. Cõuetũ, pretiũ cõuetũ circa rẽ ex partiũ cõuẽtione. & hoc tenet glo. alia ſuper verbo, dupli. Idẽ tñ gl. ff. de act. emp. l. j. circa prin. & fundaẽ ſe per illũ tex. do. Iaco. de Rau. tenet contrariũ, ꝙ nõ ſi niſi vnicũ intereſſe: & iſtud etiã tenebat do. Iac. de but. & do. Dyn. diſputauit iſtã q. ſolẽniter, & poſuit cũ multis ſolẽnibus rationibus illam diſputationẽ in c. mora. de reg. iur. li. vj. Quod ſit vnicũ intereſſe tñ, ꝓbat primò ex hac lege, excedẽs, & exceſſum, nõ ſunt idẽ: ſed intereſſe nõ põt excedere duplũ ęſtimationis cõis. ergo ęſtimatio cõmunis non eſt intereſſe, vt hic. Inducitur eodẽ modo de act. emp. l. j. Dy. tenet cõtra glo. in vno, qđ dicitur per gl. ꝙ pretiũ rei cõe. intereſ. ꝑtium cõuetũ eſt cõuetũ intereſſe: ſingulare intereſſe eſt, qđ ſingulariter intereſt. Sed falſum dicit Dy. Nã
b ꝑtiũ rei[b] nõ eſt intereſſe. hoc ꝓbatur in l. hæc verba quãti eam rẽ. ff. de ver. ſig. & l. j. §. cõſiderandũ. de tut. & ra. diſtr. & ff. de fur. l. in furti actiõe. Sed Dy. dicit ꝙ triplex eſt intereſſe. nã intereſſe æſtimatum ſingulariter, eſt ſingulare intereſſe: vt l. libertus qui. circa fi. de bo. li. Intereſſe ęſtimatũ cõiter, eſt cõe intereſſe: vt l. j. de act. empt. Intereſſe æſtimatum conuẽtione partium, vt quando partes conueniunt in certa quãtitate pro intereſſe, eſt conuẽtum intereſſe: vt l. fi. de præto. ſtipu. & procurator ad exhib. §. fi. rẽ ra. ha. Ita dicit Dy. Iac. Bu. vt dixi, tenebat opi. Vltramõ. ꝙ vnicũ ſit intereſſe. Nã intereſſe ſemp referẽ ad pſonã actoris: vt de act. emp. l. j. ibi: emptoris rẽ habere intereſt, nõ vẽditoris. & ſic de ſingulari intereſſe loquiẽ. & de re ĩ. l. quaten9. ibi: cuiuſqꝫ, &c. Nota ibi: cuiuſqꝫ. nã in pſona cuiuſqꝫ eſt ſingulare intereſſe. & illud qđ dicit Dy. ꝙ quando promittitur certa quantitas pro intereſſe conuentum: nõ eſt verum. probo reducendo in practicam: promiſiſti pro intereſſe cẽtum: ſi petam illa centum, quia mea intereſt, ſuccumbam: quia illud inſtrumentum promiſſionis non probat quòd mea intereſt: ſed quòd pro intereſſe promiſſum eſt: vt l. ſtipulatio iſta. §. alteri de verbo. obliga. Inſti. de inuti. ſtipu. §. alteri. vbi dicitur quòd quando promittitur certa quantitas, non inſpicitur an interſit. vnde quantitas promiſſa pro intereſſe non eſt inter eſſe, ſed promiſſa pro intereſſe. Ego dico quòd do. Dy. dicit veritatem & puram, ſi bene intellexiſtis diſtinctionem, quã ſ. dixi, quoddã eſt intereſſe largo modo ſumptum, quod cõprehendit illud quod debetur: & hoc modo nõ loquitur noſtra materia, nec dictum Dyn. Aliud eſt intereſſe, hoc eſt æſtimatio eius quod intereſt: & hoc modo hoc ſumitur intereſſe pro æſtimatione eius, quod intereſt generaliter ſumendo.
11 †Nunc ad propoſitum, illud quod intereſt, poteſt æſtimari ſingulariter, & eſt ſingulare intereſſe: & põt æſtimari communiter, & eſt commune intereſſe. Et de hoc eſt caſus l. j. de act. emp. rectè intelligendo. dicit text. ſi res vẽdita non tradatur ad id quod intereſt, agi poteſt. Sed dicet aliquis: ergo petetur ipſa res: quia ipſa res eſt illud quod intereſt. Reſpondet ibi Iuriſc. hic eſt quãti emptoris rẽ habere intereſt ſingulariter qđ excedit qñqꝫ pretiũ cõe, quãti res valet, pretium conuẽtum vel quãti res empta eſt. Nunc ad rationes do. Iac. de Rau. dicit ipſe, intereſſe ſemper refertur ad perſonã actoris. Concedo: ſed perſona poteſt conſiderari cõiter, tanquam quilibet, & põt cõſiderari ſingulariter ꝑpter aliquã ſingularẽ qualitatẽ inhęrẽtẽ ſibi: tunc ſi conſideretur cõiter, erit intereſſe com

a ¶Extra rem. Nota quomodo cognoſcatur ĩtereſſe intra rẽ, ſeu intrinſecũ ab extrinſeco, & Bal. hic in xviij. col. in. ver. tertio oppo. et in xj. col. & ibi ponit qđ differt ĩtereſſe intrinſecum à qualitate intrinſeca. Ponit etiã ibi in ver. quæro igitur nũquid quod dicaẽ intereſſe extrinſecũ. qđ not. & vide.

b ¶Extrinſeci. Vtrũ debeat haberi ratio in iudicio intereſſe extrinſeci: adde qđ no. ea. l. in iij. col. & per Bal hic, in x. col.

c ¶Quoddam eſt. Ex his quę hic Bar. dicit, colligũt quidam moderni de prato, duo valde not. qđ l. liber homo. §. fi. hic alleg. nõ habet locũ in ſpecie debita, ſed ſolũ in quãtitate. Secundo ꝑ l. ij. §. fi. de eo. quod totus ille titulus nõ habet locũ, quãdo certa ſpecies eſſet certo loco reddenda: ſed ſolũ quando quãtitas. & ſic in tereſſe ratione loci, nõ habet locũ in intereſſe extrinſeco in ſpecie: ſed ſolum in quãtitate. quod no. And. Barb.

d ¶Nõ factum. Adde l. nummis. de in lit. iur. & hic adde Bar. in l. ſi pœna. de verb. obli. & no. etiã Bal. in l. cum allegas. in pen. col. ſ. de vſuris. Vide Bald. hic, in ſ. col. in verſi. qro quare glo. & Bar. in l. ſtilianus. in prin. ij. col. de act. emp.

e ¶Transfertur dominium. Vide plene Bar. in l. rebus. §. itẽ qui. ff. commo.

P. PAV. P.

f ¶Intereſſe extrinſecum. Et ꝙ non habeatur ratio talis intereſſe extrinſeci, niſi in pecunia, non in frumẽto vino, & ſimilibus, vide Iaſ. in l. nummis col. j. ad fi. de in litem iur. & ꝑ hæc deciditur quæſtio de eo, qui erat debitor alicuius in corbes centum frumenti certo die, & quia non ſoluit creditor eo recidit de iure emphyt. quia non potuit eos ſoluere domino vt tenebatur, non poteſt tale intereſſe peti.

ſe cõmune: vel ſingulare ſi ſingulariter. Ad illud qđ dicitur de pecunia in ſ. alteri. vbi pecunia ꝓmiſſa ꝓ intereſſe nõ eſt intereſſe: dico ꝙ pecunia ꝓmiſſa ꝓ intereſſe, nõ eſt intereſſe gñaliter ſumptũ: qa eſt aliqđ diſtãs ab eo qđ erat promiſſum: ſed eſt ęſtimatio illi9 intereſſe ꝑut hic ſumiẽ in materia nr̃a: ideo ſi illã quantitatẽ tãquã intereſſe peterẽ, ego vincerẽ. Vidimus ſ. ꝙ triplex erat intereſſe, ſ. ſingula-
12 re, cõe, & cõuentũ. †Iuxta hoc qro, vtrũ intereſſe ſingulare ſit affectionis, vel vtilitatis. Et videẽ ꝙ affectionis tñ: vt l. liberti9. in fi. de bo. lib. In cõtrariũ, ꝙ ſit vtilitatis, ſeu affectiõis, cõtinẽtis vtilitatẽ: vt l. videam9. §. j. de in lit. iur. Et iõ circa hoc dicas ſi qris de intereſſe affectiõis, & nõ vtilitatis: aut qris, vtrũ ex eo condẽnatio augeatur: & dic ꝙ nõ: vt l. ſi ſeruũ. ff. ad l. Aql. & l. ꝑtia rerũ. ad l. fal. Aut qris, vtrũ actio detẽ, q aliàs nõ dareẽ: & tũc ĩ cõtractib9 bonę fidei daẽ: vt l. cũ ſeru9. ff. mã. In cõtractib9 vero ſtricti iuris, regula eſt ꝙ nõ daẽ: vt l. fideiuſſores. ff. de pact. & ibi no. in quadã gl. Fallit, ſi minor ętas ĩteruẽiat: vt l. ſi ĩ ẽpt. ff. de min. Si verò qris de intereſſe affectiõis, qđ cõtinet vtilitatẽ: & tũc actio daẽ, & cõdẽnatio augeẽ: vt l. videam9. ff. de in lit. iur. & hac l. ꝑ totã l. Debet ergo hec l. intelligi de ĩtereſſe ſingulari, ꝙ cõtinet vtilitatẽ pecuniariã. Itẽ qro iuxta ꝑdicta, vtrũ ĩtereſſe diuidaẽ in intrinſecũ & extrinſecũ, ſeu intra rẽ & extra rẽ: & certũ eſt ꝙ ſic: vt l. ſi ſterilis. §. cũ ꝑ vẽditorẽ. de ac. ẽpt. & gl. in multis partib9 hoc dicit: & maxiè hic ĩ gl. ſup
13 ver. dupli. Circa hoc eſt vidẽdũ, †qđ ſit
a intereſſe ĩtra rẽ & extra rẽ.[a] Vltramõ. dicũt ꝙ illud dicitẽ eſſe intra rẽ, qđ ſequiẽ rẽ penes quẽcũqꝫ vadat. Et ideo ſi ſeru9 eſt heres inſtitutus, tota hereditas videẽ intereſſe intrinſecũ: vt l. vẽditor. ff. de euic. et l. inde Nerati9. in pri. ad l. Aql. Sed ſi nõ ſequiẽ rẽ penes quẽcũqꝫ vadat, vt ĩ tigno vitioſo, cui9 errore domus emptoris periit: & tũc diceẽ intereſſe extrinſecũ: vt l. Iul. in prin. de act. emp. Idẽ ĩ lucro, qđ aliqs facit tanquã mercator: vt d. l. ſi ſterilis. §. cũ ꝑ vẽditorẽ. de act. ẽpt. Sed dñi, illud intereſſe de ſeruo hr̃de ĩſtituto, ꝑ gl. vocaẽ extra rẽ, ſeu extrinſecũ: vt ff. de euic. l. vẽditor: & hic in gl. ſup ver. dupli. Dico ꝙ gl. noſtrę meli9 loquaẽ. Cui9 gratia debetis ſcire: ſicut dicim9 ĩ dictiõe ex, ꝙ denotat cãm ꝓximã: dictio verò ꝑpter, & dictio ob, cãm remotã: vt l. nõ dubium. ſ. de leg. & l. j. ſ. ſi ſer. exte. & l. eo tẽpore. circa fi. ff. de pecu. ita in propoſito. Intrinſecum intereſſe debet dici illud, qđ eſt ipſa res, ſeu ei9 ęſtimatio: ꝑut accipiẽ in hoc ti. Itẽ illud, qđ eſt immediatè ex ipſa re vt
14 fruct9, & part9, & ſimilia. Ea. verò† quę veniũt occaſiõe rei, nõ ex ipſa re debent dici extrinſecũ, ad ſimilitudinẽ e9 qđ dixi in dictiõe ob, & de dictiõe ꝑpter: & iõ verũ dicit gl. ꝙ hereditas ex qua ſeru9 eſt heres inſtituẽ, eſt ĩtereſſe extrinſecũ: qa nõ ex ea re, ſed occaſiõe rei cõtigit. Nec eſt verũ qđ dicũt. Vltramõ. ꝙ iõ dicaẽ extrinſecũ: qa ſequiẽ rẽ penes quẽcũqꝫ vadat. Nã ſeruitutes ſequũẽ rẽ, penes quẽcũqꝫ vadat, tñ nõ dicunẽ in bonis: vt l. j. ff. de vſufru. leg. l. itẽ in bonis. de acq. re. do. Hoc præmiſſo, videndũ eſt vtrũ debeat haberi ratio in
b iudicio huius intereſſe extrinſeci[b]. Gl. quam modo legi tibi, dicit duo verba tantũ: Aut agit propter nõ factũ, aut propter malefactũ: vt vidiſtis: Do. hoc minus pfectè examinaẽ. & ſit
15 in eo videre paſſus valde difficilis. †Ideo dic, quoddã eſt intereſſe intrinſecũ, hic eſt ipſius rei æſtimatio: & iſta ſemper venit: vt l. ratio. §. ſi per venditorẽ. de act. emp. & l. vinũ. ſi cer. pe.
16 & l. in hac. de tri. †Quoddã eſt intereſſe ex ipſa re: vt fructus, & partus: & de hoc dic vt l. ſtipulatus. & l. videamus. ꝑ totã l. ff. de vſur. & in l. ſi filius. §. j. de ver. obli. vbi dixi. & l. ſi fundũ
17 certo die. e. ti. †Quoddã eſt[c] intereſſe extrinſecũ: & ĩ hoc dic,
c aut agitur ꝑpter nõ factũ[d], aut ꝑpter malefactũ. Primo caſu,
d aut eſt tale intereſſe, ꝙ ſequiẽ rem penes quemcunqꝫ vadat: & eius habetur ratio: vt l. pe. ſ. de his qb. vt indi. & facit d. l. vẽdi-
18 tor. ff. de eui. & l. inde Neratius. §. j. ff. ad l. A qui. †Aut non ſequiẽ rem, penes quẽcũqꝫ vadat: & tũc aut poteſt talis res, in qua nõ poteſt cadere affectio, ſeu intereſſe intrinſecũ: vt in pecunia, in qua nõ cadit affectio: & tũc venit intereſſe extrinſecũ: vt l. nũmis. de in lit. iur. & l. ij. alias iij. §. fi. de eo ꝙ cer. lo. l. ſi pœnã. de ver. ob. l. liber homo. §. fi. e. ti. Aut petit res, in qua poteſt cadere intereſſe intrinſecũ: & nõ habet ratio intereſſe extrinſeci: vt d. l. ſi ſterilis. §. cũ per vẽditorẽ. de act. emp. ꝙ tamen intellige ſecũdũ diſtĩctionẽ, quã j. ponã in vltima parte, an in in-
19 tereſſe habeat ratio lucri, vel nõ. †Si verò agitur ꝑpter malefactũ: & tũc aut fuit malefactũ ſcienter, aut ignorãter. Si ſcienter, venit intereſſe extrinſecũ: vt l. Iulia. circa prin. & l. ideqꝫ. §. in omnibus. de act. emp. Si verò ignorãter: & tunc agitur contra aliquẽ, qa res eſt euicta: & iſto caſu venit ĩtereſſe extrinſecũ, nõ tamẽ ĩ totũ, ſed vſqꝫ ad duplũ pretij cõuenti: vt l. Titius. in fi. & l. ſeq. de act. emp. & eſt ſingularis caſus. Aut agiẽ propter aliud dãnũ, ex ipſa re emergẽs: & tũc aut loquimur in cõtractibus, ex quorũ natura cõſueuit trãsferri dominiũ: vel vſu capiendi cõditio: & tũc nõ venit intereſſe cõtra ignorantem: ſed agiẽ quãto minoris: vt l. Iul. in prin. de act. em. & ibi gl. dicit, fallit in vaſe vitioſo vẽdito: ſed in l. teneẽ. §. ſed ſi vas. eo. ti. dicit ꝙ debet ſeruari eadẽ diſtinctio. Et illã tenebat do. Ia. Bu. Si verò loqmur in cõtractibus, ex quorũ natura transferẽ
e dominiũ[e]: & tũc aut ille cõtractus celebraẽ gratia vtriuſqꝫ, vt locatio: & tunc ſi tradaẽ res inanimata, diſtinguiẽ, Aut res eſt, cuius cõditionẽ qs nõ poterat ꝓbabiliter ignorare, vt cõditionẽ vaſis: & teneẽ etiã ignorãs ad intereſſe extĩnſecũ. Aut probabiliter poterat ignorare: & tũc ſecus: vt l. ſed addes. §. j. ff. loca. Aut locaẽ res animata, vt puta ſeruus: & nõ teneẽ intereſſe extrinſecũ, niſi fuerit ſciẽs: vt l. cũ in plures. §. ſeruũ. ff. loca. Ratio eſt in ꝓptu: qa rei animatæ vitiũ poteſt ꝓbabiliter ignorari magis, quã alterius rei. Si verò contractus celebraẽ gratia alterius tantũ, ſ. gratia recipiẽtis, vt in cõmodato: tũc ſi tradaẽ re inanimatã, nõ teneẽ niſi fuerit ſciẽs: vt l. in reb9. §. itẽ q ſciẽs. ff. cõm. Si verò tradaẽ res animata, ignorãs teneẽ quatenus, vt damnũ emẽdet, vel ſeruũ ꝑ noxa dimittat: vt l. pe. ff. commo. Si verò cõtrahiẽ gratia dantis tantũ: vt in depoſito, & in mandato: & tũc in depoſito dico teneri dãtẽ, ſiue fuerit ſciens, ſiue
f ignorãs ad iſtud intereſſe extrinſecũ[f]: vt l. ſi ſeruus. §. ꝙ verò. ff. de fur. In mãdato vero diſtingue: vt l. inter cauſas. §. ſi cũ ſeruus. ff. mã. Iuxta ꝑdicta qro, vtrũ iſtud intereſſe dicaẽ ſingulare, vel cõe. circa hoc dic vt dixi ſ. circa cõtraria. Sumus expediti de iſta ſecũda parte: venio ad tertiã particulã. Ex qua nota
20 †intereſſe nõ poteſt aſcẽdere in infinitũ. Cõtra de in lit. iur. l. videamus. §. j. vbi dicitẽ, ꝙ in infinitũ iuraẽ. Sol. Fateor ꝙ in infinitũ iuraẽ, ſed iudex taxat ita ꝙ duplũ non excedat per hanc legẽ. Venio ad quartã particulã, ex qua not. ꝙ pœnæ ſunt in iure limitatæ. Contra Inſti. de inuti. ſtip. §. alteri. & l. ſtipulatio iſta. §. alteri. de ver. obl. Sol. Huius timore eſt hæc poſita gl. in
21 ver. ꝓferunẽ, quæ ponit opi. Finaliter gl. diſtinguit, ꝙ †pœna legalis nõ põt excludere quadruplũ. Pœna verò cõuẽtionalis aut ponit ꝑ verba multiplicatiua: vt duplũ, triplũ, quadruplũ, & ſimilia: & idẽ. Aut ꝑ noĩa ſimplicia: & tũc etiã in tantũ põt aſcẽdere, inquãtũ cõtrahẽtes voluerũt. vide gl. quę hoc dicit: et eſt clara. Vltramõ. reprobãt iſtã gl. quæ facit differẽtiam, vtrũ pœna apponaẽ ꝑ nomina multiplicatiua, aut ꝑ nomina ſimplicia: qa dicũt, ꝙ eſt imponere legẽ ꝟbis. Ego dico ſic breuiter, Aut iſta noĩa duplũ, triplũ, & ſimilia, referũẽ ad certã & taxatã quãtitatẽ: & tũc põt aſcẽdere pœna, inquãtũ voluerint contrahẽtes: qa eadẽ eſt rõ, ſicut qñ ꝓferẽ ꝑ nomina ſimplicia: tũ

enim eſt dicere ſub pœna mille, quãtũ ſi
dicerẽ ſub pœna quintupli, cũ ducẽta ſint
promiſſa. Si verò iſta verba referunt̃ ad
quãtitatẽ ĩcertã: ſub pœna dupli, vel qua-
drupli, eius qđ res plus valuerit, vel ſub
pœna dupli, vel quadrupli: tũc intereſſe
non poteſt excedere quadruplũ, ſcđm ꝙ
gl. dicit: imò fortè qđ plus eſt, nõ põt ex-
cedere duplũ. arg. huius l. ꝗa fortè multũ
vltra aſcẽderet, quã ſenſerint cõtrahẽtes.
a ar. huiꝰ l.[a] ibi: ne dũ ĩ infinitũ, &c. Hũc ar-
ticulũ plenius examinaui in l. ſtipulatio
iſta. §. alteri. de verb. obl. Venio ad vlti-
mã partẽ: dicit̃ hic, ꝙ ĩ intereſſe habet̃ rõ
b lucri[b], cõtra l. ſi ſterilis. §. cũ per vẽditorẽ.
ff. de act. emp. Gl. dicit. ꝙ olim nõ habe-
bat̃ rõ lucri, niſi in quibuſdã caſibꝰ ſpãli-
bus, ꝗ hic per gl. enumerant̃. Vltramon.
reprehẽdũt iſtã gl. per text. ibi: ꝗa ex eo
veteres, ꝙ intereſt ſtatuerũt quaſi dicat,
ꝙ antiquitꝰ in intereſſe habebat̃ rõ lucri.
Sed glo. poterat reſpõdere: iſtud olim in
quibuſdã caſibꝰ: hodie gñaliter. Doc. no-
ſtri tenẽt cõiter circa hoc, ꝙ ꝑ hãc l. nõ ſit
immutatũ de iure antiquo. Ideo Cy. po-
ſuit olim dictũ Pet. in iſta materia, ſcđm
qđ ipſe inuenit. Poſtea ſuperuenit Guli.
de Cug. ꝗ de hoc poſuit vnã diſtinctionẽ
in l. ij. aliàs iij. in fi. ff. de eo qđ. cer. lo. poſt-
ea illam addidit Cy. de verbo ad verbũ,
licet de eo mẽtionẽ nõ faciat. Iac. de Are.
etiã circa hoc poſuit vnã ſuã diſtinctionẽ
Ego autẽ viſis oibꝰ in iſta materia, dico
22 ſic. Quoddam eſt lucrũ, ꝙ cõtingit circa
ipſam rẽ: vt modo valet corbes frumenti
decẽ, hinc ad quinꝫ menſes valebit xx.
& iſtud lucrũ de iure antiquo & de iure
hodierno ſemꝑ venit æſtimatiõe inter-
eſſe: vt l. vinũ. ff. ſi cert. peta. & l. in hac. de
trit. & d. l. rõ. §. ſi ꝑ vẽditorẽ. de act. emp.
Quoddã eſt lucrũ cõtingẽs ex re ipſa: vt
partus & fructꝰ: & de hoc nõ pertinet ad
noſtrã materiã. Dic vt l. ſi ſtipulatus. & l.
videamꝰ. de vſu. & l. ſi filius. §. j. & qđ ibi
23 no. ff. de ver. obl. Quoddã† eſt lucrũ qđ
venit ex re: & tũc qñꝫ illud lucrũ venit
cũ alteriꝰ iniuria: vt lucrũ vſurarũ vel vſu
capionis: & nõ habet̃ ratio huius, nec de
iure antiquo, nec de iure hodierno: vt l. ſi
is ꝗ rẽ. §. fi. ff. de fur. & l. ſi ꝗs vxori. §. pe.
eo. ti. & ibi no. Aut nõ ꝑcipit̃ cũ alterius
iniuria: & tũc aut illud lucrũ comitat̃ rẽ
penes quẽcũꝫ vadat: & habet̃ ratio eius
tã de iure antiquo, quã de iure nouo, ſiue
ſit iudiciũ bonæ fidei, ſiue ſit iudiciũ ſtri-
cti iuris: vt d. l. venditor. de euic. & l. ſi ꝗs
vxori. §. pe. de fur. & l. inde Neratius. in
prin. ad l. aquil. & l. pe. de his ꝗb. vt indi.
24 †Quoddã eſt lucrũ, qđ nõ ſequit̃ rem pe-
nes quẽcũꝫ vadat, vt lucrũ quod percipi-
tur ex mercãtia, vel ex alteriꝰ hominis in-
duſtria. Et hic aduerte. nã quoddã eſt lu-
crũ, in quo natura rei plus operat̃, quã ho-
minis induſtria: vt in lucro, qđ percipitur
ex fundo, ſi colatur, & eius ratio habet̃:
vt l. ſi fundus. §. j. ff. loca. & l. ſi in lege. §. co-
25 lonus, eo. ti. †Quoddã eſt lucrum. in quo
induſtria vt plurimũ operat̃: tũc qñꝫ il-
lud lucrum eſt incertũ: quia ille, cui debe-
batur, nõ cõſueuit mercari: & tunc nõ ha-
betur rõ iſtiꝰ lucri: vt l. ſi ſterilis. §. cũ ꝑ vẽ-
ditorẽ. de act. em. Si verò cõſueuit merca-
ri: & ex eo qđ ex alia ſua pecunia cõſue-
uit mercari, apparet quaſi pro certo, ꝙ ex
ea lucratus fuiſſet: tũc habetur ratio lucri
eius: vt d. l. ij. aliàs iij. in fi. de eo qđ cer. lo-
co. & ſic videt̃ ꝙ iura antiqua ab iſto iure
26 in aliquo nõ diſcordãt. †Quæro iuxta ꝓ-
dicta, vtrũ illud, quod hac lege dicitur ꝙ
intereſſe nõ poteſt excedere duplum, ha-
c beat locũ in maleficijs.[c] Gloſ. hic tenet ꝙ
ſic. Vna eſt gl. paruula, ſuper ver. caſibus.
in prin. l. Alia gl. dicit idem ſuper verbo
contractibus. circa mediũ. Contra iſtud
videtur l. inficiando §. j. ff. de fur. propter
quã legẽ aliqui recedunt ab iſta glo. Tu dic iſtã gloſ. bene di-
cere, per generalitatẽ iſtius literę. Nõ ob. l. inficiãdo. §. j. ff. de
fur. quia ibi nõ petitur intereſſe: ſed petitur pœna, quæ eſt vt
ipſum intereſſe, etiã extra rẽ duplicetur: & etiã ſi eſt ſingula-
re, dũ tñ vtilitatẽ cõtineat: vt l. in furti. in prin. & qđ ibi no. de
27 fur. Nũc venio ad tertiam q. principalẽ, † & quæro vſꝫ ad
d quã quantitatẽ[d] ĩtereſſe põt aſcẽdere. Iſtã q. tãgit gl. hic ſuper
ver. dupli. Tu verò dicas latius, aut quæris de intereſſe con-
uento: & venit inquantũ eſt conuentũ: vt l. fin. de preto. ſtipu.
& de verb. obl. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. Aut quæris de cõi: &
tunc regulariter totũ venit: vt l. Iul. in prin. ff. de act. emp. Fal-
lit in caſu ſingulari: vt l. Titius. in fi. cũ l. ſeq. eo. tit. vbi non po-
nit venire vltra duplũ pretij conuẽti. Aut quæris de intereſſe
ſingulari: & tunc aut illud, qđ debetur cõtinet certã quãtitatẽ
vel naturã reſpectu ſui vel adiuncti, & non aſcendit vltra du-
plũ intereſſe cõis vel intereſſe cõuẽti, intelligẽdo in diuerſis
caſibus vt dixi ſ. circa prin. ſecundæ partis. Aut nõ continet
certã quãtitatẽ vel naturã, reſpectu ſui nec reſpectu adiuncti:
& venit intãtũ inquãtũ illud fuerit: vt in verbo, in alijs. Quæ-
e ro circa hoc, quæ eſt ratio differentiæ[e]? Gl. tangit hic, ſuꝑ ver.
damnũ. & ponit duas rationes. Prima eſt: quia in contractibꝰ,
qui habent certã quãtitatẽ vel naturam, facilius põt apparere
ſimplum, quã in cõtractibus, qui cõtinẽt incertũ. & iſta ratio
placet. Alia ratio ponitur: quia faciliꝰ eſt alicui facere, quã da-
re: & ideo plus grauatur. ar. l. hæ operæ de ope. li. Vide gloſ.
ſuper ver. dãnũ. Iſta rõ ſecunda reprobatur ꝑ doct. ꝗa nõ pro-
cedit niſi in hominibus auaris, qui facilius ſuſtinerẽt omnẽ la-
borẽ ꝙ darẽt aliqd de pecunia. nã de iure cõi & de natura, faci-
lius eſt dare: quia omnis labor corporalis quantũcũꝫ paruus
maior eſt aliqua datione pecuniaria. ar. l. in ſeruorũ. in fi. ff. de
28 pœnis. Venio ad quartã q. principalem, ſ. †qualiter intereſſe
in iudicium deducatur. Cy. tangit hic, & in multis errat. Ad-
uerte ergo, & primò eſt videndũ, an deducatur in iudiciũ per
f viam actionis, an ꝑ officiũ iudicis[f]? Et per hoc apparebit de-
clarata glo. tua quæ ponitur hic ſuper ver. cõtractibꝰ. circa fin.
Et quædã glo. dicũt, ꝙ ꝑ officiũ iudicis: vt l. ſi quis ab alio. in
fi. ff. de re iud. & l. cũ ſtipulatus ſim. §. fi. ff. de ver. ob. Dy. repro-
bat illã glo. in l. ſtipulationes nõ diuidũtur. ff. de ver. ob. & ex-
tra, de re iu. li. vj. in c. mora. Ideo gl. hic videtur dicere: Aut in
obligatione eſt fieri: & intereſſe venit iure actionis: vt l. ſtipu-
lationes non diuidũtur. §. Celſus de ver. ob. l. ſi quis ſtipulatus
ſit Stichũ. §. fi. & l. quoties ꝑ aliũ. e. ti. & l. fi. ff. ſi quis in ius voc.
nõ ierit. Aut in obligatiõe venit dari: & tũc ſi ꝗdẽ in cõtracti-
bus noĩatis, intereſſe venit officio iudicis: vt l. ꝓmiſſor. de cõ-
ſti. pe. l. vinũ. ſi cer. pe. & l. ſi ſeruum. in fi. de ver. ob. Si ex con-
tractibus innominatis, tũc venit intereſſe per viam actionis:
vt hic in glo. per l. j. §. fi. ff. de re. permu. Aſſignat Cyn. rationẽ
quia ſicut illi contractus innominati, nõ ſunt faciles in obliga-
tione contrahenda: quia requirit̃ ꝙ impleant̃ ab aliqua partiũ
nec implentur ſolo conſenſu, & ita de facili nõ cõtrahit̃ obli-
gatio: ita nec de facili ſuſtinet̃. Pet. cõtra. vt refert Cy. ſ. de re.
permu, l. cum precibus. Sed veritas eſt illud, quod dicit Cyn.
probatur in l. naturalis §. j. ff. de præſcri. ver. Sed cõtra prædi-
g cta opp. etiã in obligatione dandi[g] ex contractibus nomina-
tis, ſuccedit obligatio ad intereſſe: vt l. liber homo. in fine. ff.
de verbo. oblig. glo. in l. Iulia. in mag. gloſſ. de act. empt. dicit,
Aut quis ſtipulatur dari ſibi: & non ſuccedit obligatio ad
intereſſe. Aut ſtipulatur alteri & ſuccedit obligatio ad in-
tereſſe. Petrus aliter dicit, cuius opinion. recitaui in d. l. liber
homo

a ¶ Arg. huius l. vide glo. & Bar. in l. ſtipulatio iſta. ff. de verb. oblig.

b ¶ Lucri. vtrũ in intereſſe habeat̃ ratio lucri, vide quod no. Bal. in l. fin. in prin. ſ. de fur. & per Bart. hic in v. col. ver. ſequitur gl. ſuper ver. veteres. Bar. in l. minimis. de in lit. iur. & hoc etiã Bald. in xij. oppo. adde qđ Pet. de Ancha. in cle. j. de vſu. §. ſane. refert ꝙ Ludo. ibi quærit, ſi quis tenet̃ mihi dare centũ in termino, & nõ ſoluat: an damnũ emergẽs poſſum petere ratione moræ? Et dicit ꝙ ſic nõ aũt lucrũ ceſſans. Subdit etiã domi. Pet. ꝙ imo etiã credit de lucro ceſſante, ſi talis erat mercator, ꝗ cũ pecunijs conſueuit negotiari: alias ſecus ſi perſona eſſet talis que retinuiſſet in arca. alle. no. per Cyn. in auth. ad hæc. ſ. de vſur. Tu vide not. hic, & quando habeantur rationes lucri ceſſantis adeoꝙ quod agi poſſit: vide per Bar. in l. ſi cõſtante. §. quoties. ff. ſolu. mat. & vide caſum not. in l. ſocium qui in eo. ſ. pro ſo. ꝗ forte nõ eſt alibi ſecũdum Imo. in l. inſulam. §. vſuras. ff. ſol. mat. Ioan. Cald. in repet. c. nauigãti. in iij. col. de vſur. Et adde hic quæ habes in l. iij. §. Labeo. de acquir. poſ. & vide l. ſi is. §. fin. vbi hæres, ff. de vſur. adde vt per Ro. conſil. ci.

c ¶ In maleficijs. vtrũ in criminalibus & maleficijs interreſſe poſſit excedere duplum, facit quod no. Bal. hic, in vlti. col. in verſi. reſtat ꝗrere.

d ¶ Quam quantitatẽ. Vſꝫ ad quã quãtitatẽ intereſſe poſſit aſcẽdere, adde qđ no. iſtud ſ. in ead. l. in iij. colũ. ad hoc vide Bal. hic, in iiij. col. & vide in verſi. quid ſi promitto. & verſic. quæro ſi centum.

e ¶ Ratio differentię. Rationẽ differentiæ quare intereſſe non poſſit aſcendere duplum. in glo. ibi: cõtinẽtibus certã quãtitatem, vel ſcientiã de quibus hic ĩ tex. in j. & ij. colũ. ſed in cõtra. cõtinẽtib. certã quãtitatẽ & naturã poteſt excedere.

f ¶ Officium iudicis. An intereſſe petat̃ per actionẽ, vel officiũ iudicis, adde qđ no. Bar. in l. ſtipulationes nõ diuidunt̃. in x. & xj. op. de verbor. obliga. & vide omnino in l. j. ff. de act. emp. & quæ ibi Bar. & docto. in iiij. colum.

g ¶ Obligatiõe dãdi. An in obligatione dandi ſuccedat obligatio ad intereſſe, per Bar. in l. ſtipulationes nõ diuidunt̃ in xj. & xij. oppo. cũ ſeq. de verb. obl. per Bal. hic, in iiij. col. in ver. ſecundo quæritur. & in viij. colũ. ver. ſed oppo.

homo. in fi. ff. de ꝟ. ob. Et Cy. ibi refert in
illa q. circa fi. de intereſſe intrinſeco, & ex-
trinſeco. Ego dico ꝙ gl. tua dicit veritatẽ
cuius occaſione debes videre rationem.
Quæ eſt ratio, ꝙ in obligatione facti ſuc-
cedit obligatio ad intereſſe, in obligatio-
ne dandi nõ. Dico tibi ſtipulationes ſunt
inuentæ: vt vnuſquiſꝫ ſtipuletur ſibi, pro
eo quod ſua intereſt, modo in obligatio-
ne dandi, ſi promitto equum, intereſt tua
habere equum ſimpliciter, quãtum valet:
& ideo illud ſine dubio eſt in obligatione.
ſed ſi promiſi tibi aliquid facere, forte non
intereſt tua, quantũ illud factũ valeat aut
cõſtaret: & ideo nõ potes me præcisè cõ-
pellere ad factũ: quia ſic cõpelleres me vl-
tra quã intereſſet tua: ideo ſuccedit obliga-
tio ad intereſſe: quare dãdo tibi intereſſe
liberor. Nũc ad propoſitũ, ſi ego reperio
obligationẽ dandi talẽ, in qua ſit eadẽ ra-
tio quæ in facto: ſuccedit ibi obligatio ad
intereſſe, ſicut in obligatione faciẽdi. Exẽ-
plũ, vt ſi ſtipulatus ſum alij dari: nõ inter-
eſt mea fortè in totũ: forte, ꝗa nõ ſum de-
bitor illius, niſi in modica quantitate: ideo
ſuccedit obligatio ad intereſſe: vt l. liber
homo. in fi. Itẽ ſi ſtipulatus ſum mutuari,
& non mutuet̃. Nã licet mutuare ſit dare:
ꝗa mutuũ eſt: quod de meo fit tuũ: vt l. ij.
§. appellata. ff. ſi cer. pet. non tamẽ intereſt
mea ſimpliciter, & in totũ: ideo ſuccedit
obligatio ad intereſſe: vt l. ſi pœnã. de ꝟb.
ob. Et circa iſta dic plenè: vt dixi in l. ſtipu-
lationes nõ diuidunt̃. de ver. ob. Venia-
mus ad cõtraria ſecũdæ partis. Iuxta ꝓdi-
cta eſt videndũ, quãdo ſuccedit obligatio
ad intereſſe, an ſuccedat ſtatim poſt morã
an expectet̃ interitus rei. Dic vt in d. l. ſti-
pulationes nõ diuidunt̃. in v. & vj. q. Item
eſſet vidẽdũ vtrũ ſuccedat obligatio ad in-
tereſſe, itaꝙ prima tollat̃, al's duret vtraꝫ.
Et ſi duret, vtrũ alternatiuè, vel copulati-
uè, vel quõ? Dic vt d. l. ſtipulationes nõ di-
uidunt̃. de ꝟ. ob. in vij. q. Itẽ eſſet vidẽdũ,
vtrũ ꝗs precisè poſſit cõpelli ad factũ. Iſtã
q. tãgit hic gl. ſuper ver. in alijs. & malè lo-
quit̃. Dic vt d. l. ſtipulatiões nõ diuidunt̃.
in viij. q. Itẽ eſſet vidẽdũ, qualiter ſuper in-
tereſſe format̃ libellus. Iſtã q. ponit glo. ff.
act. emp. l. j. in prin. & ibi ponit gl. triplicẽ
formã libelli. & hoc ponit etiam in l. ij. §.
item ſi in facto. de verbo. Ego pleniſsimè
examinaui in l. ſtipulationes non diuidun-
tur. in ix. q. Modo reſtat videre de v. &
a vlt. q. ſ. qualiter eſt intereſſe probet̃[a]? Cir-
29 ca ꝙ breuiter dic, †quoddam eſt intereſſe
cõuentũ: & iſtud ꝓbat̃ per inſtrumẽta, vel
30 per teſtes: vt l. fi. de ꝓto. ſtip. †Quoddã eſt
intereſſe cõmune: & iſtud ꝓbat̃ per teſtes
ꝗ dicũt ꝙ res cõmuniter tantũ valet: & ꝙ
cõmuniter cuiuſꝫ intereſt, tãtũ dictã rem
habere: vt l. ij. ſ. de reſcin. ven. & ꝙ ibi no.
Aduerte tñ ad duo, poſito ꝙ nõ faceres ni-
ſi articulũ de cõmuni valore rei, ꝑ hoc nõ
ꝓbares intereſſe directò, ſed probares rei
valorẽ ſeu ꝓtiũ, nã ꝓtiũ rei non eſt intereſ-
ſe, vt dixi. Tamẽ ex hoc ſeqt̃ ꝓbatio ĩter-
eſſe, ꝗa ſi res cõmuniter valet: ergo cuiuſꝫ
31 cõiter tã intereſt eã habere. † Itẽ aduerte
ad vnũ: & videt̃ ꝙ ſi vis ꝓbare pretiũ, vel
b intereſſe tꝑis ꝓteriti,[b] nõ debes te referre
ad vnũ diẽ, vel duos dies, ſed ad quãplu-
res. Et ideo ſi faceres articulũ, ꝙ frumẽtũ
valuit iſto anno, die prĩo Ianuarij tñ: nõ
eſt ꝓbata intẽtio. Nõ em̃ debet ꝓbari ex
momẽto ſed debes ponere ĩ articulo, &
c añ, & poſt ꝑ plures dies, vel añ tñ[c]. Iſta
ꝓbãt̃ ĩ l. ꝓtia rerũ. §. nõnũquã. aliàs. §. nõ-
nullã. ff. ad l. Fal. & ibi pleniſsimè. Itẽ ad-
uerte, ꝙ in articulo ponas etiã de loco pu-
blico, vbi talia cõſueuerũt vẽdi: vt plenè
32 dixi in d. l. ꝓtia rerũ. in prin. & in fi. †Eſt
etiã certũ ĩtereſſe ſingulare. Et hic eſt ad-
uertẽdũ ꝙ ꝗdã ſunt caſus, in ꝗbꝰ iurat̃ in
litẽ, vt in actiõibꝰ arbitrarijs, & in bonæ
ne fidei cõtra doloſum: & tũc ꝓbat̃ ꝑ iu-
ramẽtũ in litẽ: vt l. in actiõibꝰ. de in lit. iur.
cõtra nõ doloſũ: dic vt dicã. j. ĩ alijs. Qñꝫ
d ſunt actiões[d] neꝫ arbitrariæ, neꝫ bonæ
fidei: & tũc qñꝫ venit̃ ad petitionẽ ĩter-
eſſe ꝓpter cõceptã iudicis authoritatẽ: et
idẽ: ꝗa ꝓbat̃ intereſſe ꝑ iuramẽtũ: vt. ff. ne
ꝗs eũ, ꝗ in ius voc. l. pe. §. j. & l. ꝗ reſtitue-
re in fi. de rei ven. Qñꝫ verò deuenit̃ ad
intereſſe ex alia iuſta cã: & tũc cõtra dolo-
ſum ꝓbat̃ ꝑ iuramẽtũ: vt l. ſemꝑ. §. in hoc
ĩterdicto. ff. ꝙ vi aut clã. & l. ſi qñ. j. vñ vi.
Si verò agit̃ cõtra nõ doloſum: tũc opor-
tet ꝙ ĩtereſſe verè ꝓbet̃, vt hac l. Sed ꝗli-
e ter[e] ꝓbat̃ gl. ꝗ eſt hic, hoc nos docet ĩ gl.
ſuꝑ ver. ſubtilitatẽ. et vide gl. iſtã. Gl. vult
ꝙ dictũ teſtis referatur ad hoĩes, ꝗ eſſent
eiuſdẽ cõditiõis, cuius eſt ille ꝗ petit in-
tereſſe: & ſic ſunt cõteſtes & optimè di-
cit gl. Et habemus ꝓ ea rationẽ nota. in l.
cõtinuus. §. cũ ita de verb. obli. Sed ſi qli-
bet teſtis interrogatus, quõ ſcis? Rñ. ꝗa tantũ mea intereſſet,
ſi eſſem illius cõditionis: tũc quilibet teſtis eſſet ſingularis in
dicto ſuo, & quilibet deponeret de ſeipſo. Debet ergo depo-
nere in genere, de quolibet homine, qui eſſet illius conditio-
nis, cuius ipſe eſt. Iac. tamen de Are, videtur dicere, ꝙ ſi quili-
bet teſtis deponeret de ſeipſo, probatus eſſet articulꝰ: nã pro-
f pter identitatẽ[f] artis, videt̃ deponere de eodẽ: ar. l. nemo eſt ꝗ
neſciat. de duo. re. Sed certè hoc nõ placet mihi: quia illa lex,
quæ dicit, ꝙ idẽtitas artis facit videri idem factum, nõ habet
locũ, niſi qñ inter cõtrahentes ſic eſt actũ: alias etiã eiuſdẽ ho-
minis factũ, quãtũcunꝫ ſimile, nõ videt̃ idẽ: vt l. ſi nõ fortẽ. §.
33 libertꝰ. ff. de cõdi. inde. †Ideo aduerte, in iſta materia ad duo[g]
g qñ formas articulũ de intereſſe ſingulari: tũc referas te ad vti-
litatem, non ad actionẽ tantũ, hoc modo ꝙ conſiderata qua-
litate tui actoris, tibi vtile eſt habere dictũ librũ plꝰ quã habe-
h bere cẽtũ. Nõ em̃ ꝓcederet[h] articulus, ꝗ diceret ꝙ nollet ca-
rere dicto libro ꝓ centũ: ꝗa illud cõcludit in affectiõe, nõ in
vtilitate. Et iſtud intereſſe ſingulare ad hoc vt deducat̃ ĩ cõdẽ-
nationẽ debet cõtinere vtilitatẽ, vt ſ. dixi. Itẽ aduerte, qñ tu fa-
cis articulũ ſuꝑ intereſſe ſingulari, ꝙ tu facias articulũ de in-
tereſſe cõi, vt ſic liqueat iudici ꝙ intereſſe ſingulare qđ petis,
nõ excludit duplum intereſſe cõis, vt hac l. Vltimò debes ſci-
i re,[i] ꝙ etiam ſi de intereſſe nil eſſet probatum directo: ſed ta-
men ex aliquibus coniecturis, ex officio ſuo iudex perpende-
ret illud intereſſe: poſſet in iſto intereſſe facere cõdẽnationẽ.
hoc tenet Cy. & hoc ꝓbat̃ hic in tex. in ver. in alijs aũt caſibꝰ.
Hoc ꝓbat̃ j. de fruc. & lit. expẽ. l. nõ ignoret. & in fin. expreſ-
ſiſsimè in l. ſemper. §. in hoc interdicto. ff. quod vi aut clam.

Si à non competenti iudice iudicatum eſſe dicatur. *Rubrica.*

2 *Sententia lata à iudice, non ſuper eo quod eſt ſibi commiſſum, ſed ſuper alio quod pertinet ad cauſam, incidenter ualet.*

3 *Si uerò res eſt prorſus extranea: tunc iudex non poteſt recognoſcere, niſi per modum reconuentionis, uel prorogatæ iuriſdictioni.*

LEX I.

k IVdex. [k] Continua Rubricam quia quando-
que ſententia eſt nulla propter defe-
ctum iudicis incompetentis: ideo de hoc hic ponit.

a ¶ Probetur. Vide Bal. hic in v. co. ver. quęro quomodo ꝓbetur intereſſe. cum ſeq. Et adde in hac materia, ꝙ aliud eſt intereſſe, quod etiã contra nõ doloſum probat̃ per iuramentum: vt no. Bar. in l. j. in princi. in v. q. ff. quemad. te. ape. vide quod ibi ſcripſi. & per Bar. hic, in ix. colum.

b ¶ Temporis præteriti. Ad probandum valorem frumẽti in præteritũ, adde Bar. in l. ij. ſ. de reſcin. vẽ.

c ¶ Vel ante tantum. Hæc verba in omnibus exemplaribus, quæ vidi tã ſcriptis, quam impreſsis habentur. Quæ tamen meo iudicio ex Bar. in legibus, quæ hic adducuntur, abradi debẽt Alex. Loſeus.

d ¶ Actiones. Qualiter autem probetur lucrum ceſſans, vide Bald. hic in x. col. in verſ. ſexto quæritur qualiter ꝓbet̃, &c.

e ¶ Sed qualiter. Nota de intereſſe ſingulari probãdo per teſtes, adde Bart. in l. nemo. in fin. de duo re. & vide quod no. poſt Bar. in l. in hac. ff. de dam. infect. & dicit hic Bald. in x. col. quod reddere debet teſtis cauſam, etiam non interrogatus. Facit quod not. Bar. in d. §. cum ita.

f ¶ Identitatem. Adde Bar. in l. ij. in vlt. col. ſ. de reſcin. ven. & ſequitur hic etiã Bal. in v. col. in ver. quæro qualiter probetur ſingulare intereſſe. Vide tamen eundẽ Bal. in x. col. in vj. q. in ver. pone.

g ¶ Ad duo. Et tenet Bart. hic, quod licet intereſſe ſit probatũ per vnum teſtem: non poterit deferri iuramentum.

h ¶ Procederet. Contrarium videtur ſentire Bart. in l. nemo eſt qui neſciat. ff. de duobus reis.

e vitioſa,ita ꝙ dicaẗ [e] furtiua,vel vi poſſeſſa. Gl. dicit ꝙ non:& vide gl.ſuper verb.prędonem. Huius contrarium dicit glo.in d.§.ꝙ autem.Inſti.de vſuca. & l.ſequitur.§. itē ſi occupaueris. ff.de vſuc. Doc.cōmuniter ſequuntur iſtam gl. Mihi videtur ſic dicendū. Vos videtis ꝙ hæc lex ęquiparat prouiſionē huius legis ad actionem furti:quæro modō,vtrum res vacans occupata efficiatur furtiua. Leges volunt iſtud: quia ſi quidem à domino nunquam fuit poſſeſſa vt quia erat hæreditaria , non committatur furtum:vt l.hæreditarię.ff.de fur. Si verò à domino iam fuerit poſſeſſa:tamen tempore occupationis non poſſidebatur : habet locum actio furti vt l.falſus.§.ſi iactum.ff. de fur.& l.qua ratione.§.fin.ff.de acqui.re.do.ita in propoſito dico.ſi res immobilis fuit occupata,quæ tamen antea fuit poſſeſſa per dominum,efficietur vitioſa,vitio quaſi violentiæ,per l. iſtam,ſecus ſi à domino nunquam fuerit poſſeſſa. Ita intelligo legem iſtam. Quæro,dicitur hic generali iuriſdictione eā teneri,&c. quæ eſt iſta generalis iuriſdictio. Dicunt quidam ꝙ

a ¶ Credebat. Adde glo. Bar. & doct. in l. ſi quis in tantam. ſ. eodem.
b ¶ Iſta lex. In quo differat iſta lex a l. inuaſor. ſ. eo. adde Bart. in l. improba. ſ. de acquir. poſſ. & in pri. huius legis.
c ¶ Dices tu. Vide remedium quod põit Cy. in l. ſi nulla. ſ. de acqui. poſſ.
d ¶ Ex iſta glo. Adde Bar. in l. j. ſ. quorum leg. Sed cõtra prędicta iſtud dictũ Bart. eſt valde ſingulare. & vide ſimile et pulchrius dictum Inn. i c. ij. de in integ. reſt. & do. Abb. in c. ſi diligenti. de præſcri. et ibi tranſit cum iſto dicto. Ego aũt limito iſtud dictũ procedere in mala fide ꝓſumpta. & hoc probat iſte text. Et videt̃ ſentire hoc Bar. Ita conſulo nunc apud Rhegium, vide quæ remiſi in l. Celſus. ff. de vſucap. ad Bar. & ibi Lu. Roma. Tu pondera. c. iij. de præſcri. ſi hic colligi poſsit. Vide quæ ibi dixi. & vid̃ do. Ant. in c. conſultationibus. de iure pa. vbi refert illud dictum Inno. & ſeq̃tur And. Barba.
e ¶ Præſumptio malæ fidei. Imol. in leg. Celſus. de vſuc. & i c. fi. de præſcrip. Sali. hic ſimpliciter in hoc dicto, & in ſeq. dicit idẽ quod Bart. & Imo. in leg. Celſus. de vſucap. Idem dicit quod Sali. Dices ſecus, ſi conſtet de mala fide. & ita dicit velle Bartol. hic Bal. videtur tenere contra. Adde Raph. in l. ſequitur. §. ſi vnã. in fi. ff. de vſucap.
f ¶ Allegatio. Vide Ludo. in l. Celſus. ff. de vſuc. Pro iſto dicto Barto. hic eſt dictum Innoc. in cap. ij. de in inte. reſti. vbi dicit quod ſi quis dicat ius eligẽdi ſpectare ad ſe, ſuccũbit: quia contra eum eſt ius commune: & ſic præſumitur in mala fide: niſi per diuturnitatem temporis ꝓbaret: illud ius ſibi competere: quia tũc diuturnitas temporis purgat illam malam fidem. De quo dicto facit feſtũ do. Anto. in c. conſultationibus. & ibi Abb. de iure patro. & c. ſi diligenti. de præſcr. Vide etiam quæ dicit Anto. in ca. pen. de dona. vbi in ſimili quærit, an contra hẽs cum eo qui põt reſtitui, habeat titu. præſcribendæ. vide ibi per Imolã & alios modernio.
g ¶ Triginta annorũ. Not. quod propter curſum xxx. an. qs ꝓſumatur retro bonæ fidei, vide Bar. in l. ſup longi. de præſcri. lon. temp. Imol. in c. fi. de præſcri. impugnat Bartol. hic

tenetur pœna poſita in l. ſi quis in tantam.
ſupra eo. ita intelligit R off. & ita format
hic libellum. Alij dicunt ꝙ habes locum
pœna poſita in l. inuaſor. ſupra. e. Certè i-
bi nulla eſt pœna contra poſſeſsionis va-
cantis inuaſorem. Alij dicunt ꝙ hic loqui
tur de pœna, q̃ erat ſtatuta per interdictũ
vnde vi: de qua loquitur ſ. l. iij. vt teneatur
de fructibus, & omni cauſa. Et iſtam tene
bat do. Ia. Butr. per hunc tex. in l. duobus.
Primo in eo quod dicit generali interdi-
ctione teneri: quæ pro reſtituenda poſſeſ
ſione, quaſi dicat ad aliã pœnam, quæ im-
ponebatur pro amiſsione iuris ſui: vel de
æſtimatione, per l. ſi quis in tantam. ad illã
nõ teneatur. Item in eo quod dicit, veteri
bus legibus: quaſi dicat, non loquimur de
pœna, quæ imponitur per nouas conſtitu
9 tiones, ſed per veteres leges. † Quæro
a quid ſi iſte inuaſor credebat [a] poſſeſsionẽ
eſſe ſuam. Glo. dicit ꝙ tunc non tenet̃ hac
cõſtitutione: quia requirit dolum. Pro cu
ius euidẽtia debes ſcire quatuor caſus. Qñ
que aliquis ſcit poſſeſsionem vacantẽ eſſe
alienam, & ſcit cuius eſt: & tunc habet lo-
cum hęc conſtitutio ſine dubio. Quando
que ſcit poſſeſsionem eſſe alienam, & i-
gnorat cuius ſit: & idem: quia habet locũ
hæc conſtitutio. Quandoque credit rem
eſſe ſuam: & tunc ſi quidem mouetur iniu
ſtis rationibus, lex iſta prẹſumit dolum, v-
ti apparet ibi, dũ dicit: ridiculũ etenim eſt
dicere. & ſic tenebitur hac conſtitutione,
in qua ſufficit dolus præſumptus. Sin aũt
credebat eſſe ſuam iuſtis rationibus, tamẽ
non erat ſua, non habet locum hæc conſti
tutio ſed tenebitur cõſtitutione l. inuaſor.
in fi. ſ. e. ſ. ſolum ad reſtitutionẽ poſſeſsio-
10 nis. † Quæro, vtrũ iſta lex [b] habeat locũ
b in poſſeſsione hæreditaria occupata. Gl.
dicit ꝙ nõ, quaſi illa in nullius bonis eſt vt
de re. diu. l. j. §. j. Et hęc cõſtitutio requirit,
ꝙ ſit res aliena: vt patet in prin. dum dicit
vacuã poſſeſsionem abſentiũ. & ibi: alie-
nas res, & c. Contra not. Inſt. de vſu. §. qđ
autem cõmuniter tenetur. Ita videtur mi
hi dicendum, ꝙ ſi quidẽ poſſeſsio rei hæ-
reditariæ fuit occupata poſt aditã hæredi
tatẽ, & ſic dominium iam erat quaſi quæſi
tum hæredi: vt l. cũ hæredes. de acqui. poſ
ſeſ. habet condictionem ex lege iſta: quia
occupatur poſſeſsio vacans rei alienę. Sed
ſi occuparetur ante aditam hæreditatem:
c non haberet locũ hæc lex. Dices tu [c]: non
ne poſtea aditione ſecuta, fingitur retro
fuiſſe dominus: vt l. hęres quoque. ff. de ac
quir. hære. & l. ſi ex re. in fi. de ſtipu. ſer. Er
go ſemꝑ videtur occupata res aliena. Re-
ſpondeo ꝙ fingitur eſſe dominus retro:
hoc eſt, per fictionem. & ſic in hac lege nõ
ſufficit l. iiij. §. hæc verba. ff. de nego. geſt.
11 † Quæro, quid ſi res erat ſua ꝓpria, ſed
vacans ab alio, vtrum habet locum hæc
cõſtitutio. Gl. dicit, ꝙ non habeat locum:
quia res non eſt aliena. Quod eſt verum,
ſi eſt paratus ꝓbare de dominio incõtinẽ-
ti. alias ſecus. Vide gl. ſuper verſi. ꝑ igno-
rantiã. Innuit iſta gl. qñ quis intentat cõdi
ctionem ex lege iſta, debet probare rem
eſſe ſuam, quod innuitur in tex. dum dicit
alienas res vel poſ. & c. Et in princi. dũ di
cit poſ. abſentium. quod eſt verum, cum i-
ſta probatio fit præſumptiuè, eo ipſo ꝙ ꝓ
bat ſe ante poſſediſſe: vt hic innuit tex. di-
dicit, alienas res vel poſ. & c. Et in princi.
dum dicit poſ. abſentium & c. Itẽ habes ex
d iſta glo. [d] ꝙ contra cõdictionẽ ex lege iſta
poteſt opponi exceptio dominij, ſi eſt pa-
ratus probare incontinenti. Cõtra hoc vi
detur. Nam iſta condictio eſt recupe-
randę poſſeſsionis, & eſt introducta ad ſi-
militudinẽ interdicti vnde vi. ſed i illo in
terdicto nõ põt opponi exceptio dominij: vt ſ. eo. l. momenta
neæ. et ſupra ti. j. l. j. ergo nec hic. Sol. Fateor ꝙ eſt introducta
ad ſimilitudinẽ interdicti vnde vi, contra eum, qui occupauit
res alienas. Tamẽ hic primo debet conſtare, ꝙ ſit aliena: meri-
tò, poteſt reus probare eſſe ſuam, vt ex hoc cõcludat nõ eſſe a-
lienã. vel poſſemus dicere ſuſtinendo iſtã gl. ꝙ nõ habet ſimi-
litudinẽ cum interdicto vnde vi, per omnia. Nã iſta habet̃ ad
inſtar adipiſcendæ poſſeſsionis, quam ipſe ſua culpa perdide-
12 rat, non per ingreſſum huius rei. † Quærit gl. quid ſi ab eo,
qui primo vacuã, ſeu vacantẽ poſſeſsionẽ ingreſſus eſt: poſtea
de nouo vacare cœpit, & alius ingreditur: vtrum per iſtũ no-
uum ingredientem debeat reſtitui poſſeſsio primo, an ſecun-
do. Gl. dicit ꝙ ſecũdo, per l. cũ à te. ff. eo. & l. j. §. qui autem me.
13 quod certe eſt verũ, † niſi ſimul & ſemel venirent primus et ſe
cundus, cõtra hunc poſſeſſorẽ tertium: tunc ille præfertur, qui
14 doceret de dominio. ar. l. bona fides. ff. depoſiti. † Quærit glo.
quid ſi ille, qui occupauit vacantẽ poſſeſsionẽ, eã poſtea perdi
dit, an teneatur cõdictiõe ex hac lege. Certè credo ꝙ ſic, ſiue
ipſe habeat actionem contra alium, ſiue nõ ar. l. j. §. rectiſsimè.
15 ff. e. † Quærit gl. vtrum ad hoc ꝙ habeat locum cõdictio ex
hac lege, requirat̃ dolus: gl. dicit ꝙ ſic, vt patet ex hac lege, dũ
dicit, oẽs autẽ ſcire, & c. Ex eo ꝙ exemplificat de furto, quod i
telligo verũ de dolo vero, vel præſumpto, vt ſupra dixi. Sed
quãtum ad cõſtitutionem l. inuaſor. ſ. eo. dolus non requiritur.
Sed contra prædicta op. vno modo, & hic aduerte: dixi ꝙ hęc
lex præſumit dolum in ingrediente poſſeſsionẽ vacantem. nõ
ne hoc eſt cõtra l. pe. de euic. vbi bona fides præſumitur, niſi ꝓ
betur mala: vt l. ſi fundũ. ſ. de rei ven. Dico ꝙ in quolibet poſ-
ſeſſore cum titulo, præſumitur bona fides, niſi probetur con-
trarium, vt in contrario. Sed in poſſeſſore ſine titulo, præſumi
16 tur mala fides. Ita loquitur hic † quæ præſumptio mala fidei [e]
e nõ poteſt opponi, niſi à veteri domino, vel à veteri poſſeſſore
per hanc l. Vnde alius nõ poſſet hoc dicere, tu poſsides mala fi
17 de: vt ex hac lege colligitur. † Itẽ iſta allegatio [f] malæ fidei præ
f ſumpta per hanc legem nõ poteſt allegari, niſi intra xxx. an.
vt hac lege, in fi. Illud enim quod hæc lex ꝓſumit ab initio in-
gredietem poſſeſsionẽ vacantẽ eſſe malæ fidei tollitur per cur
g ſum xxx. an. [g] ex tunc enim præſumeretur retro bonæ fidei i-
pſum poſſeſſorem fuiſſe: & ceſſat hęc lex, & omnis eius præ-
18 ſumptio. Ita intelligo l. iſtam. Vlt. gl. iſta quærit, quid † ſi ta
lis ingreſſus poſſeſsionem vendiderat alteri, quanto tẽpore
præſcribit. Gl. dicit x. vel xx. an. quia poſsidet tit. hodie vero
aliter ſecundum auth. malæ fidei, ſupra de præſcri. xxx. an. in
iſta lege non ſunt pro nunc alia.

Si per vim vel alio modo. *Rubrica.*

Rubrica iſta ſecundum glo. incipit tractare quædam circa
interdictum retinendæ poſſeſsionis. & hoc innuit gl. rub. dũ
dicit, turbata ſit poſſeſsio. quod pertinet ad interdictum reti-
nendæ poſ. ſed. l. j. videtur reſpicere interdictum recuperãdæ
poſſeſsionis prima facie, niſi aliter exponas, vt ibi videbitis.
Potes ergo dicere ſic, ꝙ totus titulus loquatur de violẽtia tur
batiua: & ita exponas l. j. & ij. Potes etiam exponere, ꝙ prima
lex loquatur de violentia expulſiua, ſecunda de violentia tur
batiua: & tunc exponas rubr. ſi per vim vel alio modo, ſcilicet
ablata ſit poſſeſsio vel alio mõ abſentis turbata ſit poſſeſsio.
& ſic l. j. loquitur de prima parte rubricæ: lex ſecunda loquitur
de ſecunda parte rubricæ.

2 *In cauſa momentaneæ poſſeſsionis admittitur quis, ſine mandato etiã ſeruus. et nu. 1*
3 *Agenti interdicto recuperandæ poſſeſsionis, non obſtat exceptio dominij, ſed reſeruatur.*
4 *Creditor abſens, qui cadit à poſſeſsione, habet beneficium huius legis.*

Seruus

a ¶ Non obſt. Vide Bartol. in l. ij. in fi. ſ. quod me. cau.
b ¶ In prin. Vide eum in l. à diuo. §. ſi ſuper. de re iudi.
c ¶ Iſtæ perſonæ. Ad de gl. & doc. omnes in l. fi. ſ. qui le. perſo.
d ¶ Hic caſum. An agenti interdicto vti poſsidetis obſtet exceptio dominij, ad de eũ, & ibi doct. in l. ſi de eo. §. fi. ff. de acqui. poſ. & in l. naturaliter §. nihil. eo. tit.
e ¶ Quæro vtrũ. Vide Bart. in l. j. xx. q. de ope. noui nuncia.
f ¶ Nec imperiale. Sed ad hanc l. vide quod no. Imo. in l. cum diui. de priui. poſt pri. in glo. portauerunt. vbi allegat hãc l. & Bar. in l. fi. de edi. diui Adria. tol. in ver. extra glo.
g ¶ Differt hęc lex. Vide ꝙ legit̃ & not. in l. j. in princ. ſi mulier ventris nomine.

5 *Seruus in caſibus iſtius legis iurat de calumnia.*
6 *De defendendo non debet cauere.*
7 *Sed de rato ſic.*
8 *Quid de pupillo.*
9 *Si illi, qui in caſibus iſtius legis agunt, ſine mandato amiſerunt, non præiudicant domino, fideiuſſores tamen dare tenentur.*
10 *Quòd tales perſonæ non poſsint intentare condictionem l. ſi quis in tantam.*
11 *Agenti interdicto retinendæ poſſeſsionis non obijcitur exceptio dominij.*
Libellus in caſibus iſtius legis debet formari nomine abſentium.

LEX I.

1 IVdices. † Abſens ſpo-
liatus ante oĩa
eſt reſtituẽdus, & ad hãc cau-
ſam omnis admittitur, etiã ſi
non habet mandatũ: & ſi fue-
rit ſeruus, & abſens, reuerſus audiet̃ cur-
ſu temporis nõ obſtante, & cauſa ꝓprie-
tatis ordinarie agitabit̃. h. d. ibi: abſentiũ. ſ.
agentium pro abſentibus. Et ita expone
bat Franc. Accur. in text. ibi: ablata eſt. id
eſt, poſſeſsione reſtituta in priſtinum ſta-
tum. In text. ibi: litigium de proprietate.
2 † No. ꝙ in cauſa momentaneę poſſeſsio
nis admittitur quis ſine mandato. Not. ꝙ admittitur ſeruus.
3 No. ex iſto fi. ꝙ † agẽti interdicto recuperãdæ poſſeſsionis nõ
a obſtat [a] exceptio dominij. Ita vides hic in fin. ſed debet poſtea
reſeruari: & ſic ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus. Opp.
de l. ſi pupilli. §. videamus. de neg. geſt. Sol. Speciale eſt in cau
ſa momentaneæ poſſeſsionis. Op. & videtur ꝙ ſeruus in iu-
dicio eſſe nõ poſsit: vt l. ſeruus. C. de iud. Sol. Speciale eſt hic.
Glo. quærit hic, de his, qui ſunt expulſi de poſſeſsione. quæro
quid de alijs, qui non ſunt expulſi, vtrum pro abſente admittã
b tur. Gl. dicit ꝙ ſic. & bene: licet in princ. [b] l. loquatur generali-
4 ter. ar. l. regula. §. & licet. ff. de iur. & fac. igno. † Quæro, vtrũ
creditor qui cadit à poſſeſsione, habeat beneficium huius le-
gis. Reſpondeo ꝙ ſic, habet etiã beneficiũ l. vlt. de præto. pig.
5 † Quæro, an iſtis caſibus ſeruus iuret de calumnia. Reſpõ.
6 ſic. quia cũ admittitur ad agendum: ergo & c. Sed quæro, † an
debeat cauere de defendendo. Gl. dicit ꝙ nõ, per hanc l. in fi.
7 ibi: ſeruato, & c. Quæro, an † debeat cauere de rato. Gl. noſtra
dicit ꝙ ſic: vt in coniuncta perſona dicimus: vt l. ſed & hæ. de
8 procu. & hoc omnes tenent. † Quæro, quid de pupillo. Glo.
dicit ꝙ idẽ & bene per l. momentaneæ. ſ. qui leg. ꝑſo. Quæ-
9 ro quid † ſi iſti amiſerunt: vtrũ præiudicent domino. Gl. & be
ne, dicit ꝙ nõ in hoc caſu, tamẽ fideiuſſores tenentur. Quæ-
10 ro, † vtrũ iſtę perſonę [c] poſsint intẽtare cõdictionem ex l. ſi qs
c in tantam. ſ. ti. j. Reſpõ. non: quia illa habet cauſam proprieta-
tis. Prædicta omnia procedunt, prout hic intelligitur de iudi
cio retinendæ poſſeſsionis, vt videtur velle glo. ſuper rub. &
tunc tex. in princ. l. qui dicit, cuiuslibet rei poſſeſsione priuati
ſunt: intelligas rei poſſeſsione. i. cõmodo poſsidẽdi: quia pro-
pter turbationẽ nõ poteſt colligere fructus. Vel aliter dicas ꝙ
ſunt priuati poſſeſsione, ſ. naturali tantum, & remanet ciuilis,
quæ turbat̃ per detentionẽ naturaliter, vt dicã ſtatim j. ti. j. Et
11 ſic exponas totã iſtam legẽ. † Et ſecundũ hanc legẽ habes hic
d caſum, [d] ꝙ agenti interdicto retinẽdæ poſſeſsionis nõ obijcit̃
exceptio dominij, cõtra id ꝙ no. Di. in c. qui ad agendũ. de re.
iu. li. vj. dixi in l. ſi de eo. in fi. de acqui. poſ. l. naturaliter. §. nihil.
e e. ti. Quæro, vtrũ [e] ex iſta lege introducatur noua l. cõdictio.
Rñ. ꝙ nõ, ſed per hanc legẽ legitimantur perſonæ agentiũ, vt
poſsint abſentium nomine expediri actionibus abſentibus
competentibus: & ſic apparet ꝙ debebit formari libellus no-
mine abſentium. & hoc ſentit hic glo. ſuper verſi. perſonas. &
innuit totus text. ſi bene aduertatur.

LEX II.

f NEc imperiale. [f] Nec ex reſcripto principis,
nec ex iudicis ſentẽtia, debet
quis alterius poſſeſsionẽ parte non citata turbare. h. d.
Quæro, quid continebat iſtud reſcriptum Principis, vel ſen
tentia iudicis. Gl. reſpondet tribus modis, & bene. tene quam
vis. Vel continebat aliquid cõpetens ad litis ordinationẽ, vel
ad litis deciſionem, vel ad litis executionem, non curo, vt dixi
g vobis. ſ. ti. j. l. meminerint. Quæro, in quo differt hæc lex [g] ab
illa l. meminerint. Breuiter hæc eſt veritas: licet doc. nõ ponãt,
per illam prouidetur ſpoliato indebitè iudicis authoritate, vt
poſſeſsio ſibi reſtituatur, per hanc legem prouidetur, qui non
eſt ſpoliatus poſſeſsione ſed turbat̃ in poſſeſsione ſua autho-
ritate reſcripti, vel iudicis indebitè tamen: vt hoc ei non obſit
in iudicio retinẽdæ poſſeſsionis. ꝙ tene mẽti. Hic nõ ſunt alia.

Vti poſsidetis. *Rubrica.*

Circa hanc rub. quæro, in quo differt interdictum vti poſ-
ſidetis, ab interdicto vtrobi. Gl. j. huius legis hoc tangit, dicẽs
ꝙ illud competit pro rebus mobilibus, hoc pro rebus immobi
libus. & annectit rationem: quia mobilia propriè non poſside
tur. quod tene menti, propter ſtatuta terrarum, quæ loquun-
tur de inuaſoribus, tamen conſueui tenere contrarium in l. j.
in prin. de acqui. poſ. vbi Dy. tangit.

LEX VNICA.

VTi poſsidetis. Hæc lex ſolebat ſchola
ribus eſſe multum terri
bilis. & ſecũdũ lec. gl. hæc lex diuiditur in duas
partes. Prima ponit de natura interdicti vti poſ
ſidetis. Secunda ponit de officio iudicis in cauſa
proprietatis. Secunda ibi: ac ſatiſdationis. & ſecundum hanc
1 breuiter dicit: † Si plures iuſtè poſsident, per hoc interdictũ
prohibentur inuicem vim inferre: & in cauſa proprietatis, qui
non ſatiſdat, poſſeſsione rei priuatur. h. d. ſecundũ gl. Vel dic,
ſecundũ lect. Iac. de Are. ꝙ primò loquitur de natura interdi-
cti vti poſsidetis. Secundò loquitur de officio iudicis in inter-
dicto vti poſsidetis. Secunda ibi, ac ſatiſdationis. ſecundũ quã
2 lect. breuiter hoc intendit: † Si plures iuſtè poſsident, pro hoc
interdicto prohibentur publicè vim inferre, & de hoc cogunt
ſatiſdare: aliàs poſſeſsione priuantur, donec de proprietate co
gnoſcatur. h. d. Venio ad caſum in terminis ſecundum gl. for
ma caſum in vno interrogante Imperatorem hoc modo: Ego
ſum proprietarius & poſsideo ciuiliter fundum, alius eſt fru-
ctuarius, & poſsidet naturaliter: ipſe turbat me in ciuili mea:
quæro quo remedio mihi ſuccurratur, ſeu conſulatur contra
eum. Reſpondet Imperator, rector prouinciæ prohibet vim
fieri, quò minus poſsideatis fundum, ſicuti enim poſsidetis al
ter ab altero, non vi, non clam, non precario. quaſi dicat, tu
poſsides naturaliter, ille ciuiliter. h. d. ſecundum veram lect.

2 *In rebus incorporalibus habet locum interdictum vti poſsidetis vtile, non directum.*
3 *Interdicto vti poſsidetis requiritur, quòd quis poſsideat tempore litis conteſtatæ.*
4 *Interdictum vti poſsidetis, quomodo mihi competat contra eum qui poſsidet.*
5 *Et quomodo contra eum qui clam poſsidet.*
6 *Et quomodo contra eum, qui precariò poſsidet.*
Si tu ingreſſus es clam poſſeſsionem Titij abſentis, & ego poſtea eam ingredior clam, non acquiro naturalem.
7 *In interdicto vti poſsidetis, qualiter debeat formari libellus.*
8 *Et qualiter formabitur ſententia.*
9 *Si aliquis habet in fundo vſumfructum, & alius uſum, an uterque poſsideat.*
10 *Feudatarius, qui facit alium feudatarium, non poſsidet.*
11 *Qualiter retineatur naturalis poſſeſsio.*
12 *Si ego poſsideo naturaliter, tu ciuiliter, & tertius ingreditur: quis poſsideat.*

1 Ac ſatiſdationis. Pone hic caſum, ſecundum gl.
† Ego ago contra eum, qui me
turbabat, rei vendicatione, ipſe non vult ſatiſdare de iudicato
ſoluendo, quod erit officium iudicis contra eum? Reſpondet
Imperator, iubebit rector prouinciæ ſatiſdare de iudicato ſol
uendo: vel ſi non vult ſatiſdare, transfert poſſeſsionem in a-
ctorem, vel fiet de poſſeſſore petitor, vt ſic de proprietate co-
gnoſcatur. h. d. ſecundum Iac. de Aret. In prima parte nõ mu-
tatur caſus. In ſecunda ſic, in qua pone hoc modo ſecundum
eum: Domine Imperator, vos dicitis quòd rector prouinciæ
vim fieri prohibebit, per interdictum vti poſsidetis: ille aduer

ſarius meus eſt ita maledictus hõ,ꝙ etiã
poſt ſentẽtiam me turbauit:quod ergo e-
rit officium iudicis in hoc interdicto , vt
nõ me turbet decreto? Reſpondet Impe-
rator,rector faciet de hoc præſtari ſatiſda-
tionẽ,ſ.non turbando in futuro:& ſi no-
lit ſatiſdare,aufertur ſibi poſſeſsio:& ideo
transfertur ad te:& ſic fiet de poſſeſſore
petitor:& hoc modo cognoſcetur de ꝓ-
prietate.h.d.ſecundum Iaco. de Are. &
melius quã gl.& magis no.licet hæc lectu-
ra,ſit magis bona in illo vltimo verſ.et li-
cet in ſe ſit vera:tamẽ hodie corrigitur:vt
glo.dicit.& ibi dicã. Teneas ergo lec.Iac.
de Are.quã ipſe probat.ar. harum legum
& l.egi.ſupra,ſi ſerui.vend. Ego do tibi
caſum ff.de iti.actuque pri.l.iij.§.in hoc in-
terdicto de apua quoti.& æſti.l.pe. Ex-
pedito tex.veniam ad apparatum noſtrũ,
quẽ breuiter expediam,& bene. Opp.
tu poſuiſti caſum in vno interrogãte, cõ-
a tra loquitur Imperator in plurali[a],vti poſ-
ſidetis ſic et lex. Ergo videt̃ ꝙ fuerint plu-
res interrogantes. Huius timore hæc lex
legitur tribus modis. Vno modo,ꝙ vnus
interrogabatur:tamẽ qa in interrogatiõe
fiebat mentio de duobus:ideo Imperator
dirigit ſermonem ad duos. Exemplum in
proprietario,& fructuario,vt ſ.dixi. Alij
dicunt eodem modo,tamen variant exẽ-
plum:& ponunt in duobus poſsidenti-
bus pro parte,tamen eodem genere poſsi-
dendi:& etiam iſta lec.poſſet eſſe vera,et
bona. Tertij dicunt ꝙ hic loquitur in plu-
rali vni tantum,& loquitur ei : & facit cã
honoris. Hoc non placet:ideo ꝙ Imperator ſummo pontifici
loquitur in ſingulari,vt in epiſtola,inter claras:& in epiſtola,
victor.de ſũ.tri.et fid.catho. Præterea,vos videtis ꝙ mos Ro
manorum adhuc eſt hodie loqui etiã cardinalibus in ſingula-
ri,ſ.tu. Alij volẽtes hoc ꝙ vni tãtum reſpondeat:dicunt ꝙ hęc
verba, vti poſsidetis,ponũtur materialiter quaſi dicat, rector
prouinciæ vim fieri prohibebit,vti poſsidetis.i.per interdictũ
vti poſsidetis. Sed hęc non eſt vera,per illud quod j.dicitur in
text.nec precario poſsidetis.quod verbum nõ ponitur mate-
rialiter. Teneas ergo primam vel ſecundam: & expoſitiones,
quæ fuerunt in gl.optimè adaptantur ad illam. Expedita pri
ma gl.venio ad ſecundã gl.dicitur hic in text.fundum.imo vi-
detur ꝙ nõ habeat locum,niſi pro ędibus:vt ff.e.l.j.in prin.So
lu.quod ibi dixit,in ædibus:dixit cauſa exempli. Opp.de l.j.
§.j.ff.e.Sol.Speciale eſt his in cloaca:ꝙ pro illa non cõpetat in
terdictũ:quia propoſitum eſt interdictum ſpeciale de cloacis.
Venio ad recitandam iſtam materiã per quæſtiões. † Quæ-
b ro,an hoc interdictũ habeat locũ[b] pro rebus incorporalibus.
Ol.dicit ꝙ ſic,vtile,nõ directũ:vt l.ſicuti.§.Ariſto.ſ.ſi ſer.ven
di.Ratio,quia nõ poſsidẽtur propriè:vt l.ſeruus.§. incorpora-
les.ff.de acqui.re.do.Ita dicit gl.hic,& bene:quod tamẽ latius
examinaui in l.j.in prin.ff.eo.vbi examinaui pro quibus rebus
competat hoc interdictum,vide hanc glo. †Quæro,dicitur
c hic,vti poſsidetis,&c. Quæro quo tempore requiratur,[c]ꝙ qs
poſsideat in hoc interdicto. Gl.dicit ꝙ tempore lit.cõteſ.vt In
ſti.de interdic.§.hodie.& vide gl. Modo venio ad gl.mag.
dicitur hic,cũ ab altero nec vi,nec clam,nec precario poſside
tis.quæro exempla iſtorum. do.Azo multum laborauit in po
nẽdo iſta exempla hic.& gl.hic ponit,& do.Inn.dicit, neſcio
breuiter quare Azo tantũ laborauit:quia vi poſsidet à me,q
clam poſſeſsionẽ meam ingreditur:precariò poſsidet à me,q
à me precario rogauit. Parcat mihi do.In.ipſe nõ inſpexit itel-
lectũ Azo.quia do.Azo habuit de neceſsitate laborare.nã in
terdictum vti poſsidetis datur poſsidẽti:vt l.j.§.hoc interdictũ
d ff.eo.Sed ſi aliquis poſsideat[d] à me clã,vi,vel precariò,ſecũdũ
exempla In.ego nõ poſsideo:igitur ego agẽdo nõ poſſum vĩ
cere in hoc interdicto:qa nõ poſsideo.ideo Azo iuit quæren

do exempla,vt alius poſsideat à me vi,clã,vel precario,et ego
poſsideã vt poſsĩ in hoc interdicto obtinere iõ ſũt factæ iſtæ
gl.Sed ad vnũ aduerte,ꝙ iſtæ gl.ꝗ hic ponũt̃,nõ reſpiciũt tex.
directè ſed reſpiciũt materiã. Nã tex.loquit̃ de iuſtitia acto-
ris,ꝙ actor ipſe poſsideat non vi,non clã,non precario ab ad
uerſario. Et reſpiciendo tex.optimè procedũt exempla. Inn.
quia ad hoc vt poſſeſſor obtineat agendo hoc interdicto, eſt
neceſſe ꝙ ipſe non poſsideat à me vi,clam,vel precario ab ad-
uerſario. Si enim ipſe poſsideat à me vi,clam,vel precario, &
ego moleſtarem eum,& turbarem in illa poſſeſsione,ipſe cõ-
tra me non poſſet vincere in hoc interdicto. quod eſt mirabi-
le. Licet enim quis me vi,clam,vel precario,expulit de fũdo:
ego non poſſum eum expellere ex interuallo:poſſum tamen
inquietare & turbare eum in poſſeſsione:& ipſe nõ poterit cõ
tra me vincere interdicto vti poſsidetis:quia à me poſsidet vi,
clã,vel precario.& vide glo.ſuper verſi.precario quæ videtur
hoc velle: & hoc etiam videtur velle glo.in l.j. in fi.cum l.ſeq.
ff.eo.et ibi dixi,ſecũdum do. Azo.& iſtæ gl.reſpiciunt iuſtitiã
vel iniuſtitiã ex parte rei:quia ponit pro cõſtanti ꝙ actor poſ
ſideat iuſtè,reus ĩiuſtè ab aduerſario. Quæro,quomodo iſtud
4 poſsit procedere:tractant iſtæ tres gl.† Quæro ergo,quomo
do poſsit hoc eſſe ꝙ aduerſarius poſsideat à me vi,clã,vel pre
cario,& ꝙ cõpetat mihi interdictum:nã ſi ipſe poſsidet. ego
e nõ poſsideo. Huius timore dicit Azo,[e] Dico ꝙ aduerſarius
meus nõ poſsidet,ſed turbat me in poſſeſsione mea vi:quia in
hoc ĩterdicto nõ requiritur ꝙ quis ſe aſſerat poſsidere,ſufficit
quod me turbet:vt l.ſi duo.§.ſi vicinus.ff.eo. Secũdo verò po
nit exemplũ de vi.qđ eſt multum ſubtile,in eo,qui ingreditur
tanquam fructuarius,proteſtãs ꝙ animum habeat poſsidẽdi
naturaliter.de quo dic vt in gl. Et aduerte ad me.hoc eſt mira
bile in caſu iſto, ꝙ interdicto vti poſsidetis , licet ſit interdi-
ctum retinendæ poſſeſsionis : tamen habet vim interdi-
f cti [f]recuperandæ poſſeſsiõis. Non enim potes à turbatione
deſiſtere,niſi mihi reſtituas naturalem,quam abſtuliſti:quia ꝑ
retentionẽ illius naturalis turbas me in mea ciuili:vt l.clã poſ-
ſidere.§.qui ad nundinas.ff.de acqui.poſ.et l.naturaliter.§.ni-
hil cõmune.e.ti. Gl.ponit hic tibi vnum aliud exemplũ,& vi-
de.iſtud exemplũ nõ videtur bonũ:quia ex quo nõ ſuſpicor
me poſſe repelli, nõ amiſi poſſeſsionẽ:& ſic nõ habemus qđ
quæris,ꝙ aduerſarius poſsideat à me vi . Alij dicunt,ꝙ duo
poſſunt inſolidũ poſsidere.et ſecundũ hoc exẽplũ eſt clarum.
Certe iſtud exemplum nõ eſt bonum:quia duo inſolidũ non
poſſunt inuicem poſsidere,eodẽ genere poſsidendi:vt l.iij.§.
5 ex contrario.de acqui.poſſ.iõ nõ inſiſto. †Venio ad aliã gl.
quæ ponit exemplum de clã,quõ põt quis clã poſsidere à me.
Certè exemplũ eſt clarũ,ſi iui ad nũdinas:& tu ĩgrederis poſ-
ſionem meam clam,me abſente: tu acquiris naturalem: vt
leg.clam poſsidere. §.qui ad nundinas.de acqui.poſſeſ. Alij
dicunt,qđ turbat me clã licet non poſsideat , et iſtud exẽplũ
in ſe procedit,ſed primum exẽplum eſt verum . Sed contra
hoc op.Si clã ingrederis poſſeſsionẽ,voco te ad iudicium, tu
venis:certè tu deſinis poſsidere:quia nõ es in fũdo,nec ĩ eius
cõſpectu.ergo &c. Huius timore dicunt quidã, ꝙ interdictũ
debet reddi in fundo. Tu dic ꝙ ille,qui habet naturalẽ tantũ
vadens ad iudiciũ eã retinet:vt l.iij.§.vnde vi.de vi & vi.ar.et
no.in l.j.in gl.mag.de ac.poſ. Quæro circa hoc,ſi tu ingreſ-
ſus es clam poſſeſsionẽ meã abſentis,& ego eã poſtea ingre-
dior clã,an naturalem acquiro? Gl.dicit ꝙ nõ,& bñ:quia reti
netur naturalis animo tm̃. Sed quæro an occaſiõe illius natura
lis cõpetat interdictũ vñ vi. Gl.dicit ꝙ nõ:& bene:quia ab ini
6 tio nõ eſt nata,nec poſtea naſcit̃. †Venio ad gl.ſuper ver.ꝑca
rio.quõ põt eẽ ꝙ quis poſsideat ꝑcario à me,et cõpetat hoc iter
dictũ. Gl.ſup hoc ponit exẽplũ clare:qa cõceſsi ꝑcario alicui,
vt poſsideret naturaliter tm̃.ſi enim cõceſsiſſem vtrãqꝫ,tũc nõ
cõpeteret mihi hoc interdictũ. Reſtat mõ qualiter ſnĩa ĩ hoc
interdicto debeat formari:verũ quia ſnĩa dependet à libello iõ
prius videndũ eſt qualiter ſit formãdus libellus:quia hoc ve-
nit in examinatiõe ſecũdæ partis:iõ venio ad ſecũdã partẽ,ad
quã ſecũdũ lec.gl.op.q poſsidet ĩmobilia,nõ cogit̃ ſatiſdare:[g]
g vt l.ſciẽdum.ff.qui ſatiſ.cog.ſed hic poſsidet immobilia ,ergo
&c. Gl.dicit,ꝙ hic loquitur de ſatiſdatione iudicatũ ſolui, lex
cõtraria loquit̃ de ſatiſdatione de iudicio ſiſti. Certè domini
iſta lec.

a ¶In plurali.Imperator ſcribit ſummo ponti.in ſingulari.ad quod ſolennis gl.quam alle.hic Bald.quam vide in l.j.in prin.de ſuperficie.

b ¶Habeat locũ. Et adde Bal.hic, in iiij.col.& adde quod habetur per gl.& Bar.in l.j.in princi.ff.eodem.

c ¶Requiratur. Adde Bart.in l.j.§. fin.ff.eod.quod ſi ꝓbet ſe ante poſſediſſe,vide Bal.hic,in vlti.colum.

d ¶Poſsideat. Et no.mirabile: quia licet non poſſum expulſorem meum ex interuallo expellere : tamẽ impune poſſum eum turbare. quod bene no.& no. Bar.in di.l.j.§.fi.ff.eo.& qđ ibi dixi . et Bal.dicit in iiij.colum.ſequitur etiam hic.

e ¶Dicit Azo. Adde gl.& Bart.i l.ſi duo.in prin.ff.eod.

f ¶Habet vim interdicti. Adde Bar. in l.i.§.interdictum in iiij.co.ff.eo.et Bald.in vj.co. Adde Bar.in l.clam poſsidere §.qui ad nundinas.ĩ fi.ff.de acquir.poſ.

g ¶Satiſdare. Qui poſ ſidet immobilia, &

iſta lec.nõ eſt vera in ſe. Nã ſi ille poſsidet
immobilia, non ſatiſdat vbi poſsidet alia,
quã ea,pro quibus cõuenitur : vt l.de die.
§.quidã.ff.qui ſatiſ.cog.licet gl. videat̃ ali
ter tenere,in d.l.ſciẽdũ.in prin. Præterea
hic erat dubiũ,an poſsideret,vnde etiam
de ſatiſdatione de iudicio ſiſti poſſet in-
telligi hic, ſed prout intelligit̃ de ſatiſda-
tione iudicatum ſolui. Op.Inſti.de ſatiſ.
§.ſed hodie.dicit gl. fateor ꝙ hodie corri-
gitur finis,quia hodie nemo ſuo nomine
cõuẽtus cogit̃ ſatiſdare iudicatũ ſolui. Li
cet hoc ſit verũ in ſe,tamẽ lec.Ia.de Are.
magis placet:quia magis vtilis, & ſecũdũ
7 illã hæc lex remanet incorrecta.†Ex qua
lect. habes qualiter debeat formari libel-
a lus[a] in hoc interdicto. Nã tu debes pete-
re ꝙ te nõ moleſtet,& ꝙ à turbatione,&
à moleſtatione deſiſtat,& ꝙ nõ caueat de
nõ moleſtando te in futurũ: & ꝙ præſtet
intereſſe moleſtationis præteritæ. Prima
duo probant̃ hac lege, & in legibus alle-
gatis,ad probandũ hanc lec.Ia.de Are. vl
timũ de intereſſe probatur in l.ſi duo.§.fi.
8 ff.eo. †Hoc præmiſſo veniamus ad ſen-
b tentiã, qualiter formabitur ſententia [b] in
hoc interdicto. Glo.quæ incipit, ſed qua
liter formabit ſententiam,iudex multum
ſe inuoluit. Hic aduerte,quandoqꝫ cõſtat
actorẽ tãtũ poſsidere iuſtè,reũ nullo mo-
do , vel iniuſtè , ab aduerſario ipſe debet
obtinere,& reus debet cõdemnari ad oĩa
ꝗ ſ.dixi debere cõtineri in libello. Quan
doqꝫ cõſtat actorem poſsidere iniuſtè ab
aduerſario: tũc reus abſoluet̃ ſimpliciter:
nõ enim poteſt actor vincere in hoc iudi
cio,neqꝫ reus poteſt vincere , vt actor in
aliquo cõdemnet̃ : quia nõ poſsidet,vt ſ.
dixi tangit̃ in gl.præce. Quandoqꝫ cõſtat
reũ tantũ poſsidere:& tunc ſi quidẽ iniu-
ſtè ab aduerſario,actor ſuccumbit,qa nõ
poſsidet reus:tamen in nullo cõdemnabi
c tur,quia iniuſtè nõ poſsidet[c] ab actore. Si
verò reus poſsidet iuſte,vel iniuſte , non
ab aduerſario:tũc ipſe abſoluet̃, & actor
cõdẽnabitur ſibi ad illa tria, quæ dixi de-
bere cõtineri in petitione,etiã ſi nõ ſit pe
titum per reũ, Ratio:quia iſtud iudicium
eſt duplex,quilibet eſt actor , & reus : vt
d.l.ſi defunctus.in fi.ff.de proc.& l.ſed cũ
ambo.ff.de iud. Et hoc videt̃ velle gl.tua
præcedẽs,in vlt.q.quã format ibi.& vide
eã. Non obſt.de iureiu.l.ſed & ſi poſſeſſo
ri.in princi.quia illud eſt iudiciũ ſimplex,
iſtud duplex. Ita tenebat Frãc. Accur. &
bene:licet quidã Vltramonta.dicant con-
tra. Quandoqꝫ cõſtat vtrunqꝫ poſsidere:
tũc ſiquidem poſsidẽt iuſte, vt puta vnus
eſt proprietarius,alius fructuarius,vel v-
ſuarius,vel emphyteuta,vel fructuarius:
iudex pronunciabit vtrunqꝫ eſſe potiorẽ
in poſſeſsione ſua:& ꝙ de hoc caueatur, & intereſſe moleſta-
tionis præteritæ præſtet̃:vt hac l.in prin.& l.ſi duo.in prin.ff.
eo.ſi vnus poſsidet iuſte,& alter iniuſte, nõ ab aduerſario. Si
verò vnus poſsidet iuſte,alter iniuſte ab aduerſario:ille,qui in-
iuſte poſsidet,condẽnabitur ad ea,quæ dixi ſ.in libello debe-
re cõtineri. Et prædicta vera , qñ conſtat vtrũqꝫ poſsidere di-
uerſo genere poſsidẽdi,vt vnus ciuiliter, & alter naturaliter,
vt dixi. Si vero vterqꝫ probauit ſe poſsidere odẽ genere poſsi
dendi,eſt aduertẽdũ: Aut vnus probat de antiquiori poſſeſ-
ſione quã alius:& ille vincit: quia poſſeſsio alterius præſumit̃
vitioſa. Tex.eſt in c.licet.extra, de proba. Si vero vterqꝫ pro-
bat de eodẽ tẽpore:tunc ſiquidẽ vna pars habeat idoneiores
teſtes,illa vincit:vt l.ob carmen.§.fi.ff.de teſtib. Sed ſi proba-
tiones eſſent hincinde æquales: tunc dicit Ia.de Are. ſi quidẽ
vnus probat de titulo, alius non, ille præfertur , qui de titulo
d probat.argumẽ. in l.j.[d] & l.vlti. de edi.diui Adri.tol.& d.c. li-
cet. extra,de prob. & iſto caſu ſolo reperio ꝙ allegatio domi-
nij prodeſt in interdicto vti poſsidetis:alias ſecus , vt vidiſtis
ſ.ti.j.l.j.Si vero neuter probat de tit.vel vterqꝫ probat:de hoc
ſunt opi. hic in gl. Quidã dicunt ꝙ iudex habet pronunciare,
vti poſsidetis,ita poſsideatis. Quã opin.gl.reprobat:quia hæc
ſententia eſt incerta. De hoc tangit gl.in l.ait prætor.§.j. de re
iud. Alij dicũt ꝙ iudex debet abſtinere à iudicãdo : ſed debet
ſequeſtrare poſſeſsionem,ne partes veniãt ad arma , & rixas.
Ego cõſueui dicere,ꝙ primo iudex debet pronunciare vtrũqꝫ
eſſe poſſeſſorẽ pro parte dimidia, pro indiuiſo. Nã cũ vterqꝫ
pariter,ſiue æqualiter poſsideat, facient ibi partes per cõcur-
ſum:vt l.ſi finita.§.cũ autẽ.de dã.infec. ſicut etiã dicimus in cõ
iũctis:vt l.re cõiuncti.de leg.iij. Reſtat hic vt examinemus vl
9 timã partem gl.hic poſitam. †Quæro primo,aliquis habet in
fundo vſumfructum,alius habet vſum:quæro vtrũ vterqꝫ poſ
ſideat. Videtur ꝙ nõ:quia cũ fructuarius habet naturalẽ:ergo
vſuarius eã habere nõ poteſt:vt l.iij.§.ex cõtrario.de acq.poſ.
In cõtrarium videtur , & ſicut vſuarius habet hoc interdictũ:
vt l.fi.ff.e.ergo vſufruarius poſsidet. Glo.fatetur ꝙ vterqꝫ poſ
ſidet,ſed nõ inſolidũ:ſed quilibet pro parte.& vide gl. Iſtud,
quod gl.dicit,nõ inſolidũ,ſed pro parte:nõ placet mihi. Nam
pars incerta ratione loci,& ratione quotę,nõ poteſt poſside-
re:vt l.iij.§.incertã.de acq.poſ.& l.locus.e.ti.& l.empt.de vſu-
ca.pro emp.ſed pars vſuarij eſt incerta ratione loci: qa omnis
pars pro indiuiſa eſt incerta ratione loci: vt l.Mæuius.§. duo-
bus.ff.de leg.ij. Itẽ ratione quotæ pars vſuarij eſt incerta : vt l.
vſus pars.de vſu & habi. Nam pro vſu meo plus volui vno
tempore,quam alio:ideo dico ꝙ vterqꝫ poſsidet inſolidum na
turaliter,diuerſo,tamẽ iure.vnde illud,ꝙ gl.hic ſubdit, vel nõ
10 eodem iure,&c.iſtud eſt verum. †Quærit gl.quid ſi feudata
rius facit alium feudatarium,vtrũ iſte feudatarius primus poſ
ſideat. Gl.dicit ꝙ non,ſed poſsidet dominus, & tertius feuda-
11 tarius tantũ naturaliter:& vide gl. †Quærit gl.qualiter reti-
neatur naturalis poſſeſsio. Gl.dicit,donec qs eſt in fundo, vel
in cõſpectu. Plenius dic vt ff.de acqui.poſ.l.j.in gl.mag. & dic
12 vt ibi. †Vltimo quærit gl. [e] Quid ſi ego poſsideo naturali-
e ter, & tu ciuiliter,tertius ingreditur: quis poſsideat. Dicit gl.
ꝙ tertius poſsidet, quando vſufructuarius deponit animum
poſsidendi. Ego vero,qui cõſueui tenere ꝙ triplex eſt poſſeſ
ſio , dico ꝙ iſte tertius poſsidet , etiam antequam iſte vſufru-
ctuarius deponat animum poſsidendi:vt dixi in d.l.j. de acqr.
poſ.& l.clam poſsidere.§.qui ad nundinas.eo.tit.&c.

De tabulis exhibendis. Rubrica.

Dictum eſt ſ.de interdictis adipiſcendæ,recuperandæ, &
retinendæ poſſeſsionis. Sunt quædam alia interdicta exhibi-
toria:ideo de his ponit. Ita potes continuare iſtam rubricam.

2 ☞ *Legatarius poteſt petere hoc interdicto ſibi exhiberi illam particulam teſtamenti, quæ pro ſe facit.*
3 *Viuo pupillo non poſſunt peti tabulæ teſtamenti pupilli.*

LEX VNICA.

1 SI in poteſtate. †Poſt mortem pupilli
tabulæ pupillares po-
ſtulantur exhiberi , hoc interdicto.h.d. †Op.
2 & videtur ꝙ legatarijs detur hoc interdictum:
vt l.iij.§.ſolent.ff.eo.Sol. Concedo iſtud quod
dicit gl.vnde hic ſubaudi maxime. Tu dic aut quis vult pete-
f re ꝙ exhibeantur totę tabulę,[f] & totum teſtamentum, & hęc
non poteſt facere,niſi hęres ita loquitur hic. Sed ſi vult petere
ſibi exhiberi illã particulã,quę pro ſe facit: tũc poteſt quilibet
legatarius:vt ff.de eden.l.argentarius.§.j. Opp.& videtur ꝙ
debeat agi ex edicto,quemad.teſta.ape.ff. quemad.teſta. ape.
l.j.in princi. Huius timore gl.intrat in illam materiam,quæ ſit
differẽtia inter hoc interdictum, & illud edictum , & actionẽ
3 ad exhibendũ:& vide gl.tuã,quę eſt clara. Quęrit gl.† vtrũ
viuo pupillo poſsint peti tabulę teſtamenti pupilli. Text.hic

qualiter intelligatur ꝙ poſsidens immobilia nõ teneatur ſatiſdare: adde Bar.in l.ſciendum.in princ. Bal.hic in fi.dicit,nõ decido eo caſu : quia gl.in d.§.quidã.non videtur hoc tenere. ſed imo gl.in l.Iulia.in fi.eo.titu.expreſſe contrarium tenet.

a ¶Formari libellus. Libellus vti poſsidetis,vide in Spe.de cau.poſ.§.permitto.ver.& ſcias. & Bar.in l.j.§.interdictum.ff.eo.

b ¶Formabitur ſentẽtia. Qualiter formet̃ ſententia vti poſsid. adde Bar.in l.ſi duo.ff.eo. & aliquas formas huius ſentẽtiæ, vide Bald.in l.j.ſ.de ſen.quæ ſin.cer.quã.ſed in hoc interdicto vti poſsidetis,an interponatur primum decretum, vide Cy.hic circa fin. & not. Bart.in l. ſi prius.in vlti.q. de oper.noui nũ. Et Bal.ĩ auth. ci q.debo.auth.iu.poſ.

c ¶Quia iniuſte non poſsidet. In hoc eſt gl. ſing. ſecũdũ Bal.in l.cũ Papinianus.ſ.de ſentẽ.& facit ad ea quę dixi poſt Bartol.in l.ij.§. ſi publico.ff.de adulte.& in l.ſi à te.§.j. ff. de excep.rei iu. hic ꝑ Bal.in pen.col.

d ¶Arg.in l.j. Sic no.ꝙ in caſu huius interdicti admittunt̃ articuli,& probationes, de dominio, ꝓ quo omnino vide Bar.in l.ſi de eo.§.fi.de acq.poſ. Et de articulis in hoc interdicto vide Inn. de renũ.in c.ſuper.& ꝙ no.Bart.in l.ordinarij. de rei vẽdi.& ibi dicit Bal.in v.col.id ꝙ Barto.hic, videlicet, ꝙ in hoc interdicto admititur probatio ꝓprietatis. & Bal. hic in fi.nota.

e ¶Quærit glo. Adde glo.& Bar.in l.iij.§.ex contrario. & de acqui.poſ. & iſtã gl.not.Bal. in auth.niſi rogati. in iiij.col. ad Treb.

f ¶Totæ tabulæ. Qñ legatarius petit ſibi exhiberi protocollũ teſtamenti per Bar.in argentarius.§.j.

a ¶ Aliquà caſtra. Si
commune Peruſij te
net caſtra ciuitatis,
& ciuitas Caſtellæ
vult repetere: an de
beat agere contra ca
ſtra vel Cõmune Pe
ruſij, adde Bar. in l.
deinde ait prætor. §.
hoc autem. ff. eo. et ĩ
l. j. §. j. ff. de rei vend.
b ¶ Poteſt agi. Et vi
de Bar. in l. j. ff. eod.
c ¶ Cõpetat. De ma
teria hic tacta vide ĩ
l. j. ff. eodem vbi ple
ne per Bar.
d ¶ A ſententia lata.
Et vide Bart. in l. j.
ff. eodem.

innuit ꝙ nõ, & eſt verũ. ar. l. ij. §. planè. alias,
ĩterdũ. ff. de vul. & pup. Quæro, ego ꝓpeto
mihi exhiberi tabulas pupillares: opponit
mihi ꝙ ille, qui fecit illas ſubſtitutiones,
non habebat filios in poteſtate: an iſta ex
ceptio exhibitionem tabularũ impediat?
Hic innuit tex. ꝙ ſic. hoc autẽ an ſit verũ,
qualiter procedat, dixi ff. eo. l. j.

De liberis exhibendis. *Rubrica.*

Iſtud eſt interdictum exhibitoriũ, &c.

2 ☞ *Ciuitas, quæ uult repetere aliqua ſua caſtra, quæ tenẽtur ab alia ciuitate, contra quem diriget libellum.*

LEX I.

1 SI ut proponis. †Si inter patrẽ et
& filium eſt contentio de poteſta
te propter res, hoc interdicto expeditur. h. d. Op. & videtur
ꝙ officio iudicis debeat expediri iſta cã: vt ff. e. l. iij. §. hoc aũt.
Huius timore glo. ponit hic vnã diſtinctionẽ, quã tñ latius po
nit in l. j. per hanc ff. de rei vendicatio. Finaliter tota virtus e
ius conſiſtit in hoc, ꝙ interdictũ dicitur quaſi inter duos reddi
tum de re tertia. Si igitur eſt cõtentio inter patrem & filiũ de
ſeipſo filio, non habet locum interdictum: quia nõ eſt de re ter
tia. Sed ſi eſt contentio propter aliud, vt puta propter hæredi
tatẽ: & tunc recurritur ad interdictum. Hic eſt caſus hic, vt l.
pe. ff. eo. Idem ſi filius poſsideatur ab alio ĩuitus, poteſt eſſe cõ
tentio inter me & illum de filio meo: & tunc recurremus ad in
terdictũ: quia eſt inter duos cõtentio de tertia re. Secus ſi ſpõ
te ſua retinetur. Et hoc eſt, quod vult dicere tota iſta gl. quã vi
2 de. †Vlti. no. iſtam gl. & leges, quas allegat ad vnam quæ
a ſtionem. Ciuitas iſta detinet aliqua caſtra [a] ciuitatis Caſtellæ,
ciuitas Caſtellæ vult repetere, contra quẽ diriget libellũ. Di
riget ne libellum contra illa caſtra, vel contra cõmune Peruſij.
Materia iſta eſt arg. ꝙ debemus hic diſtinguere, aut illa caſtra
detinẽtur ab aliquo voluntarie aut non, aut à nemine, prout
hic diſtinguitur.

LEX III.

SI ad inſtar. Breuiter dicit ſecundum iſtã gl. Ad
ſimilitudinem huius interdicti, põt
b agi [b] de vxore exhibenda. h. d. Gl. vt hic vides, intelli
git hanc legẽ de illo interdicto de vxore exhibẽda: vt dicitur
in l. j. §. fi. & l. ſeq. eo. ti. ſed hic, vt videtis in tex. nulla fit mentio
de vxore: vnde fortè nõ erat vxor, ſed erat cõcubina. Qualiter
ergo tunc ponemus caſum in ſcholari habente concubinã, quę
fuit &c. & tunc hæc lex faciet mentionem de ſecunda parte
rubricæ, ſed prima lect. eſt magis clara.

De precario & Saluiano interdicto. *Rubrica.*

5 ☞ *Quomodo differt Saluianum interdictum ab hypothecaria.*

LEX I.

1 SI te non. Breuiter dicit, †Pro pignore vẽ
dito cõtra emptorẽ, nõ competit
interdictũ Saluianum directũ: ſed ad hypothe
cariam actionem eſt recurrendum. h. d. Opp. ff.
eo. l. j. vbi cõtra actorẽ datur hoc interdictũ. So
lu. Fateor de hoc ĩterdicto vtili, vt ibi: non directo, vt hic. Sed
tunc inſtatur, cũ omnia interdicta ſint ſcripta in rem, vt l. j. §.
pe. de interdic. videtur ꝙ iſtud interdictũ directum debeat da
ri contra quẽlibet poſſeſſorem. Glo. hic videtur fateri ꝙ ſit in
rẽ, & ad cõtraria nõ rñder. Vñ ſuſtinẽdo gl. debemus dicere ꝙ
hypothecaria eſt qđ acceſſoriũ ad actionẽ ꝑſonalẽ: et ſicut ꝑſo
nalẽ ſequitur fundum, ita hoc interdictũ non ſequitur fundũ.
Vel aliter, & melius dico, ꝙ iſtud interdictum non eſt ſcri
ptum in rem: ideo directum non datur contra tertium poſſeſ
c ſorem. Quæro, an hoc interdictum cõpetat [c] pro alijs rebus
quàm pro rebus coloni, & ſic an detur locatori fundi vrbani,
vel creditori. Certè de hoc eſt contentio. Certe credo quod
ſic. Caſus eſt hic in eo quod dicit debitor tuus, & ſic ſimplici
ter: & in fin. dum dicit, quæ ad exemplum eius inſtituitur, &c.

2 †Quæro, quid differt hoc interdictum Saluianum ab a
ctione hypothecaria. Gl. mirabiliter loquitur et dicit ꝙ differt
in natura. Item in mõ probandi. Natura differt quia iſtud inter
dictum eſt poſſeſſoriũ, ſed hypothecaria eſt petitoriũ iudiciũ.
Et vide gloſſ. in fi. licet hypothecaria nudã poſſeſsionẽ auo
cet, tamẽ dicitur petitoriũ iudiciũ. Ratio, quia ſicut rei vẽdica
tio auocat poſſeſsionẽ ratione dominij: ita hypothecaria auo
cat poſſeſsionem ratione hypothecæ, de quã debet conſtare:
d & ſic ex petitoriũ iudicium. Vnde à ſententia lata [d] ſuper hy
pothecaria appellatur: ſed hoc interdictum eſt poſſeſſorum,
cũ ĩ eo nõ habeat dicere rẽ eſſe obligatã ſed poſſeſſam ab eo q
obligauerat. Et ex hoc inſurgit alia qõ: quid habetis ꝓbare in
hypothecaria? Gl. dicit ꝙ debet probare obligantem tempo
re obligationis eſſe odminum. Gl. dicit aliter in l. cũ res. j. ſi ali.
res pig. dat. ſit. & ibi dicam, et l. rem alienam. ff. de pig. actio.

LEX II.

HAbitantis. Contra hæredes eius qui rogauit,
competit interdictum de precario.
hoc dicit.

De pignoribus. *Rubrica.*

Rubrica iſta poteſt continuari duobus modis: Vidiſtis ſu
pra de Saluiano interdicto, vbi mentio fit de pignore: iõ me
rito ſubnectitur hic rubr. de pign. Vel ſic: Dictum eſt ſupra
de obligationibus principalioribus & etiam dicitur j. in pluri
bus partibus: ſed quia principalibus obligationibus accedunt
pignora, idcirco ſubnectitur rub. de pignoribus, &c.

2 ☞ *Pignus, licet minus ualeat quã ſit pecunia debita, non tamen præiudicatur creditori.*

LEX I.

1 DEbitor. †Licet debitor cedat pignori nõ ta
men liberatur. h. d. No. ꝙ licet de
bitor velit cedere pignori, ꝙ non ideo liberatur:
2 vt hic: Ad idem ſupra de acti. et obl. l. aduerſus. †
Et ex hoc habetis aliud ĩferre, ꝙ licet pign⁹ minus valeret, quã
eſſet pecunia debita, non tamen præiudicatur creditori: vt l.
creditor. ff. ſi certum petatur. & ibi nota. licet Veneti ſeruẽt cõ
trarium, vt dicit gl. Hic non ſunt alia.

LEX II.

1 QVamuis. †Habens ſpecialem hypothecam, ac e
tiam generalem, non recurrit ad gene
ralem in præiudicium ſecũdi creditoris, ſi ſpecialis ſi
bi ſufficiat ad debitum. h. d. Not. quod dixi in ſummario.
Op. dicitur hic ꝙ iſte creditor primus non poteſt proſequi q̃
cunque pignora velit. Contra ff. de diſtra. pig. l. creditoris ar
bitrio. Sol. Dicunt quidam ꝙ iſta lex loquitur de rigore: hæc
de æquitate. Vel verius, ibi erat vnus creditor tãtum: hic plu
res. Sed contra iſtam ſolu. inſtatur de l. qui generaliter. in pric.
ff. qui po. in pig. hab. vbi indiſtinctè primus præfertur ſecun
do. Sol. Ibi tam primus creditor, quã etiam ſecundus, habebat
generalem hypothecam: tamen hic primus creditor habebat
ſpecialem hypothecam & generalem. & ideo ſi poteſt ſatisfie
ri ex ſpeciali, non recurritur ad generalem in præiudicium ſe
cundi creditoris. Sed contra prædicta ĩſtatur: & videtur ꝙ in
diſtinctè ſecundus non ſolũ ſit potior, ſed ſolus in tali hypo
theca. Vnde op. de prædicta l. qui generaliter. in fi. pro cuius
ſol. breuiter ſic dicas, ꝙ quandoque eſt vnus ſolus creditor ha
bens plura bona hypothecata: et tunc proſequi poteſt quæcũ
que velit. Ita intelligitur præallegata l. creditoribus. ff. de diſt.
pig. Si verò ſunt plures creditores: tunc aut primus habet tan
tum generalem hypothecam, & ſecundus etiam generalẽ tan
tum: & primus præfertur. Ita intelligitur præallegata l. qui ge
neraliter. in prin. Aut primus habet ſpecialem, ac etiam gene
ralem, et ſecundus alteram tantum: & tunc aut habet eas pu
rè, aut ſub conditione. Si purè, tunc licet de rigore iuris poſsit
proſequi quancunque hypothecam velit, tamen de æquitate
non: & ita intelligitur lex noſtra. Si vero habet ſpãlẽ hypothe
cã purè, et generalẽ ſub cõditiõe, videlicet, ſi nõ poſsit ſibi ſa
tisfieri ex ſpeciali: tunc ſufficiẽte ſibi ſpeciali hypotheca, ſecũ
dus creditor nõ ſolũ eſt potior, ſed ẽt eſt ſolus ĩ illa hypotheca.
Et ita

a ¶ Secundũ Dy. An
ſi creditor ingrediť
poſſeſsionẽ rei ſibi
obligatę, præſumať
in dubio hoc facere
cauſa ſui iuris cõſer
uandi, Adde Bal. in
d. l. in poſſeſsionẽ. &
Bar. in d. l. cũ credi
tor. & cum glo. alle
ga. in materia Bal. j.
e. l. j. in v. co. in prin.
b ¶ Determinationẽ.
Nõ valet pactũ de
bitoris dantis licen
tiam creditori ingre
diẽdi eo inuito. Ad
de Bar. in l. alia. §. ele
ganter. ſol. mat.
c ¶ Succeſſorem. Aut
eſt corruptus, aut
male dicit. Nã ĩ iſto
caſu naturalis & ci
uilis eſt apud credi
torẽ: licet debitor ĩ
teruertat, & priuet
creditorẽ naturali:
tñ propter naturalẽ
remanẽtẽ penes eũ,
debet poſſe ingredi.
Etiam dicit Bar. hic
j. prox. dũ alleg. l. clã
poſsidere. & ita te
net Bart. infra in iij.
quæſtione prin. Co
gita, quia forte eſt
verius quod hic dici
tur: quia ſi per talem
alienationem priua
tur ciuili et naturali:
vt not. in l. peregre.
§. quibus. de acqui.
poſ. ergo nimirum ſi
amiſit poſſeſsionem
non poteſt propria
authoritate ingredi:
niſi faceret inconti
nenti, per ea quę no.
in d. l. cũ fundũ. de
vi & vi arm.
d ¶ Debitor alienet.
Adde quod idem te
net Bar. in repe. hu
ius l. in fin. v. q. prin
cipali. in ver. ſed po
ne qđ debitor. quẽ
ſequitur hic Sal. in
contrarium tamẽ te
net Bar. in l. interdũ.
§. fin. ff. de acquiren.
poſ. & in l. Celſus.
iiij. col. in ver. ſed po
ne ꝙ debitor. ff. de
vſuca. quem ibi ſe
quitur Imo. & com
muniter omnes. qđ
verius eſt.

Et ita debet intelligi præallegata l. q ge
neraliter. in fi. ſecundũ Iac. But. Modò
pro declaratione legis noſtræ, & gl. quę
ro, quid ſi primus creditor, vel alia extra
nea perſona, poſsidet iſta pignora. nun
quid habeat locum iſta lex? Breuiter ha
betis dicere ꝙ ſic. Nam eadem eſt ratio,
& per conſequens debet eſſe eadẽ iuris
diſpoſitio. argumen. l. illud. ad l. Aquil. &
l. milites. arg. de re mili. cum ſuis ſimilib⁹.

2 ☞ *Pactum, per quod datur licentia creditori de ingrediẽdo poſſeſsionem rei ſibi obligatæ ualet.*

3 *Creditor faciens ſecundùm pactum, nõ dicitur inferre uim, & nu. 4*

4 *Quod poteſt fieri ſine iudice, urbanius fit cum iudice, quãuis ſi fiat ſine iudice, non punitur.*

5 *Si debitor, qui dedit licentiam creditori ingrediendi poſſeſsionem ſua authoritate, reſiſtat creditori uolenti ingredi: an creditor dicatur uim inferre.*

6 *Si debitor poſt talem licentiam alienauit, an creditor poterit ingredi poſsidente emptore.*

LEX III.

CReditores. Iſta eſt opti
ma lex, & ha
bet optimã gl. quã vide, & ſigna.
1 †Creditor ſecũdũ formã pacti, ſua autho
ritate, & ſine iudice põt ingredi poſſeſ
ſionẽ rei ſibi obligatę: vrbanius tñ fit cũ
2 iudice. h. d. No. †ꝙ pactũ, per quod dať
licẽtia creditori de ingrediẽdo poſſeſsio
nẽ rei ſibi obligatæ, tenet & valet. Secũ
3 dò habetis notare, ꝙ †creditor faciẽs ſe
cundũ pactũ, nõ dicitur inferre vim. Ter
4 tiò habetis notare †ꝙ licet qđ poſsit fieri
ſine iudice, vrbanius tñ fit cũ iudice: quã
uis ſi fiat ſine iudice, nõ punitur, vt hic col
ligiť, in l. iij. §. non perpetuæ. ff. de ſepul.
vio. Modò op p. dicitur hic ꝙ creditor
ingrediens poſſeſsionem rei ſibi obliga
tæ, non infert vim. Contra, in l. poſſeſ
ſionẽ. j. ad l. Iuli. de vi pub. vel pri. vbi tex.
expreſſe dicit, contra. Solu. hic per pactũ
data fuit creditori licentia ingrediendi
poſſeſsionem: & tamen ideo dicitur vim
committere, quia fit ſecundũ pactũ. in le
ge contraria nullum pactum fuit appoſi
tum. Sed contra iſtã ſol. inſtatur de l. cum
creditor. ff. de fur. vbi indiſtinctè credi
tor ingrediens poſſeſsionem nõ dicitur
a cõmittere vim. Sol. Dicas ſecũdũ Dyn. [a]
ꝙ quandoq; creditor ingreditur poſſeſ
ſionem rei ſibi obligatæ, cã ſui iuris con
ſeruãdi: vt puta, quia pactũ præceſſerat:
& tunc non dicitur inferre vim, vt hic. Quandoq; ingreditur
poſſeſsionẽ cã iniuriãdi aliũ: & tũc habet locum l. in poſſeſsio
nẽ. j. ad l. Iul. de vi pu. vel pri. Quandoq; dubitať. & in caſu du
bio præſumitur creditorẽ magis ingredi gratia ſui iuris cõſer
uandi, quam cauſa inferendi alij iniuriam. & iſto caſu loqui
tur l. cum creditor. ff. de fur. ſecundum Dyn. ar. l. meritò. & ꝙ
ibi not. ff. pro ſo. Modò pro declaratione legis noſtræ quę
5 rit gloſſ. †debitor dedit licentiam creditori ingrediendi, poſ
ſeſsionẽ ſua authoritate: creditor vult ingredi: debitor reſiſtit:
nunquid creditor diciť vim inferre? Primò videť ꝙ non dicať
vim inferre, neq; debitor poſsit reſiſtere, cũ ſemel pactum ſi
bi placuerit. arg. l. in diem. ff. de aqua plu. arcen. & l. ſicut. š. de
actio. & obli. cum ſimi. In contraria opin. fuit Mar. & pro eo
facit l. non eſt ſingularis. ff. de reg. iur. Ad idem l. æquiſsimũ.
in princip. de vſufru. Gloſſ. approbat primam partem. Sed cõ
b tra determinationem [b] gloſſ. poſſet inſtari de l. colonus. & l.
cum fundum. ff. de vi & vi arm. quare ſecundũ do. Ia. dicas ſic:
Nã quandoq; debitor facit pactũ creditori, vt etiam eo inui
to creditor ingredi poſſeſsionẽ poſsit: & iſtud pactum non
valet: vt l. conuenire. ff. de pact. do. l. ſi vnus. §. illud. ff. de pact.
1 CVrator. † Adminiſtrator alicuius, rẽ domini pignorans, non cõſtituit ius in re: niſi appareat, pecuniam eſſe verſam in vtilitatẽ domini. hoc primò. Itẽ filius nõ poteſt obligare rem patris, eo viuẽte. h. d. cum l. ſeq. Super le. quærit glo. quid in emancipato? ij. dicit idem & bene. Ratio dubitatiõis erat: ꝗa filius viuente patre eſt dominus, & poſt mortem patris continuatur dominium: nec deeſt ſibi viuente patre, niſi ſola adminiſtratio: vt l. in ſuis. ff. de libe. & poſthu. ideo videbatur ꝙ poſſet etiam viuente patre, rem patris pignorare: hoc tñ remouet hac lege.

2 *Quãdo in hypothecaria habeat neceſſe creditor probaret rẽ fuiſſe in bonis debitoris, tẽpore obligatiõis: uel eũ tũc poſſediſſe bona fide, & probare titulũ debitoris, & nu. 5.*
3 *An res aliena poſsit obligari efficaciter.*
4 *Et quid ſi dominus rei ſuccedat eidem debitori.*

CVm res. Iſta eſt optima lex, & tractat optimam 1 materiam. & breuiter dicit: †Si res, quæ non fuit in bonis debitoris tẽpore obligationis, incipiat poſtea eſſe in bonis debitoris. confirmatur pignus b vtiliter. hoc dicit. Nota ꝙ ſi debitori rem alienã obliganti ſuperueniat ius in re, ꝙ prodeſt creditori quantum ad vtilitatem hypothecariam: vt 2 hic. †Ex quo habetis inferre aliud, quod ad hoc vt directa hypothecaria competat, requiritur rem fuiſſe in bonis debitoris, tempore obligationis: vt l. & quæ nõdum. §. ꝙ 3 dicitur. ff. de pig. Oppo. ꝙ † res aliena c poſſit obligari efficaciter. vnde opp. de l. iij. §. cũm ex cauſa. ff. qui po. in pigno. hab. Solu. In lege contraria debitor obligans habebat ius ad rem: ideo poterat eam obligare. & ita intelligit contrarium. Item oppo. j. ſi pig. da. ſit. l. j. & quaſi per totũ. Item op. de l. grege. §. ij. ff. de pig. Sol. Ibi in lege contraria debitor obligãs, habebat ius in re: & ideo poterit obligare. Sed contra prædictam ſolut. inſtatur: & videtur, quòd indiſtinctè etiam vbi debitor non habet ius ad rem neque in re, & tamen poſsit obligare rem alienam. Vnde oppo. de l. ſi fundus. §. aliena. ff. de pigno. Sol. Ibi res aliena fuit obligata per debitorem hoc modo cum ſua eſſet: quo caſu valet obligatio re poſtea ſua effecta. Sed cõtra iſtam ſolu. inſtatur, & videtur quod etiam vbi debitor obligat rem alienam, etiam ſine prædicto modo, tamen valet obligatio. vnde oppo. de l. j. in prin. ff. de pigno. Sol. Dicatis duo verba: Quandoque debitor obligat rem alienam, in qua habet ius: & tunc eam poteſt efficaciter obligare: vt j. ſi pignus pig. da. ſit. per totum. & in l. grege. §. ij. de pigno. Quandoque debitor obligat rem, ad quam petẽdam ſibi competit actio. & iſto caſu valet etiã talis obligatio: vt l. iij. §. j. qui pot. in pig. ha. Quandoque debitor obligat rem in qua non habet ius, nec actionem ad eam petendã: & tunc aut obligat eam hac conditione: cùm ſua fuerit, & obligatio valet, vt l. ſi fundus. §. aliena. ff. de pig. Aut obligat eã ſimpliciter: tunc aut creditor ſcit eam eſſe alienam: & tunc creditori non datur actio ad eam rem: ſed conceditur ei retentio: vt l. j. in princ. ff. de pigno. & dic vt ibi not. Aut creditor ignorabat rem eſſe alienam: & tunc dicas ſecundum dominum Iaco. But. quòd aut eſt effectus dominus ipſe debitor, qui rem alienam pignorauit: & tunc confirmatur pignus vtiliter ipſi creditori, & datur ei vtilis hypothecaria, vt hic: nam inuenitur debitor, & dominus 4 rei obligatæ, qui de pignore conuenit eſſe eadem perſona. †Si verò ipſe debitor non efficiatur dominus: ſed dominus rei ſuccedat eidem debitori: tunc habet locum l. rem alienam. in ſecundo caſu ff. de pigno. actio. & dic vt ibi not. Modo per iſta verba habetis intellectum huius legis, & l. rem alienam. quæ eſt ſatis diffi 5 cilis. Item oppo. †dicitur hic, ꝙ ſi debitori ſuperueniat ius in re, quòd datur vtilis hypothecaria creditori. Opp. & videtur quod iſtud nõ procedat: quia creditor habet neceſſe probare rem fuiſſe in bonis debitoris, tempore obligationis: vt l. quæ nondum. §. quod dicitur. ff. de pigno. In caſu noſtro hoc non poterit probare quia tempore obligationis res erat aliena: vt dicit tex. quare male. Quid dicemus? Dicit gloſſ. quod debitor poſsidebat rem iſtam tempore obligationis bona fide. quod ſufficit: vt l. bonorũ §. in bonis. ff. de verbo. ſignific. & ſi creditor probat, hoc ſatis eſt. & ita concludit gloſſ. hic circa medium gloſſ. magnæ. quam nota & ſigna bene. Pro declaratione huius quæro, & reuoco in du d biũ, quid habet neceſſe probare creditor d in hypothecaria actione. Gloſſ. hic concludit, ꝙ ſufficiat creditori, ſi probet ipſum poſſediſſe rem tempore obligationis bona fide, & cum iuſto titulo. Iſtam gloſſ. habetis in l. rem alienam. ff. de pignora. actio. Aliam gloſſ. habetis, quæ videtur dicere quod creditor debeat probare debitorem fuiſſe dominum rei obligatæ, tempore obligationis. Iſtam gl. habetis in. §. item Seruiana. Inſti. de act. Simile no. gl. ʃ. de Salui. interdi. l. j. Similiter no. in §. interdictũ. Inſtit. de interdic. Idem videtur notaſſe gl. in §. illud. in auth. de trien. & ſemiſ. col. iiij. Quid dicemus? Dy. in præalleg. §. item Seruiana. reprobat iſtas vltimas gl. quæ dicunt debere probari dominium. & reprobat eas per l. bonorum. §. in bonis. ff. de verb. ſig. do. Cy. approbat prædictas gl. & intelligit eas in caſu quando creditor agit hypothecaria directa: & dicit non eſſe bonum conſilium, ꝙ agatur directa: quia habebit neceſſe dominium probare. Probat iſtum intellectum per l. qui filios. j. titu. proxi. circa fin. ibi: de bonis ſuis, &c. quod verbum, ſuis, denotat dominium: vt l. ſolũ. §. meum. ff. de rei vendi. Præterea, res dicitur eſſe in bonis noſtris pro qua actionem habemus, vt l. rem in bonis. de acquirẽ. re. do. Sed ſi debitor non fuiſſet dominus, per conſequens actionẽ non habuiſſet. Et ex hoc concludit ipſe, ꝙ in hypothecaria directò creditor debet probare dominium debitoris. Certè, ſi quis vellet defendere opin. Dyn. credo quod poſſet: per l. ſeruos. ff. de lega. iij. Quare poteſtis dicere quod aut creditor agit contra principalem debitorem hypothecaria actione, aut contra extraneum. Si contra principalem debitorem, habet locum gloſſ. noſtra quæ eſt hic, quod ſufficiat creditori probare quod debitor poſſederit bona fide, cum debitor ſibi nõ poſſet referre quęſtionẽ alicuius iuris. Aut creditor agit cõtra extraneũ poſſeſſorẽ hypothecaria: & tũc cõcederẽ ꝙ do. Cy. hic bene dicat, videlicet ꝙ aut iſte extra e neus poſſeſſor e habet cãm ab ipſo debitore, & lucratiuã: & tunc ſit idẽ in ipſo, ꝙ in principali debitore. & habet locũ etiã gl. quæ eſt hic. Secus ſi haberet oneroſam: ar. l. apud. Celſum. §. authori. ff. de do. exce. Aut extraneus poſſeſſor nõ habet cãm ab ipſo debitore, & tunc habet locũ gl. quę eſt in d. l. rẽ alienã. ff. de pigno. ac. quia oportebit ꝙ creditor probet debitorem tempore obligationis poſſediſſe bona fide, & etiam oportebit probare titulũ debitoris, vt ibi no. & dic quod not. per Dy. in d. §. item Seruiana. et quomodo fuerunt verba gl. in l. ante omnia. ff. de proba.

1 *In obligatione non cadunt niſi ea, quæ ſunt in bonis debitoris.*

1 QVæ prædium. †Obligatus rẽ alienã, nõ præiudicat domino, & contraria pignoratitia tenetur hoc dicit. No. ꝙ dixi in ſummario. Concordat l. ſi quis in pignore. §. j. ff. de pigno. actio. Modo op 2 po. †dicitur hic. in obligatione non cedunt niſi ea quæ ſunt in bonis debitoris, contra, ſeruitus ruſticorũ prædiorum, dicit lex quod non eſt in bonis, neq; extra bona: vt l. j. ff. de vſufr. leg. & tamen cedit in obligatione, vt l. ſed an viæ. ff. de pigno. Rationem ſpecialitatis dic vt ibi.

Tutor

a ¶Omnino neceſſaria. In generali obligatione nõ veniunt panni, lecti, & ſupellectilia. Vide Bald. in l. certi. ʃ. loc. & vide quod notat Bal. hic.

b ¶Fit mentio. Vide de hoc per Cy. in l. certi. ʃ. loc. in quinta quæſtio. & expreſſe Pet. in l. ſeruum filij. §. cum qui. de lega. j. & diſtinguit, an habere debeat tanquã hæreditatem? & ſic ius vniuerſale: an generaliter bona, &c. quo caſu procedit l. Caius. &c. de quo vide Cy. hic.

c ¶Nomen quoque. Ad hanc legem vide l. Caius. de legatis ſecundo.

d ¶Modo habetis. Vide Bald. in l. ſi cũ emptor. ff. de pact. plene Bald. in l. j. C. de actio. & oblig. in nona colum. in verſicu. quinto quæritur. cum verſiculo ſequenti.

e ¶Cõtra. Vide Barto. in l. iij. ʃ. quod metus cauſa.

f ¶Vnde oppo. Vide pro eo quod hic dicitur, Bart. in conſilio ccxliij. incipiẽ. tres caſus. Andreas Barba.

1 *Tutor ſi rem pupilli obliget, & pecuniam in vtilitatem pupilli non conuertat, non valet obligatio.*
2 *Pupillus factus maior, poteſt approbare contractum per tutorem factum, qui de iure non valebat.*

1 SI in rem. †Tutor, procurator, vel alius adminiſtrator, obligando rẽ dominorum, eis non præiudicant, niſi poſtea conſenſus dominorum accedat: vel niſi de ſciẽtia eorum probetur. hoc dicit. cum l. ſequẽti. Nota ex iſtis legibus quòd ſi tutor rem pupilli obliget & pecuniam in vtilitatem pupilli non conuertat, quòd obligatio non 2 valet, vt hic. Item nota † quòd pupillus factus maior, poteſt approbare cõtractum per tutorem factum, qui de iure non valebat: vt hic.

Quæ res pignori obligari poſſunt, vel non: & qualiter pignus contrahatur. Rubr.

Rubrica noſtra poteſt continuari hoc ordine. Dictum eſt ſuprà, de pignor. ſed quia quædam res reperiuntur, quæ obligari, ſeu pignorari non poſſunt: ideo ſubnectitur hæc rubrica: quæ res pigno. obliga. poſſunt, vel non: & qualiter.

2 *Generale quo ad genus, non tantum operatur, quantum ſpeciale quo ad ſpeciem in his, quæ quis ſpecialiter non eſſet conceſſurus, vel obligaturus.*
3 *Suſcipiens in ſe omne periculum, videtur ſuſcipere periculum contingens ex dolo, vel culpa, non caſum fortuitum,*
4 *In generali obligatione non veniunt ſupellectilia neceſſaria.*

1 ALumnos. † In generali obligatione non veniunt ea, quæ quis non eſſet ſpecialiter obligaturus. hoc dicit. Nota quod dixi in ſum 2 mario. Modò oppo. & videtur † quòd tantum debeat operari generale quo ad genus, quantum ſpeciale quo ad ſpeciem. Vnde oppo. de l. ſi duo. de adminiſtratione tuto. & l. ſi chorus. ff. de lega. iij. & l. omnes. de præſcriptio. triginta ann. hic autem dicitur cõtra: quare malè. Sol. ſecundùm Dynum. & dic, quòd dicta regula non procedit in his, quæ quis ſpecialiter non eſſet conceſſurus, vel obligaturus: quia in caſu iſto non operatur tantum ſpeciale quo ad ſpeciem, quantum generale quo ad genus, nec econuerſo: vt l. obligatione. in principio. ff. de pigno. Et dic vt not. per Dyn. in capi. generali. extra, de regulis iuris. libro ſexto. Iſta lex inducitur per gloſ. in argu. ad quæſt. de ca 3 ſibus fortuitis †, quòd ſi aliquis ſuſcipiat in ſe omne periculum, quòd ipſe videtur in ſe ſuſcipere periculum contingens ex dolo, vel culpa præcedente: non autem videtur in ſe ſuſcipere periculum caſus fortuiti. argu. huius legis, & in dicta l. obligatione. ff. de pignoribus, & not. per gloſ. & docto. in l. ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis cautio. De quo dic vt not. per gloſ. & docto. ibidem.
4 Item inducitur in ar. ad quæſt. † quòd licet aliquis obliget omnia bona ſua, non videtur obligare ſupellectilia omnino neceſ a ſaria a, & ea, quæ nullo modo eſſet ſpecialiter obligaturus: vt puta panni, lecti, & alia ſupellectilia, ſine quibus viuere non poſſumus: imò ſi creditor ad iſta ageret, malè ageret, ſecundum Iacobum Butr. quia non poſſet: & ex hoc fiunt ſtatuta, quòd talia poſſunt pignorari.

1 *Si epiſcopus debet habere bona omnium clericorum decedentium in certis parochijs: & reperiatur quòd clericus habeat inſtrumentum, in quo eſt obligatus Titius, tamen extra ciuitatem: non pertinebit ad epiſcopum illud inſtrumentum.*

LEX II.

1 CVm conſtet. † Obligato inſtrumẽto: videntur obligata ea, de quibus in in b ſtrumento fit mentio b. hoc dicit. Nota quòd dixi in 2 ſummario. Iſta lex inducitur in arg. ad quæſt. † Conſuetudo eſt in ciuitate, quòd epiſcopus debeat habere bona omniũ clericorũ in ciuitate decedẽtiũ, in certis parochijs epiſcopo deputatis: modò quidã clericus inſtrũm habebat, in quo Titius erat eidẽ obligatus & tamen Titius erat obligatus alibi extra ciuitatem: nunquid illud nomen Titij erit epiſcopi. Inducitur hic lex quòd ſic: cùm reperiatur inſtrumentum eſſe in ciuitate. Tu verò ſecũdum Pet. tene contrarium, per. l. Caius. ff. de leg. ij. vbi eſt caſus.

1 *Cum vniuerſitate, res religioſa cadit in obligatione.*

LEX III.

SI monumento. Res religioſa non cadit in obligatione. h. d. Nota quod dixi in ſummario. Iuxta hoc oppo. de l. monumentorũ. ʃ. de relig. & ſump. fune. Sol. Aut tu quæris, nunquid iſtud monumentum, aut ipſa res religioſa, poſsit obligari: & dicas quod non, vt hic. Aut tu quæris, nunquid poſsit obligari ius auferendi mortuum in ſepulchro: & iſtud bene poteſt obligari: vt lege contraria. Sed contra iſtam ſolut. inſtatur de l. in modicis. ff. de 1 contrahen. emp. Sol. †Cũ vniuerſitate res religioſa cadit in obligatione: Secus in venditione: vt in contrario: Sed ſpecialiter, & per ſe, non poteſt obligari, vt hic. Et facit ad prædicta l. j. ff. de fun. do. cum ſimilibus.

2 *Debitor debitoris mei poteſt conueniri à me, dummodo primò nõ ſoluiſſet debitori meo, ante certiorationem ſibi à me factam. & nu. 4.*
3 *Nomina debitorum veniunt in obligatione tam generali quàm ſpeciali: & an in tacita obligatione.*
4 *Actio directa, quæ competit debitori creditoris, contra debitorem ſuum eſt vtilis penes ipſum creditorem creditoris. & nu. 6.*
5 *Debitor debitoris mei ſi tenetur ad ſpeciem, & ego eam exigam, debeo tenere loco pignoris: ſed ſi debet quantitatem, eam compenſabo.*
7 *Debitor debitoris mei ſi ſciat nomen ſuum mihi eſſe obligatum, licet ipſum non certioraui: non tamen licitè poteſt creditori ſuo ſoluere.*
8 *Quando ago contra nomen debitoris mei debitoris, non eſt neceſſaria excuſsio debitoris mei.*
9 *Qualiter formabitur libellus contra nomen debitoris mei debitoris.*
10 *Creditor ſi agit contra nomen debitoris, & creditor creditoris, etiam agit contra illud nomen: præfertur creditor creditoris.*

c 1 NOmen quoque. c Iſta eſt bona lex. †Nomen debitoris ante denunciationem factã ſibi à creditore ſui creditoris, poteſt ſoluere ſuo creditori: poſt denunciationem autem factam non po 2 teſt ſoluere: ſed exigi poteſt vtili actione. hoc dicit. †Nota debitor debitoris mei poteſt conueniri à me: dummodo primò non ſoluiſſet debitori meo, vt hic: & hoc eſt verum ante certiorationem ſibi à me factam. Si autem certioraſſem, creditori ſuo ſolue 3 re nõ poteſt: vt hic habetis not. †Secundo nota quod nomina debitorum, veniunt in obligatione tam generali quam ſpeciali. An autem veniant in tacita obligatione, vide quod not. ʃ. de hæ 4 red. act. l. hæredem. Tertio habetis notare †quod actio directa, quæ competit debitori creditoris contra debitorem ſuum, eſt vti d lis penes ipſum creditorem creditoris: vt hic. Modò habetis d nota. contra legem noſtram opponere: dicitur hic, quod debitor debitoris mei ante certiorationẽ à me ſibi factã põt debitori meo e ſoluere. Contra e imò videtur quod poſsit ſoluere, quãtumcũq; f ſibi non denunciauerim. Vnde oppo. f de l. iij. j. de noua. Solu. hæc lex ſuppletur per illam: quia ſiue per creditorem creditoris ſit facta denunciatio, ſiue lis ſit cõteſtata, ſiue pars debiti ſoluta, debitor non poteſt ſoluere ſuo creditori. & ita intelligitur contra 5 rium. Item oppon. † & videtur quod creditor creditoris non poſsit iſtud nomen exigere: ſed debet ipſum tenere loco pignoris. Vnde oppo. de l. grege. §. cum pignori. ff. de pign. & l. ſi conuenerit. ff. de pign. act. Solu. Aut iſtud nomen debet ſpeciem, aut quantitatem. Primo caſu creditor tenebit pignora: ſecundo caſu compenſabit cum debitore ſuo. Vlterius oppo. liberatio eſt ſpecies alienationis: vt Inſtitu. qui. alie. licet vel non. §. nunc admonendi. Sed alienando debitor non poteſt præiudicare creditori: vt l. debitores. ʃ. de pign. ergo nec liberando: hic autem dicitur contrarium: quare malè. Solu. Differentia eſt inter pignora corporalia, & incorporalia. vt nomina debitorum: quia in primo caſu per debitorem alienantem non præiudicatur creditori, cum res corporales appareant: ſecus in incorporalibus, quæ nõ 6 apparent. †Mòdò pro declaratione legis noſtræ quæro quæ ſunt iſtæ vtiles actiones. Gloſ. noſtra hic, & in l. grege. §. cum pignori. ff. de pign. dicit quod eſt vtilis hypothecaria. Iſta opi. eſt falſa: quia hypothecaria poſſeſsionem auocat: vt l. ſi cum vẽditor. in princip. ff. de euict. & in omnibus non eſt poſſeſsio, quia ſunt incorporalia: ſequitur quod in hypothecaria non habet lo

cum. Quare teneas aliam opin.gloſſ.vide
licet quod iſtæ vtiles actiões ſunt,quę erãt
directę penes debitorem,qui obligauit no
mẽ.Item quæro,dicitur hic: certior à te fa
7 ctus,&c. †Quærit gloſſ.[a] hic:quid ſi iſte
a ſciebat nomen ſuum obligatum eſſe mihi,
tñ ego ipſum nõ certioraui : nunquid licitè
poſsit ſoluere creditori ſuo? Glo.noſtra hic
tenet ꝙ ſic:qa oportet quod denũciatio ſibi
oĩno fiat à creditore creditoris.alle . gl.l.de
bitores.ſ.de pig.Certè domini,illa lex.nihil
ad rhombum:quia loquitur de voluntate,
ſeu vrbanitate,vt vidiſtis ibidem:quare di
catis,et melius,quod denunciatio nõ ſit ne
ceſſaria ſciẽti.ar.l.j.in fi.ff.de act.emp.& ibi
no.& melius in l.fi.ff.de tranſac. & ſolet no
tari in l.emptor.j.de euict. Item quæro.ec
8 ce † debitor meus obligauit mihi nomen
b debitoris[b].ago contra iſtud nomen : oppo
nitur mihi quod nõ fuit facta excuſsio: quę
ritur quid iuris? Dixerunt quidam, quod
etiã in nominibus requiritur excuſsio prin
cipalis debitoris:quia lex generaliter loqui
tur:vt in auth.hoc ita .ſ.de pig.& in corpo
re vnde ſumitur.Et ad idem l.non prius . ſ.
quando fiſc.vel priua.& hæc opin.videtur
tutior.Iac.de Are.& do.Iaco.Butri.hic te
nent,ꝙ in nominibus non ſit neceſſaria ex
cuſsio:quia ius nominis dicitur reſidere pe
nes ipſum principalem debitorem:quo ca
ſu quando debitor principalis habet res hy
pothecatas,non eſt neceſſaria excuſsio : vt
videbitis in authen.hoc ita.& maximè dicit
ipſe,nõ eſt neceſſaria excuſsio,ſi agat actio
ne vtili,quæ penes debitorem erat directa:
qa excuſsio,ſecũdũ eũ,habet locũ ſolum in
hypothecaria. Et hãc vltimã partẽ credo
veram.Sed iſtud vltimũ,ꝙ ipſe dicit quod
excuſsio ſolũ habeat locum in hypotheca
ria,credo quod nõ ſit verum:quia etiam ha
bet locũ in alijs actionibus,puta in reuoca
torijs:vt l.j.& ij.& ibi not. ſ . de his quæ in
9 fraud.credi. †Quæro, qualiter formabi
tur libellus contra nomen.Habetis glo.in l.
hæredẽ.ſ.de hær.act.Item quæro: ecce de
bitor meus obligauit mihi nomẽ debitoris:
agit ipſe contra illud nomen , & etiam ego
c ago:quis præfertur[c]? Breuiter dicas,†quod
10 ego creditor, qui ago vtili:quia quantum
cunq; habens vtilem,habeat cauſam ab ha
bente directam,præfertur habẽs vtilem: vt
l.j.§.qui ſuperficiem.ff.de ſuperfi. Præterea
videtur caſus in l.ſi conuenerit.in princip.
ſ. de pig.act.

1 SPem eorum. † Præmiũ quod datur
athletæ,non poterit obligari . h. d.
Nota quod dixi in ſummario.

2 *Pignorãs liberum hominem, debet puniri.*
3 *Pater filium obligare poteſt propter famem.*

d
1 QVi filios. [d]†Res,quæ non ſunt in bonis no
ſtris non poſſunt obligari.h.d.No
ta quod dixi in ſummario. Oppo. de l. ſe
natus.§.fina.ff.de leg.j.Solu.Caſus ſpecialis
eſt ibi:& dic vt ibi not.per gloſſ.Dyn . Itẽ
oppo.dicitur hic quod non poteſt obligari
niſi illud,quod eſt in bonis noſtris. Contra
de l.ſed an viæ.ff.de pig.Sol.dic vt dixi in l.
2 quæ prædium.ſ.titu.j. †Item oppo.quod
videtur quod pignorans liberum hominẽ
debeat puniri. Vnde oppo.de.§.quia vero
& huiuſmodi.in auth.vt nulli iud.colũ . ix.
Sol.Iſta limitatur per illã:qa nõ poteſt obli
gari,vt hic:ſed ſi obligetur , punitur : vt ibi.
3 †Quærit glo.nunquid poſsit quis filiũ obli
gare propter famem? Et tenet quod ſic Itẽ
dicit in l.ij.ſ.de pa.qui fi.diſtr.

2 *Ex conuentione inſtrumenta fundi non poſſunt pignorari.*
3 *Et an iſta lex habeat locum in omnibus fundis.*

1 EXecutores. † Deputati ad agricultu
ram non poſſunt capi pignori,h.d.
cum l.ſeq.contrafacientes puniuntur. h.d.
in auth.agricultores.hic poſita. Et differt
prima à ſecunda:quia prima loquitur de pi
gnore capto ex præcepto iudicis : ſecunda
loquitur de pignore conuentionali. Quæ
2 rit glo.in l.executores.† nunquid conuen
tionaliter poſſunt iſta inſtrumenta fundi ca
pi? Gloſſ.noſtra,& bene,determinat quod
non,per l.pignorum,quę ſequitur. Ad idẽ
in auth.nullũ credentem agricolę. §.j.Quę
ro,iſta lex loquitur de prædijs tributarijs.
Et dicit text.ex quo tributorum illatio re
dardetur:quid de alijs prædijs? Videtur
3 †quòd non habeat locum iſta , per ratio
nem quam aſsignat text.Vos habetis dice
re contra, quod lex iſta habeat locũ in alijs
prædijs,quia ineſt alia ratio,videlicet ne ſte
rilitas fructuum,&c.arg.l.j.§.de eo opere.ff.de aqua pluuia. arc.
& iſta ratio vrget in alijs prædijs.

2 *Voluntas contrahentium debet magis inſpici,quàm verba.*
3 *Diſpoſitio generalis trahitur non ſolùm ad præſentia,ſed etiam ad futura.*
4 *Si debitor in obligatione omnium bonorum ſuorum in ea conſtituit ſe creditoris nomine poßidere:an veniant futura.*

e
1 SI quis. [e] † Appellatiõe rerum,vel bonorum in obli
gatione deductorum,continentur præſentia
& futura.hoc dicit.iſta eſt not.lex.No.quod dixi in ſum
mario. Secundò not.quod voluntas contrahentium debet ma
2 gis inſpici,quàm verba,vt hic. Tertiò nota † quod diſpoſitio
f generalis [f] trahitur nõ ſolũ ad præſentia,ſed etiã ad futura:vt hic
videtis. Oppon.dicitur hic quod in obligatione nõ ſolum ve
niunt præſentia,ſed etiam futura.Contra,de l.ſi ita ff.de au. & ar
gen.lega.Solu.Dicit gloſſ.ibi loquitur in legato , vel donatione,
per quam dominium transfertur:& ſic eſt magnum præiudiciũ:
3 &ideo illa diſpoſitio †non trahitur ad futura. Hic loquitur in
obligatione pignoris,quod non eſt magnum præiudicium:& iõ
comprehendit futura.& ita intelligitur contrarium. Sed contra
iſtam ſolutionem inſtatur de l.ſi ſeruitus.ff.de ſeruit.vrba. præd.
& de l.tertia. in princip.ff. pro ſoc. Quare dicatis duo verba ſe
cundum Petrum quod quædam ſunt vniuerſalia:& in iſtis non
ſolum inſpicitur tempus præſens , ſed etiam omne futurum in
crementum cõſideratur:& de iſtis loquitur l. peculium.ff.de le
gatis ij.& l.grege.ff.de legatis primo. Quædam ſunt ſingula
g ria [g] : & in iſtis ſolum inſpicitur tempus præſens,niſi poſtea for
tè aliud accedat per alluuionem:vt l.item ſi fundi. § . primo . de
vſufru. Quædam ſunt generalia: & in iſtis quandoq; à princi
h pio[h] poteſt inſpici quantum præiudicium ſit futurum , & tunc
non ſolum comprehenduntur præſentia,ſed etiam futura: & de
hoc loquitur pręalleg.l.ſi ſeruitus.de ſeruitu.vrba.prædio. Quã
doq; à principio non poteſt inſpici quantum præiudicium ſit fu
turum:tunc aut loquimur in obligatione pignoris : & tunc ve
niunt pręſentia & futura,vt hic.aut loquimur in translatione do
minij:& tunc regulariter non veniunt futura. Ita debet intelli
gi præalleg.l.ſi ita.de auro & argen.legat .niſi natura contractus
aliud induceret : vt in ſocietate. Et de hoc loquitur l.iij.in prin
4 cipio.ff.pro ſocio. Item †quæro[i] : debitor obligauit omnia bo
i na ſua,& dicit ſic : ſub obligatione omnium bonorum ſuorum,
quæ conſtituit ſe creditoris nomine poſsidere : nunquid veniũt
k futura [k] ? Dixerunt quidam quòd ſic per iſtam legem. Qui
dam dixerunt quod non:quia cum non poſsideantur futura tem
pore obligationis non poteſt ſe conſtituere poſsidere ea,quæ nõ
habebat

a ¶Quærit glo.in caſu l. Titiæ.j.de noua. an ſufficiat ſola ſcientia debitoris? Adde plene Barto.in l.facta.§.ſi hæres. ff. ad Trebel.& Bal.in dicta l.iij.de nouat.

b ¶Nomen debitoris. Vide Inſti.de actio. in §.item Seruiana. habẽs nomẽ debitoris obligatum an debeat facere excuſsionem? et vide. Bal.in l. hæredẽ.ſ. de hær. act.&ibi dicit,ꝙ requirat excuſsio,niſi directæ actiones eſſent ceſſæ.& idẽ voluit in l.ij.in ij.colũ. quãdo fiſ.vel pri.& Bal.hic contra opi. Bar.& hic ꝑ Iacob. de Bel.per Bar.in l. ſi cõuenerit.ff.de pigno.act. Adde Spe. de ꝓcu.§. ſequitur. verſ.quid ſi mihi.& in tit.de obli.& ſol. §.nunc aliqua.verſi. ſed qd ecce.Roma. conſi.ccccxvj.

c ¶Quis p̃fertur. An habẽs vtilẽ p̃feratur habenti directã? & vide Bar.in l.iij.j.de donat.

d ¶Qui filios. Vide quid not.in c.reſcripto.de iureiur.

e ¶Si qs. Vide ꝙ per hãc legẽ pulchre cõcludit Bar.in l.ſi ſtipulatus fuero illud. de verb.obli.

f ¶Diſpoſitio gñalis. Sed an tacita hypotheca cõprehendat futura,vide in l.iij. & ibi per Bald.ſ.de priui.fiſ.& gl.hic in fi.Et qñ diſpõ trahatur ad præſentia & futura,vide no.Bal. poſt Barto.in l.fi.in pen. colũ.ſ.de pact. Quid ſi cedo bonis: an intelligatur de futuris? Bal.ꝙ non,in l. pe.ſ. qui bo.cede. poſ.Quid ſi cedo actionem, vide in l. hæredem. ff. mand. Et de materia vide in l.damni.§.is qui. ff.de damno ĩfecto.

g ¶Sĩgularia. Et ſic no.dñã eẽ ĩter gñale,& vl'e:adde not.ĩ c.ex lr̃is. de iur. pa. Bal. in l. a iudice.ſ. de iudic. & melius in l.ſcire debemus.ĩ prin.poſt gl.et Bar. & doct.ff.de verb. oblig.

h ¶Quãdoq; a principio.Facit ad notab. q.Dyn.& Bar.in l. ſi mihi & tibi.§. fin. de leg.j. & hic adde Bar.in l.j.in prin.ff. de pig.

i ¶Item quero.Et ex his poteſt inferri ſi mulier dat oĩa bona ſua in dotem , ꝙ non veniant bona quæſita : ſed ſtat in dubio, ſi ſtatutũ dicit, prout eſt Bononię,ꝙ omnino confectis dotalibus inſtrumentis ipſo iure intelligãtur omnia immobilia mulieris in dotem data: an iſto caſu veniant bona quæſita . do. Flo . diſputat iſtud dubium : & incipit diſputatio , mulier viduata. & concludit ꝙ nec iſto caſu veniãt. And.Barb.

k ¶Nunquid veniũt futura. Vide Bald. & Ange.in l.ſtipulatio hoc modo. ff. de ver.obli.& Bal. in l.j.§.fi. cum l.ſeq. ff. pro ſoc.in recollectis antiquis,& ibi vide tex.& glo. in verbo,interuenire.& vide Ludo.in l. ij. §. incertam. ff. de acquir.poſſeſ.& vide Ang.in conſi. clxxviij. incipiẽ.in Dei nomine & ſuæ matris : & prædictis inſtrumentis, &c. & vide Bal.in l.ſi quis argentũ.§. ſed & ſi quidem.C. de donat. & vide Raph.in l. qđ meo. in prin.ff.eo.& vide Imol.& Ro.in l. ſtipulatio hoc modo.ff.de verb.obli. & vide Angel.in l. j.in princ.ſ.de pign. et vide omnino Bal dũ in rubri. de contrahen.emp.in xxj. quęſt.& vide Alex. in l.iij. §. incertum ff.de acquirẽda poſſeſsione.

habebat . Dominus Iacobus , videtur hic
inclinare in iſtam ſententiã,videlicet quòd
per iſtum modum comprehendantur futu
ra ; cum non ſit magnum præiudicium in
iure pignoris : vt hic nota. in gloſ. Tamen
contra iſtam opinionem. facit quod not.in
l.quamuis.§.j.de acquir. poſſeſ. & ibi gloſ.
quam videbitis per vos.

Qui potiores in pigno.habean. Rubr.

Rubrica noſtra continuatur ad præce
dentia hoc ordine: Dictum eſt ſuprà,de pi
gnoribus:verùm quia quandoque ad idem
pignus plures creditores concurrunt , &
dubitatur quis ſit potior : idcirco ſubne
ctitur hæc rubrica,qui potiores in pignor.
habeantur.

2 *Tantum valet conſignatio , & depoſitio , quantum ipſa ſolutio.*
3 *Creditor ſecundus , ſoluendo priori debitum , confirmat ſibi pignus.*
4 *Et econtra poteſt primus debitor offerre ſecundo.*
5 *Nec primus creditor poteſt ad hoc compelli.*

LEX I.

1 QVi pignus.† Secundus creditor ſoluens priori,vel con
ſignans , & deponens id ,
quod ei debetur , in locum
prioris ſuccedit,& cõfirmatur ſibi pignus.
2 hoc dicit. Nota † quòd tantum valet con
ſignatio,& depoſitio,quantum ipſa ſolu
3 tio. Secundò nota † quòd ſecundus cre
ditor ſoluendo priori debitum , confirmat
ſibi pignus. Modò pro declaratione legis
noſtræ quæro : dicitur hic quòd ſecundus
4 creditor poteſt offerre primo † : ſed quid
econuerſo,nunquid primus poteſt offerre
ſecundo. Breuiter habetis dicere quòd ſic.
Videtur tex.in l. Paulus.§.qui pignoris.ff.
5 quibus modis pigno.vel hypo.ſol. † Sed
iuxta hoc quæro , nunquid primus poſsit
ad hoc compelli. Breuiter tex. non.j.eod.l.
prior quidem creditor.

2 *Qualiter intelligatur qui prior eſt tempore,potior eſt in iure.*
3 *Et quæ ſit differentia inter pignus prætorium, & conuentionale. & nu. 1.*

LEX II.

1 SI decreto. † Cùm plures creditores con
currunt circa idem pignus præto
rium,& ſunt diuerſorum titulorũ:qui prior
eſt tempore,potior eſt in iure.hoc dicit. Ha
betis notare quod dixi in ſummario.Modò
opp.dicitur hic quòd in pignore prætorio,
qui prior eſt tẽpore,potior eſt in iure. Con
tra:imò videtur quòd creditores debent cõ
currere vt l.fina.ſ.de bo.auth.iudi. poſsid.l.
is cui.§.ſi plures.& §.qui prior.ff.vt in poſ
ſeſ.lega. Sol. Aut creditores ſunt eiuſdem
tituli: & tunc cõcurrunt: & ita intelligatur
contrariũ. Aut ſunt diuerſorũ titulorum: &
tũc qui prior eſt tempore potior eſt in iure:
a ita intelligatur hic.Sed contra [a] iſtam ſolu.
inſtatur,& videtur ꝙ indiſtinctè qui prior
eſt tẽpore,potior eſt in iure;vt l.ſi fundũ.&
diuerſis . infra eodem. Sol. Dic quòd in lege contraria loquitur
de pignore conuentionali. Sed contra iſtam ſolutionem inſta
tur de l. licet . & authentica ibi poſita infra eodem . Pro quo
rum ſolutione dicas ad præſens duo verba. Nam quandoque
plures creditores prætendunt ius in pignore cõuentionali: & hic
2 eſt notare regulã,& inſtantiã à regula.†Regula eſt,ꝙ qui prior ẽ
tẽpore,potior eſt iure'.Fallit l.licet.& in auth.ibi poſita j.eo.& in
caſibus ibi no.in l.diuerſis.j.e.Qñq; plures creditores prętendũt
ius in pignore p̃torio: & tũc aut ſũt eiuſdẽ tituli: & tũc cõcurrũt:
vt.l.fi.ſ.de bo.auto.iud.poſſ.l.is cui.§.ſi plures.& §. qui prior. ff.
vt in poſ.lega.Si verò ſunt diuerſorũ tit.tũc qui prior eſt tẽpore,
potior eſt in iure:vt hic.Quãdoq; quidã creditores prætendunt
in pignore cõuentionali:quidam in prætorio:& tunc habet locũ
l.ſi poſtquam.ſ. vt in poſ.lega.Et de materia huius legis dic vt
plenè no.per Dy.in c.qui prior.extra,de regu.iu.lib.vj. Quæ
3 rit glo.noſtra†quæ ſit differentia inter pignus prætorium,& iu
diciale:dic vt no.hic per gl.quã ſigna:& in rub.de præt.pig.vide
per me aliã differentiã in l.à diuo Pio.§.ſi ſup rebus.ff.de re iud.

2 *Reipublicæ appellatio,etiam refertur ad aliam ciuitatem,quàm ad Romanam.*

LEX III.

1
b CVm rempublicam.†Habens ius pignoris in re præfert[b] agẽ
ti perſonali actione.h.d. Nota quod dixi in ſummario.
2 †Secũdò no.ꝙ appellatio Reipublicæ etiam refertur ad aliam
ciuitatem,quàm ad Romanam,vt hic. Sed contra iſtud vlti
mum oppo.de l.eum qui vectigal.de verb.ſigni.Sol.ſecundùm
gl.dic ꝙ Reſpublica propriè ſumendo,intelligitur de Republica
Romanorum.Impropriè autem quandoq; ſumitur pro quali
bet alia ciuitate:vt hic.Vel dic ꝙ hoc contingit ratione adiuncti:
quia ad verbum Reipublicæ adiungitur hic Heliopolitanorum:
ſecus ſi indiſtinctè profertur:vt d.l.eum qui vectigal.& ibi plene
no.per Dyn.

SI fundum. Qui prior eſt tempore,potior eſt in iure. hoc dicit cum l.diuerſis.j.eod.
Contra l.diuerſis.oppo.de l.licet.& authẽ.item poſſeſ
ſor.aliàs,ſi prior.j.eo.Sol.Caſus eſt ſpecialis in lege cõtraria. Itẽ
opp.de l.interdũ.ff.eo.ti.Sol.Ibi etiam eſt caſus ſpecialis. Item
oppo.de l.ſcripturas.j.eo.Sol.ſecundùm gl.& ibi eſt caſus ſpecia
lis. Vnde habetis notare regulam,& inſtantiam à regula.Regu
la.eſt:hoc fallit in caſibus legis contrariæ.& ideo ſigna gl.hic po
ſitam,quæ enumerat caſus.

1 PRior.†Prior creditor non habet neceſſe offerre ſecũdò : ſed ſecundus offerens primo cõfirmat
ſibi pignus.hoc dicit.

1 SI generaliter.†Habens cauſam à primo creditore : non poteſt inquietare.
h.d.iſta lex.

2 *An ille,ex cuius pecunia res emitur,habeat priuilegium inter perſonales actiones.*
3 *Si debitor primò obligauit mihi omnia bona ſua deinde eadẽ obligauit Sempronio: & poſt acquiſiuit bona:quis præferatur.*

c
1 LIcet.[c] Iſta eſt optima lex , & in ſumma hoc dicit.
†Licet regulariter qui prior eſt tempore,potior
eſt in iure:tamen ſi ex pecunia creditoris ſecundi ſit res
empta,& eidem ſpecialiter obligata:ſecũdus eſt potior. Nota.
quod dixi in ſummario. Opp.dicit̃ hic ꝙ res cõparata ex pecu
nia creditoris,eſt ei obligata. Contra de l.quãuis.ſ.in quib.cau.
pig.tac.cõtrah.Sol.Aut ex pacto res empta obligatur: & tũc ha
bet locũ lex noſtra.Aut nõ ſit aliquod pactũ: & tunc habet locũ
lex cõtraria.Sed cõtra iſtã ſol.inſtatur, & opp.de l.interdum.ff.
eo.tit.Sol. Ibi eſt caſus ſpecialis:vt ibi no. & no.in l.diuerſis.j.eo.
2 Quæro pro declaratione legis noſtræ†nũquid ille,ex cuius pe
d cunia[d] res emitur habeat priuilegiũ inter actiones ꝑſonales.Qui
dam dixerũt quòd nõ,ꝑ l.ꝓcuratoris.§.planè.ff.de tribu. Ioã.hic
fuit cõtra opi.tamẽ nihil allegat,dicens ꝙ debet habere priuile
gium inter ꝑſonales actiões.Hãc opi.tenet Iac.But.ꝑ l.qđ quis.
ff.de priuile.credi. Quæro : ecce mutuaui Sempronio centũ &
obligauit mihi oĩa bona ſua. Itẽ Titius mutuauit eidẽ cẽtum &
etiã obligauit omnia bona ſua:poſtea Sẽpronius debitor acquiſi
uit plura bona:quæro in iſtis bonis poſtea acquiſitis quis ſit po
tior. Primò videt̃ ꝙ potior ſit ille,qui prior eſt tẽpore:vt l.ſi fun
dum.ſ.eo.& l.diuerſis.j.eo. In contrarium videtur l.ſi is qui.ff.de
iure fiſ. Quid dicemus? Glo.in l.idemque.§. fi.ff. eod.dicit,ꝙ iſti
creditores debent concurrere: & eſt ſpeciale in fiſco ꝙ præfera
tur:vt d.l.ſi is qui.Iac.de Aret.per l.iſtam tenet contrarium: & di
cit,ꝙ caſus eſt hic: & verum dicit viſo meo : quia vos videtis ꝙ

a ¶Sed contra . Vide Bal.in l.cũ vnus.ff. de bo.autho. iu.poſ.

b ¶Præfertur . Idem tenet in l.a diuo pio. ff.de re iudi.

c ¶Licet.Hãc legẽ vide multipliciter limitatã per gl. in authen.vt exa. inſtan. do. Adde in quantũ Bar.format q.de debitore,qui ſe ſucceſſiue duobus obligauit , & poſtea bona acquiſiuit:quis prę feratur. Spec. in tit. de obl.& ſol.§.j.verſic.ſed quid.& Ioan. and.ibi cum limitatione ibi per me poſita , ſcilicet ꝙ prior creditor præferẽ ſecũdo in rebus poſtea acquiſitis , niſi ſecũdus ſit priuilegiatus,& primus non. Ita limitat Bald. dictum Iaco. de Aret. eius cõſi.ccclxxxix. j.lib.

P. PAV. P.

c ¶Licet. Vide Lancelot.Dec.in l.creditor.la.j.ff.ſi certũ petatur.

d ¶Cuius pecunia.Si res emitur ex pecunia mea , habeo priuilegium inter perſonales. Bar. tamen in dicta l.quod quis. non bene firmat ibi in fine, dum voluit hoc forte in priuilegio nauis emptæ eſſe, & non aliarum rerum : & in alio caſu quo hoc ſit verum limitatur ibi per gl. & Barto. ſi ſpecialiter ad hoc ſit mutuata. Item ſi mutuata eſt gratis : alias ſecus.Et adde l.qui in naue.eodem titu.& l.fina. & authen. ibi poſita.ſ. de pignori. Sed Ludo. de vrbe in l.ſi cum dotem.§. finali. ſoluto matrimonio , tenet etiam quod ſi datur pecunia vt res ematur, dominus pecunię nõ habet priuilegium, per l. procuratoris. §.plane. de tribu.& vide quæ dixi poſt Bart. in l. quamuis. la iij.ſupra,de pign. Cogita per authen. quo iure. j.eod. vbi gloſ. tenet quod talis mutuans vt res emantur habet tacitam hypothecam.

hic tractatur de bonis poſteà acquiſitis: &
dicit ꝙ ſecũdus creditor eſt potior: ſi res fuit
empta ex pecunia ſua, & eidem ſpecialiter
obligata: quaſi velit dicere, ꝙ ſi ſpecialiter
non fuiſſet obligata iſta res poſtea acquiſi-
ta, ꝙ nõ eſſet potior ſecũdus, imò primus eſ
ſet potior: & ſic nõ cõcurrunt: vt dicit gloſ.
imò qui prior eſt tẽpore, potior eſt in iure.
Facit optimè l. fi. in prin. ff. eo. pro opi. Iac.
cõtra gl. intelligendo tex. vt iacet. Præterea
cõuentio eſt illa, quę acquirit ius in pigno-
re, nõ acquiſitio ipſius rei: vt l. j. ff. de pig. ac.
Vnde debet inſpici cõuentio, tanꝗ̃ princi-
palior: nec debet inſpici acquiſitio rei: & ſic
concluditur ſecundũ eũ, qui prior eſſet ẽt
in poſtea quęſitis debeat pręferri ſecũdo: et
credo ꝙ ſit ipſa veritas. Tex. eſt hic, &c.

2 *Allegans contraria non debet audiri.*
3 *Mendax punitur in translatione poſſeßionis.*
4 *Prior creditor negans rem eius eſſe, à quo cauſam habuit, & volens incõtinenti probare de proprietate eius, non debet audiri ante translationem poſſeßionis in alium factam. & nume. 1.*
5 *Sed in alia inſtantia translatione poſſeßionis facta in aliũ creditorem, poteſt dicere ſe eſſe potiorem.*
6 *Et translatio poſſeßionis fit per officium iudicis in ſecundum creditorem.*

a ITem poſſeſſor. [a] Iſta authẽ.
ponit aliũ caſum ſpecialem, in quo
prior tẽpore nõ eſt potior iure. Breuiter di-
1 cit. † Poſſeſſor. prior creditor negans rem eſ
ſe eius à quo cauſam habet, & poſtea alle-
gans rem eſſe potiorem tempore, cõtra ſe-
cundũ creditorem nõ auditur: imò poſſeſsio
ne priuatur. h. d. No. ꝙ dixi in ſummario.
2 Secũdò nota † ꝙ allegans cõtraria, non de-
bet audiri: vt hic, & l. j. ſ. de fur. cũ ſi. Tertiò
3 nota † ꝙ mẽdax punitur in trãslatione poſ-
ſeſsionis, vt hic in tex. Ad idem l. fi. ff. de rei
ven. Modò pro declaratione noſtrę authẽ.
4 † quęrit glo. vtrũ iſte primus creditor vo-
lens incõtinẽti probare de proprietate eius,
nunquid debet audiri? Primo videtur ꝙ ſic,
quia dolo videtur facere ſecundus creditor,
petendo rem quã haberet neceſſe reſtituere
priori creditori: vt l. dolo. ff. de do. excep. In
contrarium determinat glo. noſtra, & bene
ſecundũ noſtros doct. quia in iſto poſſeſſo-
rio non habet locum regula, dolo facis. Ra-
tio eſt: quia hic nulla eſſet pœna mendacij,
ſi non transferretur poſſeſsio in ſecundum
creditorem. Nam tunc non habet locum re
b gula [b], dolo facis: licet in alijs poſſeſſorijs
adipiſcendæ poſſeſsionis habet locum: vt
plenè ſolet notari, per Dy. in c. qui ad agen-
dum. extra, de reg. iur. li. vj. & per dñm meũ
plenius in l. incerti. ſ. de interdict. & l. natu
raliter. §. nihil commune. de acquiren. poſ.
5 † Quærit gl. ecce creditor primus nega-
uit rẽ fuiſſe debitoris, à quo cauſam habet:
poſtea vult dicere ſe eſſe potiorem in alia in
c ſtãtia [c] iudicij, facta trãslatione poſſeſsionis,
in ſecundum creditorẽ: nũquid poteſt? Vi-
detur ꝙ nõ, quia eſt ſibi cõtrarius & per cõ
ſequẽs repellẽdus: vt d. l. j. j. de fur. In contra
rium determinat gl. noſtra hic, quam ſigna,
dicens, ꝙ in alia inſtantia hoc poteſt facere
primus creditor. ar. l. Papinianus. §. ſed nec
impuberis. ff. de inoffic. teſt. vbi contrarie-
tas circa diuerſa toleratur. Et vide gl. fi. ibi:
ſed nunquid, &c. quam no. Et ſic concludit
iſta gl. ꝙ etiam in agitatis intra eaſdem per-
ſonas, non præiudicat in alio iudicio. Cuius
contrarium ſolet notari in l. is apud quem.
ſ. de eden. & ibi plenè per doct. Et ſimilem
gl. habetis & clariorem in §. illud. in authen.
de triente & ſemiſ. in princ. gloſſ. magnæ.
6 † Quæro, quo iure fiat translatio poſſeſ-
d ſionis [d]. Dic ꝙ fiat per officium iudicis. vt
no. in d. §. illud. in gl. magna.

1 HOs qui. † Habẽs ius reale, prę-
fertur habẽti priuile-
gium pſonale. h. d. gl. Hic enumerat
certas perſonas, quę habẽt priuilegia perſo-
nalia: & quæ ſint iſtę perſonæ: & quis præ-
feratur in priuilegijs pſonalibus, dic vt ple
e nè no. per glo. [e] & Dy. in l. priuilegia. ff. de
priuileg. cred.

1 *Creditor non poteſt excludere vxorem debitoris ſoluto matrimonio à iure pignoris, niſi offerat ſibi dotem.*
2 *Conſtãte autem matrimonio, nec offerre dotem, nec vxor excludere poteſt.*

1 CVm tibi. † Secũdus creditor
non offerẽs, vel nõ
ſoluẽs priori creditori debitum ſuũ,
eidẽ in aliquo nõ p̃iudicat. h. d. Nota quod
f dixi in ſummario. Secũdò nota [f] ꝙ † credi-
2 tor non põt excludere vxorẽ debitoris à iu
re pignoris, niſi offerat ſibi dotẽ: vt hic: ſed
hoc eſt verum ſoluto matrimonio. hic appa
3 ret in tex. Sed † quęro, nunquid creditores
mariti conſtãte matrimonio poſsint occu-
pare bona mariti, ꝓ iure crediti, volẽtes of-
ferre dotem vxori. Certè non, quia adhuc
actio de dote non competit neqꝫ eſt caſus,
ĩ quo dos poſſet ſolui cõſtãte matrimonio:
ſed ſoluto matrimonio bona mariti credito
res poſſunt occupare, offerẽtes dotem vxo-
ri: vt hic, ſecundum Iac. de Are. quod perpe
tuò tene menti.

2 *Scriptura, ex qua fit comparatio, debet habere ſubſcriptionem trium teſtium.*
3 *Subſcriptio trium teſtium, non eſt neceſſaria in ſcriptura, ad quam probandum fit comparatio, ſed præſentia eorum ſic, quando debitor ſcripſit.*
4 *Soli comparationi omnino non creditur, & teſtibus de ſcriptura deponentibus omnino non creditur.*
5 *Scriptura cõtinens ſubſcriptionem partium, & à debitore confeſſata, probat contra ipſum debitorem: nõ contra alias perſonas, niſi habeat ſubſcriptionem trium teſtium.*
6 *An priuata ſcriptura probet.*

g SCripturas [g] † Breuiter di-
1 cit ſecũdum Ia-
cob. Butri. Si debitor debitum ne-
h get, & ſcripturã fateatur, [h] præiudicat ſibi,
& ſcriptura probat contra eum: non autem
præiudicat alijs, vt puta creditoribus hypo
thecam prætendentibus: niſi fortè haberet
ſubſcriptionem trium teſtium. hoc dicit. Et
ad euidentiam nota quòd quandoqꝫ debi-
tor confitetur ſcripturam, & debitum: &
iſte caſus non eſt dubius. Quandoqꝫ de-
bitor fatetur debitum, ſed non ſcripturam,
& de hoc non eſt curandum, niſi in caſu
fortè, in quo ſcriptura eſſet de ſolennitate:
vt l. contrahitur. ff. de pignoribus. Quan
doque debitor fatetur ſcripturam, ſed non
debitum: & tunc habet locum lex noſtra.
Quandoque debitor negat tam ſcriptu-
ram quam debitum: & iſto caſu habet
locum authen. ſi quis vult caute. hic poſi-
ta. Item debetis ſcire ad euidentiam, ꝙ eſt
2 quædam ſcriptura, † ex qua fit comparatio:
& iſta

a ¶ Item poſſeſſor. De huius intellectu vi- Barto. in l. ſi aliena. in princip. ſol. matr. Facit bonus text. in c. vaſallus. ſi de feud. fuer. contro. quod not. & vide ad not. quæſtio. per Cyn. Ray. et Imo. in l. Titiæ ſi nõ nupſerit. de cõdictio. & demõſt.
b ¶ Regula. In caſu huius legis not. habet locũ clauſula, dolo facis petere quod intus habes. Adde Bart. in l. fi. ff. de rei vendi.
c ¶ Alia inſtãtia. No. gl. ꝙ ſi ſum cõfeſſus in vno iudicio vnũ, poſſum contrarium dicere in alio iudicio ad aliũ effectũ. Ita allegat iſtam Ange. in corpore in l. ij. §. hoc edicto. in fi. ff. de vi bo. rapt. vide tamen quæ notat Bal. in authẽ. nouo iure. j. de pœna iu. & quæ no. in l. diuus. de cuſto. reo. cum materia. Et pro eo qđ dixi, eſt apertum dictum Innocẽ. vbi fortius dicit, in cap. mulieres. de iureiu. Quod dictum refert Bald. in authẽ. contra in vlt. colum. de nõ nume. pec. in c. ſi creditoribus. in princip. ſ. de ſer. pig. dat. manu. prædictis adde tex. gloſſ. & Bald. in l. pen. de inge. manu. Et pro iſta glo. allegatur tex. in l. Aurelius. §. fi. de libe. & lega. & vide Bal. in l. is apud quem. in vltim. col. & quod ibi dixi. & Barto. in d. §. ſed nec impuberis. & vide Alexan. in l. magiſtratibus. in iij. col. ff. de iuriſdict. om. iudic.
d ¶ Translatio poſſeſsionis. Adde in ſimili Bartol. in l. j. in fina. ſ. de plus petitio.
e ¶ Per glo. Et quantum gl. mentionem facit de ſpon. vide glo. & Bart. in d. l. j. de priuileg. credi. & qđ no. gl. & Bar. in d. l. priuilegia. ff. de priuileg. credi.
f ¶ Secũdo no. Adde Bart. in l. ſi conſtante. in vij. q. principalis quęſtiõis. vbi fortius dicit poſt Cyn. hic: licet illud cõmuniter reprobetur, nõ tamẽ videtur hic reprobari. Et vide Bal. in l. vbi adhuc. ĩ iij. co. ſ. de iure dot. & Angel. & Imol. in l. j. in vij. colũ. ff. ſol. mat. & vide glo. ſi conſtãte. & quod ibi dixi. Adde quod Bal. conſil. cclxxij. j. lib. ſequitur hic Iac. de Aret.
g ¶ Scripturas. Vide ꝑ hæc domi. Ludo. Ro. in conſi. ccxcix. Andreas Barb.
h ¶ Et ſcripturã fateatur. Et dũ hic tex. requirit ſubſcriptionẽ virorũ, qđ ſi eſſent fœminæ: videtur dicendum ꝙ ſit idẽ, ꝑ id qđ no. Bal. in c. licet vniuerſas. de teſ. dũ dicit illũ tex. qui loquit̃ in teſtibus videri extẽdi ad fœminas: ſecus ĩ ſtatutis, quod pẽdet ex hoc, an maſculinum concipiet fœminum: de hoc in l. j. ff. de verb. ſigni. no. tex. hic qđ ſcriptura facta a tabellione, ſi nõ continet ſolẽnia, vel tabellio non eſt negatus ĩ forma tabelliõis, dicit̃ ſcriptura priuata. Ita no. Bal. in l. fi. ſ. ſi cer. pet. ꝑ iſtũ tex. et idẽ Bal. in rub. ſ. de fide inſtru. in fi. quartæ col. Et ibi etiam an in dubio præſumatur rogatus vt tabellio. & hoc ĩ verſ. itẽ debetis ſcire ſcripturã, ex qua fit cõparatio, debere habere ſubſcriptionẽ triũ teſtiũ: ſed ſcriptura, ad quã probãdã fit comparatio, nõ requirit ſubſcriptionẽ teſtiũ, ſed oportet teſtes ĩ ea deſcriptos, ſuperuiuere, & deponere qđ fuerint præſentes. Et ad hoc vltimum adde Bal. in authen. ſed nouo. in vij. col. ſi cer. peta. & quod ibi dixi. & Bart. in ea l. in fin. vbi allegat glo. in §. ſi quis igitur in authẽ. de fi de inſtru. Sed vide authẽ. hic poſitam, & ibi Bal. qui forte videtur tenere contrarium. Sed dicit quod poteſt per alios non ſcriptos, licet ſubſcripti ſint mortui, & loquitur. in ſcriptura. & vide in lege comparationes. quod Bar. in authenti. at ſi cõtractus. in princip. eodem titu. & Bal. in dicta lege comparationes. in iij. coliina probatur in authentica hic poſita. Et quid ſi in caſu huius legis ſcriptura non habet ſubſcriptionem a teſtibus approbatam: an habeat locũ hæc lex. & de intellectu eius. vide Paul. de Caſt. in conſili. cccxc. Ad materiam huius legis, vide Bal. conſi. cxxiiij. et plene conſi. cixviij. per Ro. conſi. cciiij. & ccclxxiij. An autem ſi ſit ſtatutum, quod publicum inſtrumẽtũ præualeat chirographo ſubſcripto trino teſte, vide Bal. cõ. iv. j. li.

& iſta debet habere ſubſcriptionem trium
teſtium. † Et eſt alia ſcriptura, ad quã pro-
bandum ſit comparatio: & in iſta non eſt
omnino de neceſsitate ſubſcriptio trium
teſtium: ſed ſufficit, ꝙ teſtes ſuperuiuãt, &
deponant ſe fuiſſe præſentes, quando de-
bitor ſcripſit ſcripturam illam. Item debe-
tis ſcire ad euidentiã, ꝙ teſtibus de ſcriptu
a ra deponentibus non omnino creditur: [a]
4 quia faciliter poſſunt errare. † Item cõpa-
b rationi ſoli, omnino non creditur: [b] quia
quandoque mutatio calami, atramẽti, &c.
inducunt diuerſitatem ſcripturæ: vt in au-
then. de inſtru. cau. & fid. §. j. col. vj. Et de
his habetis bonam glo. in §. ſi quis igitur.
de inſtru. cau. & fid. vnde ſumitur hæc au
then. & vide glo. ibi quæ incipit, ſi ago de-
poſiti. Item debetis ſcire ad euidentiam, ꝙ
teſtes, qui ſe ſubſcribunt in iſtis ſcripturis,
non deponũt de veritate rei: vtrum fuerit
verũ quod in ſcriptura deductum eſt, an
non: quia ſufficerent duo teſtes in hoc ca-
ſu. vt l. vbi numerus. ff. de teſti. no. in d. §. ſi
c quis igitur. ſed deponunt ſe cognoſcere [c]
ſubſcriptiones ſuas, vel fuiſſe præſentes
quãdo debitor ſcripſit: vt not. in d. §. ſi qs.
Nota primò quod dixi in ſummario.
5 Secundo nota magis diſtinctè, † quòd
ſi debitor propria manu ſubſcribat, licet
teſtes non ſint ſubſcripti: tamen ſi talis ſcri
ptura habet ſubſcriptionem partium, & à
debitore ſit confeſſata, contra ipſum debi
torem probat: non tamen probat cõtra a-
lias perſonas, niſi habeat ſubſcriptionem
trium teſtium: vt hic habetis in fi. Et ratio
huius vltimi poſſet eſſe: qa ſi talis ſcriptu-
ra probaret contra extraneos, de facili de-
bitor poſſet præponere poſteriorem cre-
ditorem priori: quod eſſet abſurdũ. Opp.
modò dicitur hic ꝙ iſta talis ſcriptura ha-
bet ſuum robur: cõtra de l. inſtrumenta. ſ.
de proba. Quid dicemus? Dixerunt qui-
dam. inter quos fuit Plac. ꝙ iſta lex nõ po
terat intelligi, & erat fatua: quia contra
omnia iura de Mundo. Iſta ſolu. eſt falſa:
quia cũ Imperator habeat omnia iura in
pectore ſuo, non eſt veriſimile quòd ſta-
tuat contra ius: quare alij, vt Io. intellexe-
runt iſtã legẽ: qñ creditores plures vigore
talis ſcripturæ priuatæ petunt ſe mitti in
poſſeſsionẽ bonorum debitoris: quo caſu
audiũtur contra ipſum debitorẽ: ſed cõtra
alios bona debitoris poſsidentes non au-
diuntur. Ita intellexit Io. Iſte intellectus
d nullo modo applaudit literę: quare dicas [d]
ſecundũ gl. ꝙ iſta talis ſcriptura à debito-
re cõfecta habens ſubſcriptionẽ partium,
vel alterius earũ, vt puta, debitoris, & ſic
cõfeſſata à debitore, vel aliter probata, vt
per teſtes, ꝙ ſit ſcriptura debitoris: certè ta
lis ſcriptura probat cõtra ipſum debitorẽ:
quia nõ poteſt venire cõtra confeſsionem
ſuã. Et ita debet intelligi hęc lex. & ſic ſol-
uitur contrariũ de l. inſtrumẽta. ſ. de ꝓba.
Sed cõtra ſolu. inſtatur de præallegato §. ſi
quis igit̃. in fi. in auth. de inſtru. cau. & fid.
col. vj. Pro cuius ſolutione breuiter ſic di-
cas: & fuerũt iſta verba Iac. de Bel. in prę-
alle. l. inſtrumẽto. & idẽ quodãmodo vi-
debatur ſentire do. meus in l. admonendi.
6 ff. de iureiurã. † Vnde cũ quæritur, nun-
quid priuata ſcriptura probet. Reſpõ. Aut
priuata ſcriptura eſt ſine cauſa, aut cũ cauſa. ſi eſt ſine cauſa, nõ
habet locũ: vt l. cũ de indebito. §. fi. ff. de proba. & quod ibi not.
per gl. in l. generaliter. ſ. de non nu. pec. & dic vt ibi per Cy. ſe-
cundũ Iac. de Aret. & in l. ij. §. circa. ff. de doli excep. Si verò pri
e uata ſcriptura [e] eſt cum cauſa: tunc dicas ꝙ aut eſt cõfeſſata per
debitorẽ, aut per teſtes probata ꝙ debitor ſcripſit: & tunc talis
ſcriptura probat. Ita debet intelligi hæc lex, vt not. hic, & in d.
§. ſi quis igitur. de inſtr. cau. & ibi eſt bona gl. quę incipit, ſi ago
depoſiti. & dic vt ibi. Si verò talis ſcriptura eſt negata: tũc aut
habet ſubſcriptionẽ trium teſtiũ, qui ſuperuiuant, & deponant
ſuper ſubſcriptionibus ſuis, vel deponant ꝙ debitor dictã ſcri-
pturam ſcripſit, & fuerunt præſentes: & tũc talis ſcriptura pro-
bat, coadiuuante cõparatione tamẽ: vt not. in d. §. ſi quis igitur.
f Si verò non habet [f] ſubſcriptionẽ trium teſtiũ: habet tamen ſub-
ſcriptionẽ partium ſecundũ formã huius legis: tunc ſi confitea-
tur, probat. Ita debet intelligi lex noſtra. Si verò nõ habet ſub-
ſcriptionẽ trium teſtiũ, neque partiũ: tunc ſemiplenã probatio-
g nem inducit [g]. Ita debet intelligi gl. quæ eſt in l. admonẽdi. ff. de
iureiur. & glo. quam habetis in l. in bonæfidei. ſ. de iureiur.

h SI quis uult. [h] Iſtam authen. recitaui tibi ſuprà, in l. ſcripturas.

2 *An priuilegium huius legis debeat dari filijs eiuſdem matrimonij, an etiam alterius? & nume. 12.*
3 *Mulier pro dote habet tacitã hypothecã & priuilegiatã, vt præferatur alijs. & nu. 1.*
4 *Non debemus vnum altare diſcooperire, & aliud cooperire.*
5 *Mulier habet tacitam hypothecam à tempore dotis datæ vel promiſſæ.*
6 *An mulier præferatur omnibus creditoribus & omnibus hypothecis.*
7 *Et habet iſtud priuilegium in bonis ſoceri, ſi ipſe recepit dotem, vel in inſtrumento cõfeſſus eſt eam recepiſſe. & nu 11.*
8 *An habeat locum tacita hypotheca in rebus quæſitis per hæredem.*
9 *Bona hæredis non veniunt in generali obligatione defuncti.*
10 *Priuilegium huius legis habet etiam locum in matrimonio putatiuo: & competit etiam ſponſæ.*

i ASſiduis. [i] † Mulier habet priuilegium, tam in per-
1 ſonali actione, ꝗ̃ in reali, vt præponatur
creditoribus prioribus tempore, tacitam hypothecã ha
bentibus: & hoc eſt verum, niſi aliàs dos pręcedat. Item hoc eſt
verum in dote, non in donatione propter nuptias. h. d. Et di-
nihil immutat: quia adhuc hodie requiritur litis cõteſtatio. Pro huius ergo declaratione, quia gloſ. noſtræ non bene declarant, dic. Aut agitur actione reali, aut perſonali, aut miſta. Si reali, aut in ea principaliter contẽditur de dominio, vel quaſi: & efficitur res litigioſa per ſimplicem conuentionem: vt hac auth. idem puto de ipſa actione reali eadem ratione. Aut non contenditur de dominio, ſed de alio iure principaliter: vt in confeſſoria, negatoria, & hypothecaria: & tunc res non efficitur litigioſa: vt in authentic. eodem. §. ad hæc. Efficitur tamen litigioſa ipſa actione per litis conteſtationem. Si vero agitur actione perſonali: tunc res nunquam efficitur litigioſa: vt not. in l. quãquam. §. j. de aqua pluuia. arcenda. ſed fit litigioſa ipſa actio per lit. conteſt. vt hac l. ij. Si vero agitur actione miſta: [a] tunc aut eſt actio vniuerſalis, aut ſingularis. Si actio vniuerſalis, tũc & olim & hodie efficitur litigioſa res, & actio per ſolam cõtrouerſiam: vt l. diuus. ff. de peti. hæred. & l. alienationes. familiæ erciſcun. Si vero eſt actio particularis: & tũc efficitur litigioſa res, & actio demum per litis conteſtationem, vt l. j. ſ. commu. diui. & ibi vidiſtis. Quid autem habeat operari vitium litigioſi, videbitis j. eo. l. fi.

Vicũque. Si legatur res, vel actio litigioſa, debetur litis æſtimatio litigio apud hæredem remanente. hoc dicit. Hoc eſt hodie immutatum per auth. nunc ſi hæres. quam vide.

1 *Sententia lata contra reum principalem, mandatur executioni, contra eum, qui rem litigioſam emit.*

Cenſemus. Contractus habitus ſuper re litigioſa eſt nullus, & qui ad eum ſcienter acceſſerit, legitime punietur exceptis quibuſdam caſibus hac lege expreſſis. hoc dicit. Opp. & videtur quod res litigioſa poſſit alienari[b]: vt l. j. ſ. de præſcri. long. tempo. Sol. Debetis ſcire, quod pœna litigioſi[c] de iure antiquo, non erat alia pœna, niſi quod poſſidens habebat exceptionem, & ex illo cõtractu habito ſuper re litigioſa non poterat conueniri: vt l. ij. ff. de litigio. erat etiam alia pœna, quod res litigioſa non poterat præſcribi: vt dicta l. j. ſ. de præſcriptione longi temporis. Hodie vero[d] eſt additum, vt contractus habitus ſuper re litigioſa, ſit ipſo iure nullus: vt hic. Quod eſt verum lite pendente. vt hic expreſſe dicit tex. ſi lis non penderet, quia perempta eſſet inſtãtia: licet duret vitium litigioſi, tamen venditio non impeditur, & contractus non annullatur: vt dicta l. j. ſ. de præſcrip. long. temp. Item eſt additum hodie de pœna, quæ imponitur ei, qui ad contractum litigioſum accedit, vel acceſſit: vt hic dicitur. Secundo opp. ad fin. l. noſtræ, & videtur quod res litigioſa non poſſit legari: vt ſ. l. proxi. Sol. lex precedens per iſtum finem corrigitur: vt hic finis corrigitur per authen. nunc ſi hæres.

Quæro, dicitur hic, quod ille qui emit, cogitur redimere rem: quæro qua actiõe. Gloſſ. dicit, condictione ex lege iſta. Ego autem dico[e] per legem iſtam eſſe introdu- 1 ctum † quod ſententia lata contra ipſum principalem reum, poteſt mandari executioni cõtra eum, qui rem litigioſam emit. Et hoc vult dicere tex. iſte, ſi recte inſpiciatur, quod clarius probo in repetitione l. creditores. ſ. de pig. Vlterius quæro, dicitur hic quod emptor, quãdo fuerit ignorans, reddit rem, recuperat pretium cũ tertia parte: an venditor, qui fuerit ſciens, puniatur in plus. Quidã quod non: quia hoc hac lege non exprimitur: ergo &c. & hoc puto verum. Quæro, qua actione aget emptor contra venditorẽ, & venditor contra emptorem. Dicit gl. & dicit verum, ꝙ condictione ex hac lege, vel actione in factum. Hanc glo. intellige eo caſu, quando vterq; non participat dolum: nam tunc vnus non poſſet agere contra alium: vt l. viro atque vxore. ff. ſolu. mat. Et facit ſic ad quæſtionem de duobus contrahentibus, quorum neuter ſoluit: de quo dixi in l. cũ mulier. ff. ſol. mat. Quęro, ad iſtud[f] ſimplũ, quod fiſco debet applicari quis aget. Dicit glo. quilibet admittetur ad agendũ. Vide gloſſ. & eſt not. & ea, quæ not. de popu. ac. ſuper rubric. & ibi dixi tibi. & de priua. delic. l. fina.

De contrahenda & committenda ſtipulatione. Rubrica.

LEX I.

Licet. Etiam ſi ſit ſcriptura priuata, faciens mentionem de promiſſione, in dubio intelligitur[g] per ſtipulationẽ. hoc dicit. Qualiter probabitur quod inter præſentes. Glo. dicit, quod in dubio præſumitur. Vide gloſ. & tene menti in fi. Materiam huius legis plene examino in l. ſciendum. de verb. oblig. & ſ. de vſu. l. j. & quod ibi not. & ibi dixi.

LEX II.

Si filiæ. Qui ſtipulatur filio ſuo, quærit ſibi. h. d.

LEX III.

Si cũ pecuniã tuam. Alteri ſtipulari nemo poteſt, & qui pecuniam alterius exigit, negotiorum geſtorum actione tenetur. hoc dicit.

Secundum. Qui ſtipulat̃ dare cui velit, ſibi ſtipulari videtur. hoc dicit.

Nuda. Hæc lex eſt difficilis: Quando ſtipulatio pœnalis incipit a præcedenti conuentione nuda: tunc committitur, cum ſuper prima lis fuerit conteſtata. hoc dicit, ſecundum vnam lect. vel cum fuerit conteſtata ſuper iſta actione pœnali. hoc dicit, ſecundum aliam lec. Opp. ſtipulatio pœnalis non poteſt committi, niſi præcedat mora: vt l. ſi penum. ff. quando dies lega. ced. & l. ita ſtipulatus. ff. eo. ſed hic non poteſt præcedere mora: quia eius, quod in promiſſione nuda venit, non eſt petitio: ergo nec mora: [h] vt ff. eod. l. ſi pupillus. Sol. dicunt quidã, ꝙ eſt verum, ꝙ non poteſt quis eſſe in mora in naturali obligatione, quantũ ad illud quod in obligatione deuenit: ſed quãtũ ad alia ſic, vt quo ad ſtipulationẽ pœnalẽ: vt hic. Iſtud eſt cõtra caſum l. lecta. §. ſed cũ ſortis. ff. ſi cer. pe. Propter qđ gl. tua hic dicit, & bene, ꝙ hæc ſtipulatio pœnalis nõ cõmittit̃ ex mora: ſed ex cõditionis euẽtu. Per litis enim cõteſtationẽ videt̃ exiſtere cõditio pœnalis ſtipulatiõis. Cõtra hoc opp. ſine actiõe nemo experitur: vt l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de ne. geſt. Sed de eo quod venit in pactiõe nuda, nulla eſt actio: ergo &c. nõ poteſt ergo lis cõteſtari. Sol. dicit gl. ꝙ hic fuit

a ¶ Actiõe miſta. Vide quæ dixi poſt Barto. in l. j. ff. eo. & no. Bar. & doc. in l. j. ſ. cõi diuid. & ibi ꝑ Bald. in ij colũ. vbi plene ponit. Item an eodem libello, & ex eadem inſtantia poſſit agi contra illũ, in quẽ eſt facta alienatio: de quo j. e. l. fi. Et ꝙ in perſonali nõ cõtrahit̃ vitiũ litigioſi. Ang. & Bald. hic. auth. litigioſa. ſecundũ Inn. in c. eccleſia. vt lit. pẽ. Idem dicit Bal. in l. non ſolũ. in lectura antiqua. de in integ. reſtitu. ꝙ ſi ego ſum accuſatus ex tali crimine ex quo veniãt bona publicãda, & alieno pẽdẽte accuſatione: tamẽ nõ incidant illæ res in vitiũ litigioſi: licet fiſcus debeat illa reuocare, ſecundũ ea, quæ habentur in l. poſt cõtractum. ff. de don. Item ſi inter duos eſt cõtentio de deponenda, & vnus moriatur: nihilo minus dicitur res litigioſa. Bal. in l. lites. ſ. de libe. cau. ſi vnus moriatur. Bal. dicit nihilo minus.

b ¶ Res litigioſa non poteſt alienari. Limita non habere locum in alienatione, quę fit in fiſcũ. Tex. eſt in l. ſi conſtante. §. fi. ff. ſol. mat. Et ibi per Imo.

c ¶ Pœna litigioſi. Quæ pœna erit contra alienantẽ rem litigioſam, adde Bar. in l. j. in prin. de iure fiſci. Facit quod no. in l. pomponius. §. cum quis. ff. de acq. poſ. §. ſeq.

d ¶ Hodie vero. Vide Ang. in authẽ. de litig. circa finẽ prin. quo ad ipſum litigãtẽ, vt vlterius præſcribi non poſſit. d. l. j. de præſcrip. longi tempo. & melius declarat Ange. in l. j. §. j. ff. de liti. Nam per tale vitium litigioſi, perpetuatur actio ĩ xxx. annos. l. fina. de præſcrip. xxx. anno.

e ¶ Ego autem dico. Adde iſtam limitationem, ad doctrinã traditam in l. ſæpe. de re iudi. & vide ꝑ Bar. in l. creditores. in viij. col. in iiij. q. principali. in verſic. iudicamus. Nã ius exequendi. & ad idẽ Sali. in l. v. ſ. cõmuni diui. & Bar. in l. j. ff. eo. & Ange. in authẽ. de litig. in prin. De hoc, & de materia huius tituli, vide bonam glo. in c. eccleſia ſanctæ Marię. el j. vt lite penden. & in Clemen. j. vt lite penden.

f ¶ Quæro ad iſtud. Vide do. Ioã. in c. eccleſia ſanctæ Marię. el j. de cõſti. & ibi vide, in quo Inn. diſcrepat cũ Bart. Andre. Barba.

g ¶ Licet intelligitur. Per hanc legem dicit Bal. in l. ſi ex pretio. ſi cer. pet. ꝙ quãdo cõſtat eſſe pactũ nudũ, nõ nouat obligationẽ: alias vigore inſtrumenti publici, ſemper præſumitur ſtipulatio. Vide Bar. in l. Titia. §. fina. de ver. obli.

h ¶ Mora. Hoc idẽ tenet in l. ſi pacto quo pœnam. & in l. ſtipulatio iſta. §. vlti. per illũ tex. de ver. obli.

Io: Ego vero Hanc sing q. Bar. intelligas ... pulchre intellexit Glo. ... in l. 13 ... antep. ubi plura in proposito.

a ℭ Veſtit præcedentem conuentionem. An pœnalis ſtipulatio veſtiat pce-dentem nudam conuentionem? De quo per Bar.in l.lecta.in ij.col.de verb. obli.et vide Bar.in l.ſi pacto quo pœnam.ſ.de pact.

b ℭ Magnam. Vide Bar.in l.ſi ex legati cauſa de ver.obl.per Bar.in d.l.ſi pacto quo pœnam ſupra de pact. Vide quæ dixi in l. Mutian.alias, mandati. poſt Bar.ff.de cond.& demon.Et hoc ītellige,vt per Bart. in d.l.ita ſtipulatus. in ver.ſecundo principaliter.et verſicu. quarto videndum. Et ad hanc legē vide Pau.de Caſt.conſilio xcvj.& Roma. in rub.de arb.Et dū dicitur in hac lege quod dies īterpellat pro homine,adde ꝙ hoc eſt verum ī die tacita.vt eſt glo.mēti tenenda,& Imo.ibi in l.ſi mora.ſolu. matrimo.& in c. potuit.de locat.in l.ij.ſ. de iure emphy. quā tene menti, ſecundū illam gl.quæ etiam probat illam eſſe in tempore adiecto miſerationis gratia:vt eſt tempus,an ad teſtationem dotis.Ita ergo ꝑ lapſum illius conſtituitur in mora,vt voluit illa notabilis glo.ſicut per lapſum cuiuslibet tēporis.Itē regula huius legis fallit in die parua,ſ.in qua ſit impoſsibile expediri.Ita dicit Bal.per illū tex.in l.ſi mihi et tibi.§.j.de leg.j. Qd' not. eſſe intelligendum ſecundum no. in l. continuus.§. illud.de verb.obli. Item quod hic dicit de die,hoc.etiam locum habet in hora, ſecundum Bal.in l.j. C.ne lice.tertio pro uo.qui allegat legē, quam non inueni.Item non habet locū iſta lex in die incerta:vt promitto cum eris legitimæ ætatis ſecūdū Bal.in l.ſi pacto quo pœnam . in iij.col.ſ.de pac. licet videatur loqui aliter Bald.in d.l. pacto quo pœnam. in v.col.& etiam ī pe. col.Et quod dixi de die īcerta,vide Bar. in l. ita ſtipulatus. de ver.obli.et quod dixi de die tacita,ad de quæſtionem ſimilem in l.ſi duo.§.fin. de conſti.pecu.in iij. q.et no.Bar. in rub. ſ.de conſti.pecu. & Bar.in d.l.ita ſtipulatus.in xxxiij. col. Sed de hac materia ſingulariter per Cy. et Bal.in l.fi.in § j.ſ. de iure dotium . Et de die tacita eſt tex. in leg.quoties ī die. iuncta leg . ſequen. & ibi Bartol. & Imol.de verb.ob.

P. PAV. P.

h ℭ Magnam . Vide Iaſ.& Soci.in l. ſi mihi & tibi.§ . j . in ij. no.ff.de le.j.& ī l.vinū.co.v.ff.ſi cer.pet.

c ℭ Veteris. Vide Bar.in l.ſi ſic.la grande.de verb.obli.

d ℭ Optimam.Et vide pro intellectu huius legis.Innocē.& alios in c.cum in iure.de offic.deleg.And.Barb.

d ℭ Optimam. Vide Lancil.Dec.authen.ſi quis in aliquo.in fi.C.de eden.& ibi Iaſ.col.vlt.verſi.vltra Barto.

lis conteſtata de facto ſuper eo, qđ deuenit in conuētione nuda. Alij dicunt:et iſta opi. Vltramon.ꝙ non requiratur cōteſtatio:ſed dicunt,quādo præcedit veſtita ſtipulatio, committitur per interpellationē quia omnis ꝓmiſſio ſimpliciter facta habet in ſe iſtam conditionem.ſ.ꝙ detur cū petiero:vt l.ſi decē cum petiero.ff.de ver.obli.ergo per ſimplicem petitionē extra iudicium cōmittitur ſtipulatio pœnalis. Nec obſt.text.qui facit hic mentionē de litis conteſtatione,quia hoc facit vt oſtendat pœnā eſſe cōmiſſam impurgabiliter. Dy.in c.non eſt in mora.de reg.iur.in vj. videtur tenere vtranque opin.Ego teneo opi. Vltramō.vt pleniſsimè examinabo ī l.ita ſtipulatus.ff.de verb.obl.in xij.col. Quæro,vtrum pœnalis ſtipulatio nouet præcedentem? Dic vt ibi dixi. Vltim. nota ꝙ pœnalis ſtipulatio non veſtit præcedentem conuentionem[a]. nudam.Rō: quia cum pœnalis ſtipulatio ſit acceſſoria ad primam non eſt æquum ꝙ acceſſoriū veſtiat principale.

SCrupuloſam. Siue poſt mortem ſuam cū morietur, ſiue prius quā morietur,quis fuerit ſtipulatus, valet ſtipulatio.hoc dicit.

MAgnam. [b]Dies interpellat pro homine.& vbi eſt dies,& pœna non admittitur moræ purgatio.h.d.ſecūdum lect. quā ego teneo.Hanc materiam plenè dic vt l.ſi inſulam.ff.de ver.obli.et glo.in leg.& ſi poſt tres.ff.ſi quis cau.

VEteris. [c]Promiſsio dādi,vel faciēdi ſimpliciter cōcepta porrigitur ad ꝓmiſſoris hęredes:idem ſi conferatur poſt mortem ꝓmiſſoris.h.d.cum l.ſeq. Oppo.de l. centeſimis.§.j.ff.eo.Sol.quædam ſunt facta,q̄ cohærent meræ perſonæ:et illa non tranſeunt ad hæredes:vt ibi.& l.j.§.ne autem. de cadu.tollen.Quædam ſunt facta,quæ merę perſonæ non cohęrent,ſed poſſunt per alium expediri:et iſtorū obligatio trāſit ad hæredes.Ita loquitur hic. Contra hoc opp.nunquam factum vnius videtur factum alterius:vt l.ſi non ſortem.§. libertus.ff.de cond.inde.Sol.factum vnius,nā videtur factū alterius verè,vel fictè.Hæc autem fictio habet locum primo,quando hoc agitur expreſsè:vt l.nemo eſt qui neſciat de duob.reis.et ibi no.Secundo, quādo confertur factum alterius in tēpus mortis:quia tunc videtur actum tacitè,ꝙ hæres faciat:vt l. fin.huius ti.Tertio,quando ille,qui facere promiſit,aliquo modo legitimo impeditur,vt morte,vel alio modo: vt hac l.et l.de pollicitationibus.ff.de polli.Prædicta vera,niſi eſſet electa īduſtria certæ perſonæ:vt l.īter artifices.ff.de ſol.

OPtimam. [d]Verba enunciatiua in contractibus prolata, probationem inter ipſos hæredes inducunt, donec contrarium doceatur. hoc dicit. Nota illud, quod dixi in ſummario, quod talia verba enunciatiua fidem faciunt inter contrahentes. quod facit ad fines plebanatus.Dicit glo. quam vidiſtis ſ.de iure delibe.in l.cum aliquis.ff.de leg.iij.l.prædijs.§.Titio.Secundo nota ex hac lege, ꝙ dies,& locus,debeant inſeri in inſtrumento[e].

De inutilibus ſtipulationibus. Rubrica.

LEX I.

EX ſtipulatione. Pupillus non poteſt obligari ſine authoritate tutoris. hoc dicit. Vtrum pupillus obliget naturaliter,vel nō: gloſ.tangit hic.Dic plene vt l.prima.ff.de nouatio.

LEX II.

LIbera. [f]Stipulatio pœnalis,nō valet in matrimonijs. hoc dicit.

LEX III.

VT inter. Inter abſentes non poteſt contrahi ſtipulatio,nec alteri ſtipulari. Item quādo petitur intereſſe,admittitur petitio incerta,certificanda per ſententiam.hoc dicit.Signa text.in fin.ibi:ob incertæ actionis &c.De quo videbitis in l.certi condictio.ff.ſi cer.pet.

De duobus reis ſtipulandi. Rubrica.

LEX I.

CReditor. Hic habes authenticā, quæ ponit qualiter cōſtituātur duo rei.Hanc legem,& authenticam commentaui. & eſt vtiliſsima repetitio.h.d.

1 In modo conſtituendi duos reos,quòd hodie nil ſit immutatum.
2 Duo rei debendi qualiter conſtituantur.
3 Duo rei credendi qualiter conſtituantur.
4 In obligatione,quæ re contrahitur ad diuidua,vt eſt in mutuo,an conſtituantur duo rei.
5 Lex quomodo fingat ſuper impoſsibili.
6 In depoſito,& commodato,an poſsint conſtitui duo rei.
7 In obligatione continente aliquid indiuiduum obligatione,& ſolutione:an & quando conſtituantur duo rei.
8 Duo rei obligatione facti qualiter conſtituantur. Et quomodo duo rei credendi.
9 Qui obligantur acceſſoriè, an & quando teneantur inſolidum,& ſint duo rei debendi.
10 Plures gerentes aliquod officium,vel aliquem adminiſtrationem,qualiter obligentur,& ſint duo rei debendi.
11 Si ex pluribus mercatoribus,unus contrahat,an quilibet teneatur inſolidum,& ſint duo rei.
12 Inſtitor,& exercitor poſſunt conueniri ex eorum contractibus:item proponens,& quilibet eorum inſolidum,an dicantur duo rei inſolidum,quòd non,ſed unus tenetur principaliter,alter acceſſorie.
13 Plures domini,qui ex facto unus ſerui tenentur inſolidum de peculio.an teneantur ut duo rei.
14 Quæ diuerſitas impediat conſtitutionem duorum reorum.
15 Si plures cum pluribus fecerunt pacem ſub pœna,& vnus fuit offenſus:an omnes de illa parte poterunt inſolidum agere contra omnes de illa parte inſolidum vbi quod non ſunt duo rei credendi,nec debendi.
16 Quando plures tenentur ex delicto inſolidum,non ſunt correi.
17 Si plures tenentur ex quaſi maleficio,quod non ſunt proprie duo rei:licet quodāmodo ſunt plures tutores.
18 Pater & filius,an ſint duo rei credendi,quando filius acquiſiuit obligationem,& actionem,ex cauſa peculij profectitij.
19 Plures rei debendi ſunt,qui eidem debent vere,vel ficte ex eadem cauſa principaliter & ex voluntate eorum.
20 Plures rei credendi ſunt,quando pluribus inſolidum deberetur eidem vere,vel ficte ex vna eademque cauſa principaliter,ex voluntate.
21 Plures rei debendi poſſunt ſimul conueniri.
22 Vno & eodem libello quando plures poſſunt conueniri,& etiam agere.
23 Creditor quando poſsit vnum ex pluribus in ſolidum obligatis conuenire:& ſic, Qui ſunt illi,qui habent beneficium diuiſionis.& nu.28.
24 In duobus reis credendi,hodie nihil eſt innouatum.& nu.26.
25 An hodie aliquid ſit innouatum,quando plures rei in ſolidum conueniūtur uno,uel diuerſis libellis.
27 Vnus ex duobus reis credendi,poteſt agere procuratorio nomine alterius.
28 Cui incumbat onus probandi alterum ex correis eſſe ſoluendo,altero per actorem conuento.
29 Si ad unum ex correis peruenit tota quantitas,an alius poſsit petere quod ille prius exactus.
30 Vt beneficium diuiſionis competat,qualiter intelligantur præſentes,uel abſentes correi,& quomodo probetur præſentia uel abſentia.
31 Altero ex correis non datur tempus contradicendi inſtantiæ,ſicut fideiuſſori.
32 Quando unus ex reis eſt præſens & ſoluendo ſed non poteſt conueniri,quid agendum ſit circa beneficium diuiſionis.
33 Beneficio diuiſionis poteſt renunciari.
34 Agens contra unum ex correis debendi,licet non poſsit cogi cauere de rato pro altero correo credendi,caueat tamen de defendendo debitorem,ſi ab altero correo cōuenietur.
35 Solutio facta alteri ex correis credendi,an tollat alteri actionem.
36 Vno ex correis debendi totum ſoluente,alius liberatur in totum.
37 Solutione partis facta ab altero,an uideatur facta diuiſio.
38 Vnus ex correis credendi,recipiendo partem ab uno ex correis debendi,præiudicat alteri correo.
39 Acceptilatio facta ab uno ex reis credēdi,an præiudicet alteri,& proſit alteri ex reis debendi,quod ſic.Liberatio facta ab uno correorum credendi nocet alteri.
40 Acceptilatio ſi eſt facta uni,cum pacto quod ſibi tantum proſit:tunc non prodeſt alijs.
41 Petitio facta ab uno reorum credendi,quando proſit alijs.
42 Si poſt litem conteſtatam factam ab uno reorum credendi,inſtantia cauſæ perijt,an remanebit inſtantia communis utrique reorum credendi.
43 Sententia lata pro uno ex reis debendi,an proſit alijs.
44 Sententia condemnatoria lata contra unum ex reis debendi,quod nocet alteri.
45 Sententia lata pro uno ex correis credendi,aut contra unum,nocet & prodeſt alijs.
46 Iuramentum factum per unum ex correis,quando proſit,uel noceat alijs.
47 Iuramentum datum per unum ex reis debendi,quando nocet correo.
48 Iuramentum delatum ab uno ex reis credendi,an noceat alteri.
49 Pactum factum uni ex correis debendi,quando proſit alijs.
50 Ratio diuerſitatis inter pactum,& acceptilationem.
51 Factum ab uno ex correis quod noceat alteri,quantum ad interrumpendā præſcriptionem quo ad alium.
52 Pactum factum ab uno ex reis credendi,quando proſit uel noceat alteri.
53 Nouatio unius ex reis debendi,quando proſit alijs:& quid in reis credendi.
54 Si unus ex duobus reis credendi,ex contractu iuriſgentium liberat reum per ſtipulationem,& acceptilationem ſubſequentem,an alteri reo præiudicet.
55 Nouatio facta per delegationem per unum ex reis credendi,uel debendi:quando alijs proſit uel noceat.
56 Ceſsio facta ab uno ex reis credendi,uel debendi,quando proſit,uel noceat alteri.
57 Confeſsio facta per unum,tam ex reis debendi:quam credendi,quando noceat alijs,uel quando proſit.
58 Ex ſucceſsione alterius correorum,quando obligatio extinguatur.
59 Mora unius ex correis,quando noceat uel proſit.
60 Si creditor fuit in mora recipiendi ab uno ex reis debendi:qui obtulit pecuniam petitam quæ poſtea perempta eſt,an alteri proſit.
61 Mora unius reorum credendi nocet alteri.
62 Factum unius correorum credendi,conſtituens debitorem in mora prodeſt alteri.
63 Creditor ſi fuit in mora,uno ex reis offerente,& creditor interpellauit alium reum: qui non obtulit,an per hoc uideatur purgata mora.
64 Culpa unius correorum,quando alteri noceat.
65 Reſciſsio facta in perſonam unius correorum:quando alteri noceat.
66 Exceptio competens uni ex correis debendi,quando porrigatur ad alterum.
67 Duo rei debendi,an uideantur inuicem fideiubere,& nu.69.
68 Ex fideiuſsione duplex cōtrahitur obligatio,una uerbis,& altera conſenſu. Fideiuſſor poteſt intelligi large,& ſtricte.
70 Qua actione ille correus,qui ſoluit repetat.
71 Si unus ex pluribus tutoribus,curatoribus,uel adminiſtratoribus ciuitatis ſoluit,qualiter ab alio repetat.
72 Quid in pluribus depoſitarijs:uel commodatarijs,qui in obligatione ſecundaria,quæ ratione doli contrahitur,tenentur,eſt idem quod in pluribus tutoribus.
73 Si unus ex duobus reis debendi ſuo iuramento liberat alium,ab eo nō repetit.
74 Correus,qui fuit liberatus acceptilatione,quando poſsit ab illo,qui eſt liberatus,repetere.
75 Correus damnificatus culpa alterius poteſt ab eo repetere.
76 Correus credendi,quando ab altero correo,qui ſolutionem recepit,repetere poteſt,& qua actione.
77 Quando unus ex reis credendi,aliquem liberauit facto ſuo:an alter ab eo repetere poſsit.
78 Actio,quæ cedi debet uni ex correis,quando,quo iure:& inquantum cedi debeat,remiſsiue.

d ℭ Optimā. Limita vt probatur in aut. ſi quis in aliquo.ad fi.ff.de eden. Item limita,niſi principaliter tractaret de enūciatione, vt probatur in capit.illud.& ibi Anto.de But.de præſumpt.& Bal.in lege ad probationē. De hoc eſt glo.hic in verſic.ſeruus.Et vide ad hanc l.Bald.in l.cum aliquis.de iure deliberan. vbi limitat hæc dicta. Itē dū hic dicitur.ꝙ poteſt probari abſentia,dicas ꝙ teſtes debent deponere hoc modo,ꝙ viderunt illum in tali loco commorari,ita ꝙ per interuallum temporis quo eum viderunt, non potuiſſet ire ad locum,de quo ſit mētio ī inſtrumēto. Ita dicit Io.And.vt ibi refert Abbas in c.ex tenore.de teſti.& dicit Bald.ibi.ꝙ hoc poſſet probari poſt dicta teſtificata,ſecundum doctrinam doct.ibi etiam dicit elici practicam ex illo c.in princip.vide Bart.in l.ſciendū.in j.colum.de ver.obli. & in authē.ſi quis in aliquo.ſ.de eden.Et ad hanc legem vide not.per Innocent.in c.cum in iure.de off. deleg.& in c.quoniā contra. de proba.& gloſſ.ſuper verb.& perſonas. vide Bal. in authent.ſi quis in aliquo. & ibi dicta poſt eum.& vide ad hoc dicta Bar.ī l.gerit.de acqui.hæredi.

e ℭ In inſtrumēto. An dies & locus debeat inſeri in inſtrumēto adde Bar.in l.lecta.ī fi.ſi cer.pet.& in l.de pupillo. §. qui nunciat.de ope.no.nun.

f ℭ Libera. Stipulatio dolo inita valet etiā, ope tamen exceptionis ſi reſcindatur.limita niſi fauore dotis: quia tunc dolus dans cauſam ſtipulationi,vitiat ipſo iure,in l.ſi cum mulier. & ibi Imo.ff.ſo.ma. Itē limita niſi dolus daret cauſam diſtractui appoſito ſuper contractu ſtricti iuris:quia licet tunc ille diſtractus ſit ſtricti iuris:tamē ſumit naturā bonæ fidei, vt probatur in l.ſub ꝑtextu.& ibi Bar.ſ. de trāſactio.Item limita,niſi eſſet appoſita ſuper contractu bonæ fidei. Gloſ.eſt in l.ſi quis cū aliter. & ibi vide de verb. obliga.

HOc ita. Hæc auth.diuiditur in duas partes. Prima loquitur qualiter plures rei debendi debeant conueniri. Secunda,qualiter vni correorum contra alium ſubueniatur. Breuiter hoc intēdit,Creditor poteſt debitum ab vno ex correis exigere,& exacto cōtra aliū ſuccurritur.h.d.Pone caſum in terminis ad aut.quæ tractat ſimiliter de modo conſtituendi duos reos,& etiā de modo exigendi. Et diuiditur hæc auth.in duas partes principales. Primo,loquitur quando eſt actum,vt teneantur inſolidum, vel ſubeſt inopia,vel abſentia. Secundo loquitur,quando non eſt actum:nec ſubeſt inopia,vel abſentia. Secunda ibi:ſi nautem. Et iſtas partes potes ſubdiuidere in alias particulas:vt patet per ſe:& authen.nō eget ſummario:quia ſummata eſt:& ſumma eius eſt duarum columnarum,quæ ſunt in corpore auth. e.col.vij.vnde hæc ſumitur. Ex his ergo primo notá qualiter duo rei conſtituantur. De hoc ſolum in auth.dicitur. Secūdo qualiter exigantur:& de hoc tangitur in l.j.j.reſponſo. & in authen.eodem. Tertio,qualiter exacto contra correum ſuccurratur:de hoc l.j.ij.reſpon. Opp.primo ad l.& videtur ꝙ inter correos debeat diuidi actio:vt ff.de admi.tu.l.ſi plures.de tu.& ra.diſt.l.j.§.nunc tractemus. Sol.illud in duobus reis:ꝗ inciderunt in obligationē ex neceſsitate,vt tutor,vel curator hic quando ex voluntate. Secundo op.quod idem ſit qn̄ ex voluntate:vt l.fi.ſ.de conſti.pe.& ff.de fideiuſ.l.inter eos:& d.l.j.§.nunc tractemus. Sol.ibi in duobus reis non principaliter obligatis. Tertio,contra prædictā ſol.opp.ꝙ etiam fideiuſſores non habent beneficium diuiſionis,vt l.fi.ff.rē pup. ſal.fo. Sol. Fallit in pluribus fideiuſſoribus datis ab vno tutore,& curatore:& ratio ibi patet. Iſta tria contraria, licet hanc legem reſpiciant,tamen ponuntur in glo.vlti.huius authent. Quarto opp:& videtur quod duo rei habeant ex cōuentione beneficium diuiſionis:vt in hac aut.& in corpore vnde ſumitur. Sol. Fateor ꝙ in hoc iura antiqua corrigantur per aut. iſtam,ad ipſam ergo aut.accedamus. Quinto opp.dicitur in auth.quod requiritur quod ſpecialiter agat, ꝙ vnuſquiſque teneatur inſolidum. Contra:quia etiā per alia verba poſſunt conſtitui duo rei:vt Inſti.eo.§.j. Sol.dicunt quidam quod iura antiqua per iſtā aut.non ſolum ſunt correcta in modo exigendi,vt ſ.dixi.ſed etiam in modo conſtituēdi:quia olim ſufficiebat quod diceretur, ꝙ eſſent duo rei:vt ff.eo.l.reos.§.cū in tabulis.vel alia verba æquipollentia:vt inſti.eo.§.j.Sed hodie eſt neceſſarium quod expreſſe dicatur,quod teneātur inſolidum,vt hic.Et hoc videtur tenuiſſe Dy.& Iaco.de Aret.
1 Alij dicunt contra,†quod in modo conſtituendi nil immutatur. Et quod hic dicitur,ſi agatur expreſſe,intelligūt per hęc verba aut æquipollentia.& ſic ceſſant contraria. Et hæc ſatis patet Inſtitu.eo.§.j.primo reſpō.& §.cum in tabulis.& tenet gl.huius auth.& in corpore vnde ſumitur.in princi.& in d.§. cum in tabulis. Et hoc tenet hic Iac.de are.Cy.Iac.de bel.Iac. Butr.Ray.de For.& omnes,quibus aſſentio.& in quo fiat mutatio per iura noua.j.in quolibet paſſu dicam. Sexto opp. & videtur,quod aliter datur terminus præſenti ad eum præſentandum:vt in aut.præſente.j.eo.tit. Sol. Ibi in fideiuſſore principali:hic in duobus particularibus.arg.j.ti.j.l.ſancimus. coniuncta l.& ſi poſt tres.ff.ſi quis cautio. His ergo viſis,veniamus ad materiā iſtā. Quæro primo, qualiter conſtituātur duo rei debendi. Secundo, qualiter exigant. Tertio, an factum vnius ꝓſit vel noceat alteri. Quarto,qualiter vni cōtra alterum correorum ſuccurritur:& hic examinabitur qualiter:& an fideiubere videantur inuicem.vel non. Primo igitur †principaliter quæritur,qualiter cōſtituantur duo rei de-

bendi,& credendi:& iſta quæſtio habet multas acceſſorias.
Et primò videamus,quãdo in obligatione eſt aliquod indi-
uiduũ:& ſcias ꝙ obligatio contrahitur verbis , conſenſu , vel
teſtamentò:quæ quãtũ ad hoc æquipollent:vt ff.eo . l. eandẽ.
in prin.Primò de reis debendi, qui principaliter obligantur.
In iſtis ſic diſtingue:aut eſt actum expreſsè, vt teneãtur inſo-
lidũ : & ſunt duo rei , vt hic. Aut non eſt actum expreſsè : &
tunc aut obligauerunt ſe,aut teſtator obligauit eos alternati-
uè:& ſunt duo rei:vt s̈.de cõſti.pec.auth.ſi quãdo.ff.de leg.j.l.
ſi ex toto.§.j.& not.ff.eod.titu.l.ſiue. Aut copulatiuè:& tunc
aut ſunt duo actus promittendi,& duæ rerum expreſsiones:
vt tu promittis mihi codicẽ,& Titius promittit mihi Dige-
ſtũ:& tunc aut non appoſuit verbũ,eũdem:& ſunt duo. Aut
non appoſuit:& nõ ſunt duo rei,ſed ſunt duæ obligatiões di-
uerſarum ſummarum. Secus ſi appoſuit:vt Inſtit.eo.in prin.&
§.duo.& de ſtip.ſer.l.ſi ex re. §. ſi ipſi.& l.ſi ſeruus communis
ſic ſtipulatus ſit.& in gloſſ. j . huius auẽ. Aut fuit vnus actus
promittendi,& duæ rerum expreſsiones:vt ego decẽ,& Ti-
tius decem promittimus tibi:& erunt duo rei debendi.ar . ff.
de verb.ob.l.ſtipulatio iſta.§.eũ qui.quia ſemper vnicũ actum
promittendi videntur intelligere de eiſdem decem . Aut eſt
vnus promittendi,& vna rei expreſsio:& tunc aut eſt appo-
ſitũ per nomen diſtributiuũ quilibet,quod de ſui natura cui-
libet attribuit rem inſolidum:vel aliud ſimile:tunc etiã erunt
duo rei debendi:vt l.ſi pluribus.in princ.& ibi no. leg. j. Aut
tale diſtributiuum adiectum non eſt:ſed ſimpliciter dictũ , tu
& Titius promittis mihi centum:& tunc ſi quidem eſt actum
quòd teneantur inſolidum,vel quòd ſint duo rei : tunc erunt
duo rei:alias quilibet tenetur in parte:vt hic,& d.l.reos.§.cùm
in tabulis.Sed an de his ſit aliquid innouatum per iura Au-
then.gloſ.in l.ſecunda.ff.eodem . dicit quod ſic:& tangitur in
dicto §.cũ in tabulis.& ibi non firmat aliud:& Azo in Sum-
ma huius titu.& ff.man.l.ſi mandato Titij. §.Paulus. el iij.&
l.creditor.§.duobus.eodem.titu.Et hoc videtur tenere Iaco.
de Aret. in dicta l.ſecunda.ff.eod.ſcilicet quòd hodie eſt ne-
ceſſe,quod exprimatur inſolidum per hanc legem:nec ſufficit
quod ſint duo rei,niſi exprimatur inſolidum, per hanc authẽ.
Sed gloſſ.in corpore eod.tit.ſuper verſi.ſuſtinere.tenet quod
in modo conſtituendi nihil ſit innouatum:vt Inſti. de fideiuſ.
§.ſi plures.tangitur in gloſſ.in dicto §.cùm in tabulis . Et hoc
tenet Dy.& Cy.& Iacob.de Bel.& omnes Moderni . quod
placet.Siue ergo expreſsè,ſiue tacitè agatur,ſatis eſt:vt patet
ex diſtinctione præcedenti.Quod tenet gloſſ. j . huius auẽ.
Ad idem facit,quando contrahitur obligatio alternatiue , li-
cet inſolidum non exprimatur: tamen ſufficit:vt dicta auẽ . ſi
quando,præallega . Præterea,idem eſt dicere,quod ſint duo
rei exprimere inſolidum:vt §.cum in tabulis.& l.eandem. eo.
3 titu.in hoc nihil eſt innouatum per iura auẽ. Secundo † quæ-
ro de duobus reis credendi , qualiter conſtituatur . Et circa
prædicta dic, Aut eſt actum quod ſint duo rei credendi : &
non eſt dubium. Aut non eſt actum:& tunc aut diſpoſitio eſt
collata in eorum perſona alternatiue , aut copulatiue . Primo
caſu,aut vni eorum tantum poteſt acquiri obligatio , & alter
habetur vt adiectus:& non erunt duo rei credendi.ff.de con-
ſtitu.pecu.l.ſed & ſi filio.§.j.& l.j.§.ſi fructuarius. j. de ſtipula.
ſeruo. Aut vtrique poteſt acquiri:& tunc aut electio fuit col-
lata in perſonam voluntate debitoris: & valet : & erunt duo
rei credendi:vt de lega.ij.l.ſi Titio aut Seio. Aut non fuit col-
lata in poteſtate debitoris:& tunc de iure antiquo vitiabitur
ſtipulatio:vt dicta l.j.ſi fructuarius.de ſtipula. ſeruo . Sed ho-
die valet,& alternatiua reſoluitur in coniunctam:vt l.cũ qui-
dam.s̈.de verb.ſign.quæ loquitur tam in contractibus inter
viuos,ꝗ̃ in vltimis volũtatibus:vt ibi cũ ſimilibus. Vnde erit
dicẽdũ idẽ,quod ſtatim dicã de copulatiua.Prædicta vera qñ
diſpoſitio confertur in perſonam vtriuſque æqualiter:alias ſi
tantum vnus ſtipularetur ſibi vel alteri,ſemper ille alius habe
retur vt adiectus:vt l.eum qui.§.qui ſibi.de verbo.obliga.Fal
lit in cauſa l.Caius.ff.ſol.matri.quod dic vt ibi.Secundo caſu,
quãdo diſpoſitio confertur copulatiue:tunc diſtingue per oĩa
vt s̈.dixi circa duos reos debendi:licet hic ſit aliqua differen-
tia inter duos reos debendi per eaſdem ll.& in hoc etiã nihil
4 eſt innouatum per iura Auth. Tertio quæro,† quid in ob-
ligatione,quæ re contrahitur ad diuidua,vt tantundẽ redda
tur in genere,vt in mutuo,an poſsint cõſtitui duo rei.Et vi-
detur quod ſic, vt s̈.ſi cer.peta.l.ſi non ſinguli,vt j.eo.l.pro-
pter.Contrarium tenent Dy.Marti.Sil.& Ray.dicentes ꝙ
ante poſſent cadere ſydera de cœlo,quã obligatio quæ re cõ
trahitur,trahatur vltra quam peruenerit, vt l.ſi tibi.in princi.
ff.de pactis.Et reſpondent ad leges contrarias,ꝙ ibi fuerunt
conſtituti duo rei verbis,& non re.Communiter omnes te-
nent cõtrarium,per legem eandem.in prin.ff.de duob' reis.
& per l.ſi non ſinguli.& per l.propter mutuam.Ad contra-
rium reſpondeo,quod ſi vni numeratur aliorum voluntate,
omnibus numeratum videtur iuris fictione:vt no.per glo.in
d.l.ſi non ſinguli.præallegata.Sed contra hoc inſtatur,Id,ꝙ
eſt impoſsibile per naturam,non poteſt fieri per legem.vt l.ſi
pater.in fi. ff.de adoptioni.l. qui ad certum.ff.loca.Sed impoſ
ſibile eſt ſecundum naturam,eandem pecuniã peruenire ad
plures inſolidum:ergo non poteſt fingi . Huius timore dicit
Pet.ꝙ non fingitur ad plures perueniſſe inſolidum,ſed ad ſin
gulos peruenit in veritate:& ſic non naſcuntur plures obli-
gationes,ſed vna,quȩ tenet plures homines,ſicut vnus funis
ligat plures boues. Et hoc tenet Cy.in d.l.ſi non ſinguli.& l.
propter mutuam. Hoc non placet:quia licet in pluribus reis
ſit obligatio reſpectu eiuſdem effectus,quia ſufficit vna exa
ctio,vt ff.e.l.iij.in fi.tamẽ in veritate ſunt plures obligatiões,
& quilibet teneẽ propria obligatione,vt ff.eo.l.eandẽ.§.fin.
& l.ſi reus.de fideiuſ.l.generaliter. Tene ſol.gl.quod fingitur
5 pecuniam ad quemlibet perueniſſe pro ſolido. Nec ob.† qđ
dicitur: Lex non fingit ſuper impoſsibili:quia verum eſt ſu-
per eo quod eſt impoſsibile in genere:vt quod filius ſit anti-
quior patre.Sed ſi in genere eſt poſsibile,licet ſit impoſsibi-
le in his terminis,quibus loquimur:tunc lex fingit.Exemplũ
impoſsibile eſt ꝙ ille,qui eſt filius Titij,ſit filius meus,tamẽ
quia in genere eſt poſsibile ꝙ habeam vnum filium talem,&
eius ætatis,poteſt fingi per ius quod talis ſit filius meus,vt d.
l.ſi pater.cum ſeq.de adop.Sicut etiam impoſsibile eſt quod
ille qui fuit apud hoſtes,ſemper fuerit in ciuitate:& tamẽ lex
poteſt fingere,et fingit ſic in alijs pluribus:ita hic poſsibile eſt
in genere ſuo quod talis pecunia peruenerit ad te ,& ad me:
ideo poteſt induci per fictionem. Licet enim in caſu,in quo
ſumus,ſcilicet donec pecunia eſt apud vnum,impoſsibile ſit
eſſe apud alium:& ita ego dixi in l.ſi quis pro emptore.ff.de
vſucapioni . Vel aliter impoſsibile eſt quod eadem pecunia
perueniat ad plures inſolidum,& remaneat in effectu:ſed be
ne poteſt peruenire ad plures,& quod remaneat apud vnũ
in effectu:ita per iſtam ſignificationem fingitur,& inducitur
vt omnes teneantur inſolidum,tamen non in effectu:qa vna
exactio ſufficit.Concludo ergo ꝙ duo rei debendi poſſunt
inſimul conſtitui,ſi hoc agatur ſine aliqua ſtipulatione:ſicut
dictum eſt in alijs obligationibus,dico idem in duobus reis
credendi per d.l.ſi non ſinguli.s̈.ſi cer.pe.& l.cum te. Quar-
6 to quæro.† quid in obligatione , quȩ re contrahitur,vt eadẽ
ſpecies reddatur,vt ĩ depoſito, commodato,& ſimilib'. Rñ.
debes ſcire,quod ex hoc contractu naſcuntur duȩ obligatio-
nes. Vna primitiua ad rei reſtitutionem:alia ſecũdaria ratio-
ne doli,vel culpæ commiſſæ in re. Aut ergo quæris de illa pri
ma obligatione ad rem reſtituendam:& tunc ita demum con
ſtituuntur duo rei debendi,ſi hoc actum eſt,vt s̈.loca.l.ſi diui
ſa.alias quilibet tenetur pro parte:arg.ff.commo.l.iij.§.hæres.
& depoſiti.l.ſi duo.licet quãdoq; quilibet pro parte teneatur:
& ſic eſt diuidua obligatio quo ad obligationem: tamẽ vnus
ſoluendo partem non liberatur,& ſic eſt indiuidua quo ad ſo
lutionem,vt d.l.ſi duo.ff.depoſiti.Et de hoc plene dixi in l.ea
dem.§.Cato.de ver.ob. licet cõtra hoc dicat gl.ſed neſcit quid
dicat.ff.depoſi.l.j.§.ſi apud duos.Si vero quȩris de obligatio-
ne,quæ ratione doli vel culpæ contrahitur:tunc aut eſt actũ
quod ſint duo rei:& ſunt. Aut non eſt actum:tũc aut vnus tm̃
contrahit,& committit dolum vel culpam: & ille ſolus teneẽ
inſolidum. Aut omnes:& tunc tenentur tanquam rei:vt d.l.j.
§.ſi apud duos.& d.l.ſi vt cer.§.ſi duobus.in fi.ff.commoda.&
d.l.ſi duo.depoſi.& hoc de reis debendi.Rei vero credendi
in tali obligatione:non conſtituuntur:niſi hoc agatur,vt d.l.
7 ſi duo.ff.depoſiti. Quinto quæro,† quid ſi in obligatione
venit aliquid quod ſit indiuiduum,quo ad obligationẽ & ſo-
lutionem,vt via inter,actus,& quid ſimile. Reſpon.glo.quæ
eſt in l.reos.§.cum in tabulis.ff.eo.quod olim in his conſtitue-
bantur duo rei,etiam ſi non exprimeretur,hodie autẽ ꝑ auẽ.
eſt aliter in indiuiduis,quã in diuiduis. Doc.Moderni repro-
bant illam gl.quia per ius auẽ.nihil eſt innouatũ in modo con
ſtituendi,ſed in modo exigendi:quia introducitur beneficiũ
diuiſionis,vt dictum eſt. Vnde ſicut generaliter olim indiui-
dui plures tenebantur inſolidum,& ſi non ſit dictum:ita &
hodie.& in hoc oẽs concordant.Sed an ſint duo rei,eſt opin.
Iac.de bel.in auth.eo.ti.& tenet quod ſint duo rei,putãs forte
quod ſemper quando plures tenerentur inſolidũ,dicanẽ cor-
rei.Pe.& Cy.contra in hac auth.quia dicunt quod non ſunt
duo correi,licet inſolidum teneantur:& hoc puto verũ. Pri-
mo per caſum l.rem hȩreditariam.ff.de euic.Secundo per gl.
ff.de ver.ob.l.ij.§.ſi tamẽ hominẽ.Tertio per rationẽ,in duo-
bus reis credendi,ſi vnus egit lite conteſta.alius non põt age
re.ff.e.l.ex duobus.Sed in his,qui habent actionem inſolidũ,
ex natura indiuidui,vno agente alius põt agere:vt ff.de verb.
ob.l.ij.§.ex his.ergo nõ ſunt duo rei. Plus dico quod etiam ſi
expreſſe eſſet dictum quod inſolidum tenerentur,non eſſent
duo rei:quia eſſet exprimere ea,quæ tacite inſunt.Sed debet
ſic exprimi,quod animo conſtituendi duos reos ſic promit-
tunt.prædicta probantur j.de fideiuſ.l.non recte.& hoc pro-
batur per multa iura,quæ in correis loquuntur.quando factũ
vnius alteri noceat,vel non,vt j.eo.l.j.in fi.& in alijs,de quib'
j.dicam,ꝙ tunc locum habebit.Præterea poſito ꝙ expreſſe eſ
ſet dictum,eſſent duo rei:& tunc non haberet locum benefi-
cium diuiſiõis:quia in iſtis indiuiduis diuiſio corrumpit ſtipu-
lationem.ff.de ver.ob.l.ſtipulationes non diuiduntur. Vnde
duo rei omnino non conſtituuntur. Et idem dico in duobus
reis credendi:vt d.l.ij.§.ex his.& facit de ſer.ru.præd.l.via cõ
8 ſtitui.in fi. Sexto quæro,† qualiter conſtituantur duo rei in
obligatione facti. Dico quando in obligatione habeẽ reſpe-
ctus ad opus factum:ita quod eſt explicabile per alium,vt l.cõ
tinuus.§.ſi ab eo.ff.de ver.ob.& illo caſu ſine dubio poterunt
conſtitui duo rei debendi:vt hic.Caſus eſt in l.nemo eſt q ne-
ſciat.ff.eo.ſecundũ Iac.de Are. Qñ habetur reſpect' ad ipſum
fieri,& perſonæ induſtriam,& tunc aut promittẽtes ſunt eiuſ
dem peritiæ:& pñt conſtitui duo rei:quia idẽ vr̃ vtriuſque:vt
d l.nemo eſt qui neſciat.ſecundum lec.gloſ. Aut ſunt diuerſæ
peritiæ:& tunc non poſſunt conſtitui duo rei debendi: qa fa-
ctum vnius videẽ diuerſum eſſe à facto alterius, ſcđm mentẽ
& fictionẽ:& diuerſitas rei quæ ĩpedit diuidere,impedit con
ſtitutionem duorum reorũ:vt ff.eo.l.ſi id quod.in fi.tamẽ vno
ſoluente de æquitate,liberatur alter ope exceptionis:vt d.l.ſi
id quod. in fi. Poteſt ergo fieri conſtitutio duorum reorum in
obligatione facti,cum hoc agatur non aliter:vt s̈.dictum eſt
in alijs.Circa vero correos credendi dicas,aut in obligatione
venit tale pactum factũ,ꝙ concernit perſonã ſtipulãtis:vt ꝓ-
mitto tibi ſeruire in camera,vel in menſa,vel curare te ab infir
mitate,& ſimilia:& in iſtis,quia in perſona diuerſorum diuer
ſa ſunt facta,& non poſſunt conſtitui duo rei credẽdi.vel de-
bendi.ff.eo.l.ſi id quod.in princ.coniuncta l.ſeruus.§.fi.cum l.
ſeq.de ope.lib. Aut nõ concernit perſonã ſtipulãtis:& tũc aut
vtriuſq; rei credendi æqualiter intereſt inſolidum:vt promit-
to tibi & Seio ſcribere librum:& poſſunt conſtitui duo rei cre
dendi:vt l.nemo eſt qui neſciat.ff.eo. Aut non intereſt æqua
liter vtriuſque inſolidum,vt promitto tibi facere domũ in fun
do vnius correorum:& tunc non poſſunt conſtitui duo rei ſti
pulandi inſolidum:quia in perſona vnius,cuius non eſt fund'
non valet ſtipulatio:vt l.qui inſulam.ff.de verb.ob. & de hoc
loquitur.d.l.ſi id ꝙ,ſecũdũ ſecũdã lec. Ex his patet,intellect'
l.nemo.ff.eo.quia ex his,quæ ibi ſunt ſcripta,non eſt bene de
9 clarata. Septimo quæro,† quid de his,qui obligantur acceſ
ſorie.Iſta quæſtio habet duo puncta. Primo vtrũ teneanẽ in-
ſolidum,etiam ſi non exprimatur. Secundo,poſito ꝙ inſoli-
dum,etiam ſi non exprimatur.Secundo poſito quod inſoli-
dum teneantur,vtrum ſint duo correi,ſiue duo rei debendi.
Circa primum dico,quod quando obligantur acceſſorie plu-
res pro aliquo alienam obligationẽ principaliter ſuſcipientes
& illo modo non tenentur inſolidũ niſi ſit actũ:vt s̈.ad Vel-
leia.l.ſi paternam.& ibi no.& idem no.ff.de fideiu.l.ſi Titi'.
Quandoque obligatur pro vno conſtituendo plures ; & tũc
idem:quia quilibet tenetur pro parte:niſi ſit dictum ꝙ quili-
bet teneatur inſolidum,vel obligauerit ſe alternatiue,vt s̈.de
conſti.pe.auẽ.ſi quando. Qñq; aliqui obligantur pro aliquo fi
deiubendo:tunc quilibet tenetur inſolidum,etiam ſi nõ ſit di-
ctum.Inſti.de fideiur.§.ſi plures.& j.ti.j.l.non recte. Quãdo-
que plures non obliganẽ pro alio mandato:tunc diuerſæ ſunt
gl. Prima eſt.ff.mandati.l.ſi mandato Titij.§.Paulus reſpon-
dit.el iij.qui videtur velle quod hodie requiratur,ꝙ expreſſe
agatur.Expreſsius dicit l.creditor.§.duobus.eo.ti.contrariũ,
ſcilicet quod in mandatarijs non ſit aliud innouatum hodie,
tenet gl.ff.quod iuſſu.l.fi.& id puto verius,per id,quod not.
in d.§.ſi plures.Inſtit.de fideiuſ.& d.l.non recte.j.tit.j.& hoc
tenent doc.ꝙ per auth.nil eſt innouatum in modo conſtituen
di,vt s̈.dictum eſt. Venio ad ſecundũ,& quæro,quæ eſt ratio
diuerſitatis inter prȩdictos caſus.Credo quod primo caſu,qñ
principaliter obligationem alterius ſuſcipiunt,ſi hoc agatur ꝙ
teneatur inſolidum:tunc ſunt duo rei,vt d.l.ſi paternam.& ꝙ
ibi no. Quod videtur expreſſum ff.ad Velleia.l.vir vxori.§.
fi.cum l.ſeq.In his vero,qui ſe conſtituunt pro alio ſoluturos,
non obligantur inſolidũ:niſi agatur:vel alternatiue promit-
tant:& tunc an dicantur duo rei:dic vt ſtatim dicã in duobus
fideiuſſoribus,& mandatoribus:quia eadem eſt ratio,vt l.fi.
s̈.de conſti.pec.In duobus vero,fideiuſſoribus.& mandatori
bus,licet teneantur inſolidũ,& ſi non ſit dictũ:& licet dicanẽ
fideiuſſores.ff.de fideiuſ.l.ſi Titius.non tamen ſunt duo rei
debẽdi:vt patet ex diuerſitate nominũ,& titulorũ. Nã ſi idẽ
eſſent,quare feciſſet per ſe titulum de duobus reis.à ti.de fi-
deiuſ.& mandato.Secundo patet ex l.proxi.s̈.coniuncta l.vt
fideiuſ.ff.de fideiuſ.Præterea,licet factum vnius correi alteri
noceat,vt l.pe.ff.eo.non tamen factum vnius fideiuſſoris no-
cet alteri:ſed ſolum ſibi ſuiſq; ſucceſſoribus,vt l.ſi ſeruum.§.
nunc videamus.& ibi no.de verbo.obli. Ad hoc ergo vt iura
duorum correorum habeant locum inter ſe,neceſſe eſt ꝙ hoc
expreſſe agatur,ꝙ tãquã duo rei intercedant:vt expreſſe ha-
betur in d.l.vir vxori.§.fi.& l.ſeq. Plus dico,ꝙ ſi expreſſe aga
tur,ꝙ inſolidum teneatur hoc caſu non ſufficeret ad conſtitu-
tionem duorum reorum:quia eſſet expreſsio eorum,quæ ta-
cite inſunt,vt j.ti.j.l.non recte.Eſt ergo neceſſe,ꝙ tãquã duo
rei ꝓmittãt:& hoc de pluribus reis debendi:plures vero rei
10 credendi acceſſorie non cadunt. Octauo quæro,† quid in
pluribus gerentibus aliquod officium,vel aliquã adminiſtra-
tionem:dixi in repe.l.j.§.ſi plures. de exer.nunc quæro quali-
ter obligentur.Circa quod dico ꝙ aliqñ plures gerunt aliqđ
negotium ſponte,nullo præcedente mandato:& tunc dico ꝙ
non tenentur inſolidum:ſed prout quiſque geſſerit:vt l.cum
alicui.in fi.ff.de neg.geſt.& quod no.in gl. Quandoq; præceſ
ſit aliquod mandatum à lege vel ab homine:& tunc:aut admi
niſtratio,vel officiũ,ꝙ geſſerunt,eſt publicum authoritate &
vtilitate:aut eſt priuatũ vtilitate , & publicũ authoritate:aut
priuatum authoritate,& publicum vtilitate:aut eſt priuatum
authoritate & vtilitate ſimul. Primo caſu quilibet teneẽ inſo-
lidum:vt l.Imperator.ff.ad municip.& l.in magiſtratibus.ff.
de magi.conuen.& ſunt duo rei debendi, ſed non per omnia
vt l.ſi pupillus.ff.de admi.tu.Et hoc dico ſiue ſit adminiſtra-
tor ordinarius,ſiue delegatus.arg.l.ex facto.ff.de neg.geſt.&
& s̈.de magiſ.conuen.l.fi.& quod ibi no.in vl.gl.licet interdũ
ſit aliqua differentia inter illam materiam,quã tractaui in d.§.
ſi plures.Secundo caſu,quando eſt publicũ authoritate mun'
ſed vtilitate priuatũ:tunc idẽ,quia quilibet tenetur inſolidũ:
& ſunt duo rei debendi:ſed non per omnia,vt d.l.ſi pupillus.
de adminiſtra.tu.& l.j.§.nunc tractemus.ff.de tutel.& ra.diſt.
& de admi.tu.l.ij.cum ſimi.Et ꝙ dico de tutore,idem in cura
tore,& in actoribus ab eiſdem ordinandis,vt l.ex facto.in fi.
de nego.geſt.Tertio caſu,quando adminiſtratio eſt priuata
authoritate & vtilitate,& tunc aut ſunt exercitores,aut inſti
tores:& quia omnis adminiſtratio dicitur eis mandata inſoli
dum,credo eos teneri in ſolidũ,& eſſe duos reos,licet nõ per
omnia:vt d.l.j.§.ſi plures.de exerci.cũ ſua glo.quæ eos compa

rat tutoribus:vt l.ſi pupillus.de admi.tu. Aut loquimur in plu ribus ꝓcuratoribus:& tũc aut fuerũt facti inſolidum, & erũt duo rei, ſicut tutores:vt l.creditor.§.duob'.ff.mand.& qđ ibi no.in prin.gl.& ibi eſt verus ĩtellect' illius §.quia officiũ erat eis cõmiſſum inſolidũ:ſed erat dubium, qualiter obligatio, quæ cõtrahit̃ occaſione doli vel culpæ,cõmittat̃: & dic inſolidum. Nam ſi intelligeremus ꝙ eſſet actũ ꝙ inſolidum tenerent̃:nullũ eſſet dubiũ illius §.nec eſt in hoc aliquid innouatũ per iura Aut̃.licet gl.aliter dicat,& malè:quia in modo conſtituendi nil innouat̃, vt pluries dictum eſt:quia in regula eſt,ꝙ qui inſolidũ poſſunt adminiſtrare,inſolidũ teneant̃:vt l.ſi plures.de cur.bo.dã.Si verò adminiſtratio nõ fuit cõmiſſa inſolidum:& tũc vnus non poteſt agere ſine alio:& qlibet tenebit̃ de ſuo tantum facto,nec erũt duo rei.arg.l.cùm alicui.in fi.de neg.geſt.l.ſi tamẽ plures.ff.de exerci.in prin.&hoc de reis debendi.Plures verò reos credẽdi non aduerto poſſe contrahi: quia quilibet ageret ꝓ ſuo intereſſe. †Nonò quæro, plures mercatores gerunt vnã mercãtiã,vel vnã negotiationẽ: an ex cõtractu vnius quilibet teneat̃ inſolidũ,& quilibet poſsit agere,& an ſint duo rei. Pet.& Io.dicunt ꝙ ſic.& Cy.ſequit̃ eos. ṡ.ſi cer.pet.l.cũ te.ad ſimilitudinẽ tutorũ,& magiſtratuũ.Certè malè dicit,& cõtra caſum l.ſi tamẽ plures.ĩ prin.ff.de exer. Tu dic ꝙ aliqñ à pluribus agitur eadem negotiatio, quæ decernit̃ ex publico:& tũc fateor ꝙ ſunt duo rei actiuè & paſsiuè:vt l.ſi vnus.in prin.ff.de pact.& l.ſi duo.ff.de arbi.& l.idẽ in duobus.ff.de pact.vbi loquitur de pluribus argentarijs quibus officiũ decernebat̃ ex publico.ff.de edẽ l.ſi quis ex argentarijs.vt no,l.quædã.§.nummularios.ff.eo.tit.Facit quod dicitur de magi.cõue.l.magiſtratus.ff.de loc.pu.fruen.l.j.vbi vterque ſociorum inſolidum habet actionem.Si verò talis negotiatio fuerit propria voluntate aſſumpta,nõ ex publico:& tũc aut plures gerunt iſtam negotiationem,& mercantiã,aut adminiſtrationem, per ſuũ inſtitorẽ,vel exercitorem,qui in vulgari appellãtur factores:& quilibet eorũ tenetur inſolidũ inſtitoria,ſeu exercitoria:vt ff.de exerci.l.j.in fi.cum l.ſeq.& de inſtitoria l.habebat.§.fi.& l.ſeq.& ſatis arbitror eos eſſe duos reos debendi,quo ad idem & eandem obligationẽ:nã vtrũq; teneri cõſtat,& eos eſſe obligatos:vt l.j.§.fi.alias pen.de exerci.& ſic talis actio eſt natiua,nõ datiua.Itẽ ſentẽtia lata ꝓ vno, prodeſt alteri:vt d.§.pe.Itẽ puto ꝙ l.fi.j.eo.habeat locũ in eis per illã rationẽ,ne in plures &c.vt l.ij.de exerci. Dico ꝙ ſunt duo rei debendi:duo verò rei credẽdi iſto modo omnino nõ cõſtituũtur:qa ex cõtractu exercitoris,vel inſtitoris, nõ quæritur actio niſi ceſſa,aut niſi in ſubſidium.l.j.in fi.& l.ſeq.ff.de inſtito.& l.ſi eum.§.j.de exerci.Si verò talẽ negotiationẽ,vel mercantiã gerunt per ſeipſos:tũc aut ambo ſimul: & quilibet tenetur pro portione,quã habet in negotiatione : vt l.ſi tamẽ plures.in prin.de exerc. Aut exercent ſeparatim, puta ſi duo ſint ſocij,vnus exercet Peruſij,alter exercet Florẽtiæ,& tũc quilibet tenet̃ inſolidũ. Videtur em̃ inuicẽ eſſe in ſocietate p̃poſiti:ar.l.eius qui in prouincia.ff.ſi cer. pe. & C.de fabricẽ.l. iure prouiſum.lib.xj.l.traditio.§.fi.ff.de acq.re.do.Pro hoc facit illa rõ.nõ in plures.qđ tenet Iac.de Aret.in d.l.ſi tñ plures.

12 in prin.ff.de exer.licet gl.l.j.in fi.eo.ti.variet. Decimò†quæro,inſtitor & exercitor,poſſunt conueniri ex eorũ cõtractibus.Itẽ præponẽs,& quilibet eorũ inſolidũ an dicant̃ duo rei inſolidum. Videtur ꝙ ſic,vt l.j.§. pe.de exerci.Contrariũ puto verius,ꝙ vnus teneatur principaliter, alter acceſſoriè : & ideo magis ipſos cõparamus fideiuſſori & principali:vt in patre & filio.l.cũ filius.in prin.de verb.obli.Conſtat autem fideiuſſorem,& principalem non eſſe duos reos: vt not.de ſolu.l. cum quis.§.ſi quis pro reo.& quod not.per doct. j. eod. l. fin.

13 Vndecimo†quæro,plures domini ex facto vnius ſerui inſolidum tenentur de peculio:vt ff.de pec.l.& ancillarum. §.ſi quis cũ ſeruo.cũ ſi.an teneantur vt duo rei? Breuiter dicerem, ꝙ qñ quilibet teneretur inſolidum: aut teneretur ratione peculij quod eſt penes ſeruũ tantũ,vel in loco cõi : aut reſpectu peculij quod eſt penes ſe tantũ:vt ff.de peculio, l. ſi noxali. §. fi.cum l.ſeq.Primo caſu,dicerẽ eos eſſe duos reos:quia ad idẽ & eodẽ reſpectu tenentur,aut eadẽ obligatione,ſicut duo rei: ſicut dixi ṡ.in pluribus præponẽtibus inſtitorẽ.Secundo caſu dico eos non eſſe duos reos:quia in ſingulis perſonis propriũ eſt per ſe peculium:ergo &c.vt l.ſi id quod.ff.e.Itẽ quia actio de peculio habet naturã actionis realis,vt l.quæſitũ.in princ. ff.de pecu.no.per Cy.ṡ.ꝙ cum eo.l.dominũ.& ſic quilibet vr̃ per ſe teneri inſolidũ ad rem diuerſam. Duodecimo quæro

eum dixiſſe quod diuturnum tp̃s dicatur decẽ annorũ inter p̃
ſẽtes,et vigĩti inter abſentes. Dicit eñ ꝙ nũquã hoc dixit,ſed
bene dixit ꝙ cũ ſufficiant decẽ anni multò fortius ſufficiant
ad ipſam inducendam xx.xxx.vel xl.vt no.s.in rubri.& poni
tur per eũ hoc in ſumma in d.l.de quibus. Ad hoc opp. ꝙ
cũ mores populi inducant conſuetudinem,vt dictũ eſt nõ ſuf
ficit longum tempus,ſed lõgiſsimũ,cuius nõ,extat memoria:
cum tales mores habẽt cãm diſcontinuam,vt ff.de ſerui.l. ſer-
uitutes prędiorum ruſticorum.et quod ibi no. Et ad hoc reſpõ
det Gulel.in l.ingenuum.ff.de ſtatu ho.ꝙ ibi mores ſunt cã re
mota & mediata conſuetudinis:et conſenſus populi eſt cauſa
proxima & immediata, vt s.dixi.qui habet cauſam continuã,
niſi cõtrarium probetur:vt ff.de proba.l.quinquaginta.de v-
ſuca.l.nunquã.§.ſi ſeruus.et de acquir.poſſeſ.l.ſi is qui animo.
& quod ibi no.qui debet attendi potius quã dicti mores qui
ſunt cauſa remota et mediata.arg.ff.de dolo.l.cũ quis.& quod
ibi no.de acquir.poſſ.l.iij.§.ex pluribus.et de exc.rei iud.l.cũ
17 de hoc. †Iuxta hoc quæro,quare requiritur tempus diutur
num in conſuetudine inducenda,non autem in lege,vt l. de
quibus.& Inſti.de iure natura.§.lex.et §.ex nõ ſcripto et s.de
legi.l.humanum.& l.fin. Reſpõ. ꝙ lex habet conſenſum ex-
preſsiuè:& ideo non requiritur alia cõiectura,vt l.continuus.
§.cũ ita.ff.de verb.obliga.ſed conſuetudo requirit tacitũ:ergo
diuturnitas temporis neceſſaria eſt,vt apparet ex cõſenſu po-
puli,& eius perſeuerantia. Nam ante lapſum temporis nõ p̃-
ſumitur cum effectu voluiſſe recedere à lege ſcripta:arg.ſupra
ad Velleianum.l.ſi mulier.et authent.ſiue a me. Iuxta hoc q̃-
18 ro,†an certa pars populi ciuitatis poſſet ex ſua parte cõſuetu-
dinẽ inducere? Gul.in l.ingenuũ.ff.de ſtatu.ho. vbi reaſſumit
materiã cõſuetudinis,quã omiſit in l.de qbus.tenet ꝙ ſic,p §.
deinde cũ eſſet.ff.de orig.iuris.et hoc ff. de iuſt.et iu.l.pen. in
prin.de mune.& ho.l.vt gradatim.§.& ſi.l.ff.de offi.procon.&
leg.l.obſeruare.§.j.verſi.magni. Item cũ tota ciuitas poſsit quo
ad totum,& pars quo ad partem.argu.l.quæ de tota.ff.de rei vẽ
di.& de admini.tuto.l.ſi duo. Item quia pars populi cẽſetur in
hoc tanq; populus per ſe:arg.ad hoc ff.de leg.j.l.plane.§.fi. Itẽ:
quia illi parti poteſt legatum relinqui:ergo cenſetur vniuerſitas
& collegium legitimum,& aptum ad legẽ & cõſuetudinem in
ducendam.vt ff.de leg.j.l.ſi quis à filio.§.ſi patri.& de reb.dub.
19 l.cum ſenatus.& de col.illici.l.iij.in princip. †Deinde quæri-
tur,an in conſuetudine inducenda requiratur actus iudiciarius,
ſcilicet ꝙ fuerit in iudicio iudicatum. Et certe quidam dicunt ꝙ
ſic,vt l.proxi.& de ædi.pri.l.an in totum.ff.eo.l.cum de conſue-
tudine.& l.nam Imperator. Sed certe glo.pe.& omnes doct.di-
cunt oppoſitum. Ratio:quia cõſuetudo inducitur per tacitum
conſenſum populi,vt s.ſæpius eſt oſtẽſum.qui poteſt colligi &
declarari,etiam per actus extraiudiciarios,ſicut per iudiciarios,
vt dicta l.de quibus.& l.diuturna.& l.nam Imperator.& l.ſed
& ea.concordat Gul.& Mar.Sil.in dicta l.de quibus:& alleg.
Gul.de Cu.ff.de lega.j.l.ſi ſeruus plurium.§.fi.de leg.iij.l.num-
mis.& de fun.inſtru.l.cum de lanionis.§.aſinam.& de regu.iur.
l.ſemper in ſtipulationibus.& s.de veteri iur.enuc.l.j.§.ſed & ſi
quis. Reſpondetur ad leges in contrarium alleg.quia denotant
accidentiam facti:ergo alia ſimilia extraiudicialia ſuper eadem
ratione ęquitatis formata,non excludunt.ff.de vi & vi arma.l.j.
§.quod vulgo.& de dam.infect.l.damni infecti ſtipulatio perti
20 net.cum ſimi. †Decimoſexto quæro,an ſine contradictione
conſuetudo poſsit induci. Videtur quod non ff.eo.l.cum de cõ
ſuetudine. Econtra ꝙ ſic:quia ſine cõtradictione inducitur lex,
vt ff.eo.l.j.ergo & cõſuetudo.arg.à pari,vt d.l.de quibus. Quic
quid dicat Iac.de Are.Pet.eius diſcipulus dicit ſic,ꝙ ſine cõtra-
dictione bene inducitur cõſuetudo,quantum ad hoc vt omnes
alij ſimiles in caſibus ſimilibus poſsint vti alijs inuitis:& ſic acti
ue: quia conſuetudo non differt à lege,niſi vt in ſcriptum,&
non ſcriptum,ſeu expreſſum & tacitum:ergo &c.vt d.l.de qui-
bus.& quantum ad hoc alij compellantur vti tali actu,ſi vti no-
luerint:& ſic paſsiue:& tunc non niſi contradictio fuerit:& illi
acquieuerint,ſeu obtemperauerint:nam tũc ſtatim incipit præ
ſcribere aduerſarius contra obtemperãtem. Vnde ſi aliquis eſt
ſolitus ire ad molendinum meum:poſtea nolit venire ad mazi-
nandum,non poſſum ex vi præſcriptionis ipſum compellere:ni
ſi cum ſemel ire nollet:eo contradicente,ipſum compuli,vt eat,
& ille obtemperauerit:nam tunc incipio præſcribere contra eũ:
argu.ff.de ſer.vrba.prædio.l.qui luminibus. Et ſic intelligunt
ff.eod.l.diuturna.& l.ſequen. Ego teneo indiſtincte quod indu
catur conſuetudo ſine contradictione,ſecundum omnem effe-
ctum actiue & paſsiue. Ratio:quia ſemper iuſſus maioris par-
tis populi præiudicat minori contradicenti,vel non,vt dicta l.
quod maior.ff.ad municip.& de regu.iur.l.alius.§.j. Non ergo
debet requiri eorum contradictio quæ nullum poteſt effectum
producere,vt l.dotem.ff.ſolu.matri.& quod ibi nota.ff.ad Vel-
leia.l.quando.§.fi.videtur expreſſum in auth.de defen.ciui.§.fi.
verſicu.nullo reluctante. Non obſtat argu.Pet.de dicta l.j.& ij.
& d.l.qui luminibus.quia loquuntur in præſcriptione,quæ eſt
21 minoris authoritatis q; conſuetudo,vt s.dixi.xij.q. †Decimo
ſeptimo quæro,an conſuetudo poſsit induci per errorem. Di-
cas breuiter ſecundum Iac.de Are.& Pe.quod etiam hic decla-
rabo,videlicet quod refert:quia aut quæris an conſuetudo per
errorem poſsit induci contra legem:& dictum eſt ꝙ non. Ra-
tio eſt:quia populus ſic vtitur credẽs legem ſic dicere,& ad eius
obſeruantiam:ergo non dicitur velle eam tollere:ar.ff.de lega.j.
l.legata inutiliter.& de adi.lega.l.legata.ff.de condi.& demon.
l.cum tale.§.fin. Aut præter legem:& tunc ipſi diſtingunt. Aut
ipſi erant in cauſa impulſiua:& tunc ſic. Aut in cauſa finali: &
tunc non.arg.ff.de don.in l.ij.§.fina.cum l.ſequen.& de condit.
& demonſtra.l.cum tale.§.falſam.& quod dixi s.de epiſc.& cle
ri.l.generaliter.& per Dyn.extra de regu.iur.in c.decet.lib.vj.
Ego in hoc membro ſic dico: Aut populus erat in facto:& non
inducitur conſuetudo præter legem:quia nullus eſt conſenſus,
vt ff.de iuriſdic.omnium iudicum.l.ſi per errorem.de aqua plu.
arcen.l.ſed hoc ita.cum ſimili. Aut in iure:& tunc non induci-
tur conſuetudo generaliter,videlicet:quia non trahitur ad alios
caſus ſimiles & perſonas.& ff.eo.l.quod non ratione.& quod

ibi not. Concludo igitur hanc legem procedere ſolum in conſuetudine regulari, ex certa ſcientia populi inducta, vt ṡ.l.pro
22 xi. & l.de quibus. Facit quod not.docto.ṡ.eod.l.j. †Decimooctauo quæro, an per conſenſum coactum conſuetudo inducatur? Reſpondeo, ſecundum omnes docto. ꝙ aut populus fuit coactus per priuatum: & tunc non.arg.ff.qui & à quib.l.ſi priuatus. Aut fuit coactus per iudicē: & tunc aut per ipſum exercētem iuriſdictionem: & in vim iuriſdictionis circa illos caſus: & tunc ſic, vt ff.eo.l.nam Imperator. & l.cum de conſuetudine. Ratio: quia tunc voluntas iudicis repræſentat voluntatem partis, vt ṡ.de euictio.l.ſi ob cauſam. & ṡ.ſi in cau.iudi.l.j.ff.de euictio.l.ſi plus.§.primo. & quod nota.ff.ne vis fiat ei.l.j.§.hæc verba. Aut ſi fuerunt coacti per iudicem tanquam priuatum: & tūc non: quia tunc vt priuatus debet cenſeri: argu.j.de iur.fiſci.l.prohibitum.li.x. & de meta.l.deuotum.lib.xij. & facit quod not.ff.de iuſti. & iur.l.non videntur.§.qui iuſſu. & per Dy.extra eo.ti.
23 c.quod quis mandato.lib.vj. †Decimonono quęro, ſi iudex pluries iudicauit contra legem præſente maiore parte populi, & longum tempus ſit elapſum: an conſuetudo regularis inter omnes ſit inducta? Et dicendum eſt ꝙ ſic, vt ff.eod.l.diuturna. cum l.ſeq. Sed cōtra prædicta inſtat̃ pluribus rationibus, & fortiſsime. Primo: quia illæ ſniæ inter alios latæ, alijs non debēt præiudicare, vt l.ſæpe.ff.de re iudi. & ṡ.res inter alios acta.per totum, cum ſimi. Ad quod reſpōdent quidam ꝙ tales ſententię non nocent alijs in vim rei iudicatæ, vt ibi: ſed conſenſus maioris partis populi præſentis, & tacentis, colligitur per illas: & ex hoc reſultat cōſuetudo quæ pro lege habetur in illis: vnde præiudicat, vt in legibus pro hac parte inductis. Secundo inſtatur ꝙ illæ ſententiæ fuerunt latæ contra legem: & ſic nullæ.ff.de appel.l.ſi expreſsim. & quæ ſen.ſine appel.reſcin.l.j.§.item cum contra ſacras. & ṡ.quando prouo.non eſt neceſſ.l.ij.ergo &c. & l.nam & ſi ſub conditione.ver.poſt deſe.ff.de iniuſt.teſt. Ad hoc reſpondet ꝙ ſententiæ ſunt nullæ de ſe: & ideo quantum eſt de ſe inducunt effectum nullum virtute ſententiæ, vt in contrarijs, ſed quia per eas colligitur tacitus conſenſus populi, vel maioris partis præſentis tacentis, per hoc inducitur conſuetudo: & inde habet effectum. Tertio inſtatur contra: quia talis cōſuetudo quæ eſt contra legem, ipſam legem impugnat: quare non poteſt lex nominari vel conſuetudo rationabilis appellari: arg.ff.de mino.l.auxilium.in fi.cum ſi. Ad quod reſpondet Iac.de Ra. ꝙ verum eſt ꝙ offendens vnam legem, non iuuat̃ lege eadem, vt ibi: alias ſic, vt hic. Quæ ſol.eſt falſa: quia in d.l.auxilium.minor offendit vnam legem, ſcilicet de adulterio: & tamen non iuuatur beneficio alterius, ſcilicet de minoribus. Petr.reprobat expreſſe per l.filio.§.ſi ignominioſam.ff.de ritu nup. Quare ſolu.ſecundo modo ꝙ hic populus committit in legem authoritate legis: ibi ſecus. Quæ ſol.non placuit. Pet. quia non eſt veriſimile ꝙ leges conſentiant ꝙ deſtruantur per contrariam cōſuetudinem. Non ergo veriſimile eſt ꝙ velint deſtructionem ſui. Accedat ad hoc.ff.de bon.eo.l.j. & quod no.ff. quod met.cau.l.iſti quidem.in fi.de verb.ſig.l.liberorum in fin. legis. Sed certe dicta ſol.poſſet defendi per dictam ſolut.quā ṡ. dedi, per l.ſanctio legum.ff.de pœ.videlicet ꝙ princeps videtur hoc velle & conſentire, qui eſt lex animata in terris, vt in aut̃.de conſue.§.fi. & in aut̃.de inceſt.nupt.§.dubitatum. & facit quod no. Archi.extra de pręb.c.cum de beneficio.lib.vj. Pe.aliter ſoluit ꝙ ipſa conſuetudo ſumit effectum, non à lege quam impugnat, ſed à cōſenſu populi ſicut lex ipſa: & ideo pro lege ſeruatur. Gulel.in d.l.de quibus.aliter reſpondet ad præcedens contrarium, videlicet quod ibi fuit error expreſſus in ſententijs: ideo ſunt nullæ, hic non: & ſic ſunt aliquæ, vt l.ṡ.alleg.quando prouo.non eſt ne. Vel aliter: & ſic, videlicet ꝙ illud arg.concludit, vbi eſſet vna ſententia, hic duæ, quæ cum longinquitate temporis hoc poſſunt, quod per ſe ſolas non poſſunt.argu.ff.de ſer. ruſt.præ.l.per fundum. & communia præd.l.fi.ſed certe in iſtis duabus legibus actus fuit ab initio validus de ſe, reſpectu concedentis: hic ſimpliciter nullus. Hæc ſol.non eſt bene tuta: quare teneas aliam ſolu.quam dedi primo, ſcilicet per Pet. & alios docto. Item contra prædicta inſtatur: quia conſuetudo requirit conſenſum, vt l.de quibus.ſed iudicium caret conſenſu, & redditur in inuitum, vt l.inter ſtipulantem.§.j.ff.de ver.oblig. Ad quod ego reſpondeo, ꝙ iſte conſenſus ſaltem coactus: arg. ff.quod met.cau.l.ſi mulier.§.penul.quia videtur voluntarius, poſtq́ pars victa non appellauit. vt l.j.ṡ.de poſtu.ṡ.ſi ſæpius in integ.reſti.pe.l.j. & de appel.l.hi qui ad ciuilia. Vel aliter nō eſt conſenſus voluntarius, reſpectu victi per ſententiam, ſed reſpectu aliorum qui fuerunt præſentes in iudicio, & tacentes, bene fuit voluntarius. vt dixi ṡ.argu.ff.ad municip.l.ij. & de decur.l.ſpurij.§.pater. Vel aliter, licet ab initio fuerit cōſenſus coactus: tamen per taciturnitatem ſequentem & patientiam, coactum conſenſum tranſtulit in voluntarium: argu.ṡ.quod met.cauſa.l.ij. & hoc cum diuturnitate temporis videtur operari: argumē.ṡ.de teſta.l.ſancimus.cum ſi. Deinde & contra prædicta oppo.de l.nemo.ṡ.de ſentē. & interlo.om.iu. Solue vt ibi no. & ṡ.eod.in rub. & d.l.de quibus.videlicet ꝙ non ſequimur exempla aliarum ſentētiarum, aliorum iudicum: vt ibi: ſed quia per ipſas colligitur conſenſus maioris partis populi præſentis & tacentis, ex quo inducitur conſuetudo, ſequimur illam conſuetudinem, & pro lege eam ſeruamus, & ſic ſecundum illam iudica
24 mus.ſic econtra.ff.de vſur.l.cum de in rem verſo. †Viceſimo iuxta hoc quæro, an conſuetudo inducatur ex ſententijs quæ non ſunt mandatæ executioni, ſi à tempore pronūciationis earum longum tempus ſit elapſum. Breuiter Gul.tenet, & bene ꝙ ſic: quia ceſſatio executionis non contingit ex defectu iuris, ſed partis, quæ executionem debet petere ſecundum formam l.à diuo pio.§.j.ff.de re iudi. Nam per illas ſententias, ſatis eſt conſenſus populi declaratus, licet victor eis vſus non ſit: & ſic iſtum producunt effectum: argu.ff.quod quiſq; iur.l.iij.in princip. & quia ſola ſententia debet ſpectari, vt ff.de pœn.l.qui vltimo. & l.quod ad ſtatum. & ff.de iniuſt.teſta.l.ſi quis filio exhæredato.§.irritum.quæ leges nihil faciunt: quia loquuntur in ſententijs quæ trahunt ſecum executionem ipſo iure: & in eis apparet, vt not.in d.l.qui vltimo. Sed tamen eius opinio eſt vera, vt patet ṡ l.j. & de edi.priua.l.an in totū. & ff.eod.l.nam Imperator. & l.cum de conſuetudine. quæ loquuntur ſimpliciter de ſententia diffinitiua, vt ff.de re iudi.l.quod iuſsit.in fin. & quando appel. ſit.l.j.§.quod in ſententijs. & ſic ſufficit condemnatio vel abſolutio, vel æquipolliens abſq; alia executione, vt ff.de re iudi.l.ait prætor. & l.in ſumma. C.de ſenten. & interlo.om.iudi.l.præſes. & quod ibi no. & facit quod no.ff.quod quiſq; iur.l.j.§.qui magiſtratum. & concord. Marti.Sil.in dicta l.de quibus.eo ſaluo ꝙ ſi victus contra quem petitur executio, contradiceret, & eam non patitur: & ſic non perſeueraret eius cōſenſus: & ſic res nō tranſit in conſenſum, ſed diſſenſum: & ſic eſſet conſuetudo interrupta: quia non dicitur factum quod nō durat, vt l.ſi pro patre.§.verſum.ff.de in rem verſo. & quod cuiuſq; vniuer.l.itē eorum.§.actor.cum ſimi. & nihil eſt actū, donec aliud ſupereſt ad agendum, vt l.pen.ṡ.ad Syllania. & de emend.Codi.in princip.
25 †Viceſimoprimo quæro, an ex ſententia arbitrorum inducatur conſuetudo. Reſpondet Gul. ꝙ aut ſunt tales ſententiæ quę merentur executionem: puta quia compromiſſum factum eſt ſine pœna, & à partibus emologatum tacite, vel expreſſe: & tūc ſicut ſententiæ iudicum, vt ṡ.de arbitris.l.cum antea. Dic tamen quod requiruntur plures ſententiæ q̄; iudicum: quia ſententia iudicis eſt maioris authoritatis quam ſententia arbitri, vt ff.de his qui not.infa.in l.quid ergo.§.ex compromiſſo. & pater ff.ſi quis ius di.non obtē.l.j.in princi.de iudi.l.ij.§.fi. & quod not.de arbi.l.non ex omnibus.in princip. & probatur.ff.de re iudi.l.ait prætor.in princi. & de verb.ſig.l.notionem.in princ. Numerus autem dictarum ſententiarum dictum effectum producentium iudicis arbitrio relinquitur cum non ſit determinatum a lege, vt l.j.in fin.ff.de iure deli. Et facit quod ṡ.dixi in illa q.quot actus ſunt neceſſarij ad conſuetudinem inducendam. Aut ſunt tales ſententiæ quæ non merentur executionem: puta quia compromiſſum factum eſt cum pœna, vt ṡ.de arb.l.j. & aut̃.decernimus. & in corpore vnde ſumitur. & ff.de arbi.l.ij. & tunc non inducitur conſuetudo. Ratio eſt: quia tales ſentētiæ non ligant eos, inter quos ferūtur expreſſe. Ergo nec alios tacite: argu.ff.loca.l.qui ad certum.de bo.autho.iud.poſ.l.cum vnus.§.j.de ſer.ruſti.præd.l.item.§.qui habet.cum ſimi. Facit quod not.in d.l.ait prę
26 tor.in princi.ff.de re iudi. & ṡ.de iudæ.l.iudæi. †Vigeſimoſecundo quæro, an ſententiæ latæ inter non ſubditos, poſſunt cōſuetudinem inducere. Reſpondeo breuiter, cōſuetudinem quæ ſpectat ad ordinationem iudicij ſic: quia illa quæ verſant̃ in lo cum

Ibi. inq. zi. Tu teneas contrarium. qd imo indistincte nō, solum ex sententijs arbitrorum. sed et arbitratorum inducit Consuetudo si modo in uero similem notitiam populi transiuerint vt sentit bar. in l. de quibus. n. 28. quam dixit verā Jaß. ibi n. 84. ff de legi: quam sequit greg. lap. l. 5 tit. 2 Vbo dos Suyzios. p. 1. quos vide

cum iudicij debent attendi, vt ff.de teſti.l.ij.§.fina. illa vero quæ ſpectant ad deciſionem litis non: quia illa non debent ſpectari ſecūdū locū iudicij, ſed quæ verſantur in loco cōtractus, vt
27 ff.de euict.l.ſi fundus. & de vſur.l.j.no.ṡ.l.proxi. †Vigeſimotertio quæro, an per ſentētias reſciſſas poſsit induci conſuetudo. Reſpondet Gulel.in dicta l.ingenuum. ff.de ſta.homi.vbi perficit illam materiam: ꝙ aut ſunt reſciſſæ per appellationem: & tunc non: quia finguntur à principio nō fuiſſe latæ, vt l.j.in fi.ff.ad Turpil.et de pœ.l.ij.§.fi. Aut ſunt reſciſſæ per reſtitutionē in integrum: et tūc reſtitutio cōceditur propter vitium proceſſus: puta quia dicatur malè iudicatum: arg.ff.de re iudi.l.diuus. & qui ſatiſdare cogan.l. quoties vitioſè. & de re iud.l.iiij.§.cōdemnatum. Aut reſtitutio cōceditur, nō propter vitium proceſſus, ſed propter fauorē perſonæ minoris vel alterius: et tunc ſic. Ratio: quia tunc licet nō remaneāt ſentētiæ quo ad eum: remanet tamen quo ad alios: argumen.ṡ.ſi vnus ex pluri.appel.l.j.et ij.licet enim ille faciat reſcīdi ſentētiā prædictā.remanet tamē conſenſus populi, ex quo cōſenſu inducitur cōſuetudo ſicut patet in ſimili, videlicet ꝙ reſciſſa totaliter ſententia apud quoſdā: remanet tamen apud alios eius effectus quo ad cautionē de rato, vt ff.rē ra.ha.l.cū minor
28 in prin. & in repe.l.Stichū.§.q̄d vulgo.ff.de ſol. †Vigeſimo quarto quæro, †qualiter cōſuetudo inducta in iudicio ꝓponatur. Dicit Pe. ꝙ quādoque ꝑ modū exceptiōis. Verbi gratia: ſi cōſuetudo ſit ꝙ vēditor nō teneatur cauere emptori de vitijs, & morbis, ſi hoc emptor petat à vēditore, venditor excipit de conſuetudine: ar.ff.de pac.l.paciſci. Quādoq; in vim actionis realis. verbi gratia, ſi eſt conſuetudo de modo ſuccedēdi ꝙ primogenitus ſit hæres, ipſe ꝓponat petitionē hæreditatis quæ eſt in rem authoritate talis conſuetudinis quæ facit eum dominum, & hæredē admitti ad ipſam vniuerſitatē. Item rei vendicatio ad ſingulas res, vt ff.de peti.hær.l.ſed et ſi.§.antepe.et de rei vendic.l.j.in princ. & l.ſi ager.et de bo.poſſ.l.j.ij.et iij.de acqui.poſ.l.cū hæredes.in princi.non aūt proponit condictionem ex ipſa conſuetudine: ſicut patet in ſimili. Nā lex Cornelia facit quem hæredem bonorū alicuius in captiuitate defuncti ex ſua fictione: nō tamen proponitur condictio ex illa lege.ſed per dictas actiones reales: vt ff.de teſt.l.lege Cornelia.de vulga. & pupilla.l.lex Cornelia.cum ſimi. de capti.l.patre inſtituto. Quandoq; proponitur per modum actionis perſonalis: puta condictione ex dicta conſuetudine, ſ.quādo conſuetudo diſponit de iure ꝑſonali. verbi gratia: vt quis compellatur vendere rem ſuam.ff.cōmunia prædi.l.venditor.§.ſi conſtat. Nam proponetur contra eum condictio ex dicta conſuetudine.arg.ff.de condi.ex lege.l.j. Quādoque poteſt proponi per officium iudicis. verbi gratia: ſi conſuetudo permittit minores vſque ad triginta annos petere reſtitutionē in integrum. proponit enim in minori ætate iſtam conſuetudinē per officium iudicis.arg.ff.de mino.l.quod ſi minor.§.fin. Guliel.de Cu.in præcedēti mēbro dānat Pet in eo, et bn̄: qa nō debet proponi cōdictio ex cōſuetudine, q̄ eſt ſubſidiaria: vt ff.de cōd.ex lege.l.j.ſed ꝓponi debet actio exempto: vt ſic ex illo cōtractu formā accipiēte, ex cōſuetudine agat̃: ita ꝙ ī libello fiat mētio de illa: ſicut patet ī ſimili, qn̄ iurat̃ formalit̃ in iudicio: vt ff. de iureiuran.leg.ſi duo patroni. §. Marcellus. et §. ſi quis iurauerit. Quare in prædicto membro ſic dicit ipſe, et verius, quod aut conſuetudo iſta cadit in nomen, ſiue ſpeciem, aut formam alicuius contractus: & tunc agendum eſt actione ex eo contractu recipiēte formam ab illa cōſuetudine vt ſemp de illa mentio fiat. Aut nō cadit in formā alicuius contractus: vt puta, ſi ſit conſuetudo, quod qui intrauit vineam alicuius, ſoluat domino quinque: & tunc proponi debet condictio ex ipſa conſuetudine. argumen. leg. ſi duo patroni.§.Marcellus. & §.ſi quis intrauerit.de condict.ex lege.leg.j. & ſupra de reb.credi.leg. actori. Viceſimequinto
29 q̄ro, †an in libello oporteat conſuetudinem allegare. Breuiter quicquid dicant docto.moderni, ego ſic dico, ꝙ aut conſuetudo eſt notoria: & tunc non oportet eam allegare, ſicut nec probare.ff.argum.de actio.emp.l.emptorem.in princ. & qui ſatiſda cogan.l.ſi verò.§.j. & infra de accu.l.ea quidem. Facit q̄d no.ṡ.de appel.l.ciues et incolæ. Aut conſuetudo nō eſt notoria: et tunc aut eſt contra legem: et tunc debet allegari. Ratio eſt: quia intentio aduerſarij fundata eſt de iure communi: & ideo niſi opponeretur in libello: aduerſarius non poſſet eſſe inſtructus, an debeat cedere, vel contendere. quod fieri debet: vt l.j.in princip.ff.de eden. Ceſſante igitur ratione, ergo & ipſum dictum.argu.ff.de iure patro.l.adigere.§.quamuis. & de re mil.l.miles.in princ. Facit l.edita.cum ſua materia.ṡ.de eden. ſemper tamen debet probari, quando non eſt notoria, per eum, qui eā allegat: vt ṡ.eo.l.j. & ratio ibi not. Viceſimoſexto quæ
30 ro, †quot teſtes probent conſuetudinem. Reſpondeo, ſaltē duo. ff.de teſti.l.vbi numerus. & l.iij.§.j.quod ibi nota. & cōcor.glo.
31 in l.de quibus.ṡ. de legi. Viceſimoſeptimo quæro, †qualiter debeat iſta conſuetudo probari. Et dicit Pet. ꝙ ſemiplene: non autem plene. nam iudex recipiet teſtes in abſentia aduerſarij: & ſe ab ipſis informabit, & ſecundum illam informationem iudicabit: ſicut quando allegatur ſibi ius ſcriptum ad informationem ſui, non fit alia probatio ſibi, ſed ipſe ſolus: de hoc inſpicit libellum ſuum. Dicit enim ꝙ quædā in iudicio principaliter proponuntur, ad concluſionem probandam, & illa debent plene probari: quædam non principaliter: & in eis ſufficit probatio ſemiplena: ſicut patet in eo, qui proponit confeſſoriam pro ſeruitute reali. Proponit enim principaliter ſeruitutem ſibi deberi: ſecūdario vero ſe dominum dominantis fundi, vt ff.commu.prædio.l.j. Et iſtud primum debet probari plene: ſecūdum ſemiplene.ff.ſi ſerui.vendi.l.ſicuti.§.ſed ſi quæratur. & ſi vſusfru.peta.l.vti frui.in princi. & quod ibi not. & ff.de probatio.l.circa. & de excep.l.ſed ſi ante. Aliud exemplum ponit in eo, qui petit hæreditatem diuidi familiæ erciſcundæ iudicio. Nam principaliter allegat communionem, & illam debet probare plene. ſecundario ſe dominū: & illud ſufficit ſemiplene probare, puta per poſſeſsionis probationem: vt ff.fami.erciſcun.lege prima quæ probatio non ſufficit, niſi dominium in iudicio principaliter proponatur: vt not.ſupra, de probat.l.ſecunda. & l.proprietatis. & l.cū res.ſic & in conſuetudine prædicta. Ego teneo contrarium, ſcilicet quod debeat plene probari: & ſic probat l.j.huius titu. Dicit enim quod conſuetudo debet probari cauſa cognita. Intelligitur ergo plene: vt ṡ.de iudi.l.iudices. Non obſtat prima ratio Pet. quia loquitur in iure ſcripto, hic in non ſcripto. Facit ṡ.eo.l.j. & quod ibi nota. Item non obſtat ſecunda, quia loquitur in ſecundario: ibi in principali, ſcilicet in conſuetudine, ſuper qua concludens principaliter fundatur: vt patet ſupra in l.j.in fin. & non obſtat.l.circa. & l.ſed ſi ante.cum ſimi.vt in eis patet. Vi
32 ceſimooctauo quæro: †quid deponent teſtes inducti ad conſuetudinem probandam. Certe dicit Azo hic, in Summa, & glo.in rubri.d.l.de quibus. quod triplex eſt modus. Primus videlicet, quod perpetuo ſit obtentum, ſine cōtradictione. Secundus eſt modus, quod teſtes deponāt, quod libelli quærimoniarum non fuerunt recepti. Tertius modus eſt, quod teſtes deponāt quod fuerit bis obtentum in contradictorio iudicio. Pone exemplū de primo, quando vicinus alicuius facit pontem ſupra viam publicam, & alius vicinus proponit querelam de ipſo, iudex nō admiſit libellum quærimoniæ, ſed reiecit: & tunc colligitur tacitus conſenſus populi: quia iſta repulſio tantum operatur, quātum ſi expreſſe fuerit iudicatum conſuetudinem eſſe. arg.ff.de nego.geſt.l.ſi autem.§.fi. & de compen.l.quod in diem.§.j. Item quod dicit Azo.quod fuit obtentum in cōtradictorio iudicio. voluit dicere, quod vnus allegabat conſuetudinem in iudicio, alius negabat iudicatum fuiſſe ſecundum conſuetudinem: vt ff. eodem.l.cum de conſuetudine. Iſti modi reprobantur per Iaco. Baldui. & merito: quia iſta ſententia inter alios lata, regulariter nō pręiudicat alijs: vt l.ſæpe.ff.de re iud. & ṡ.res inter alios acta. per totum.cum ſimi. Item poteſt eſſe, ꝙ in hoc actu etiam bino, non fuit cōſenſus, etiam decimæ partis populi, nec diuturnitas temporis interceſsit: quæ omnia in conſuetudine inducenda requirūtur: vt ſæpius ṡ.dixi. Marti.de Fano. & Mart.Sil. & ſequaces eorum voluerunt Azo.hoc modo defendere, ꝙ illa ſententia, per quam iudex in contradictorio iudicio pronunciat eſſe conſuetudinem, non inducit eam, ſed probat eam inductam, & & declarat. Simile ff.de rei vendicatione l. & ex diuerſo.§.primo. & infra ſi ſerui.vendi.l.ſicuti.§.ſed ſi quæratur. & dicunt quod hæc ſententia facit ius inter omnes, ſicut in alijs publicis iudicijs: niſi probetur de præuaricatione priorum: vt ff.de iureiuran. l.eum qui.§.in popularibus. & de præuaricator.l.iij. & de accu

ſa.l.ſi cui.§.iiſdem.cum ſimilibus. Item,quando libelli quærimoniarum ſunt repulſi,per hoc non inducitur conſuetudo:ſed probatur inducta,& adeo notoria,quod libelli quærimoniarū ſunt reiecti.Et hoc modo defendunt Azo.& glo.Sed prędicta defenſio non videtur bona:quia poſito ꝙ dicta ſententia ſit declaratoria, & dicta reiectio quærimoniarum ſit actus conſuetudinis: tamen alijs non debet præiudicare, vt dixi: argu. ff. de iureiuran.l.nam poſtea.§.fina.& l.ſed & ſi poſſeſſoria.§.fina. & l.ſequen.& plene ſcripſi s̈.quibus res iudi.non noc.l.ſecunda. Præterea,ille modus non eſt modus probandi notorium conſuetudinis:quia non probat notorium actus permanentis, nec actus interpellati,circa ipſam conſuetudinem intrinſecus. Facit quod dixi infra de accuſationi.l.ea quidem.quare Gul.de cu.ſic dicit,in dicta l.de quibus.& bene,quod aut dicta ſententia fuit lata cum contradictore legitimo:puta cum Syndico vniuerſitatis:& tunc inducit conſuetudinem,ſeu inductam probat inter omnes,& ſic poteſt ſaluari opinio Azoñ.& gloſſ.vt in dicta lege,cum de conſuetudine.Aut non fuit lata cum contradictore legitimo : & tunc ſecus. Ita loquitur opinio Iaco. Petr. & ſequacium.argu.ff.de collu.dete.l.cum non iuſto. & ſi quis ingenu. eſſe dica. l. prima. Et facit quod plene dixi in dicta l. ſecunda.ſupra quibus res iu.non noc.& de liberis agnoſcend.l. prima.§.fina.Breuiter ego dico quod teſtes deponunt tria,& dicunt,ſcilicet vſum populi,& frequētiam vſus,& temporis diuturnitatem:vt probatum eſt s̈.plene. Verbi gratia. Reducamus ad practicam, volo probare quod hæc eſt conſuetudo.: ſecundum opinionem Mart.no.ſupra ſolu.matrimo.l.dos à patre.& multis alijs glo.quod ſi vxor decedat in matrimonio,exiſtentibus liberis,quod maritus lucretur dotem, & ad eam probandam produco teſtes.iudex interrogat teſtes,nunquid viderunt vnquam vti quod maritus fuerit lucratus dotem prędictam. Dicunt quod ſic. Item quærit iudex,quid vidiſtis de hoc? Ipſi dicunt,vidimus ſemel iudicatum pro marito præſentibus tot inter duos. Item vidimus alia vice ſic iudicatum eſſe inter alios duos tot præſentibus. Item alia vice tot præſentibus, qui faciunt maiorem partem populi:& tunc iudex vltra procedet,& quæret,quot anni ſunt quod vidiſtis prædicta? Ipſi reſpondebunt,decem anni.ecce habemus conſuetudinem probatam, vt patet ex premiſsis:& ideo iudex pronunciabit conſuetudinem eſſe quod vxore in matrimonio defuncta,extātibus liberis,maritus debeat lucrari dotem. Veruntamen dicunt quidam doct. quod ſi teſtes deponunt quod ſic viderunt iudicari : & interrogati quot præſentibus,& quibus,dicunt ſe neſcire:quod iudex debet æſtimare quot poſſunt fuiſſe præſentes dictis ſententijs, conſiderando quot in iudicio,& tempore ſententiæ conſueuerunt eſſe præſentes communiter, & frequenter : & ſi inueniat eos eſſe maiorem partem populi,habebit conſuetudinē eſſe probatam:argumen.s̈.l.j.quæ dicit quod frequentia inſpicitur.id eſt,frequenter ſolet accidere,quod tot homines reperiuntur in loco,in quo illud eſt actum.Item cum hoc liquide probari non poteſt,ſtandum eſt coniecturis:vt l.non omnes.§.à barbaris.ff. de re milit.quod non puto verum:quoniam:vt s̈.dixi,conſuetudo poteſt allegari per viam exceptionis:& tunc excipiens,eam clare,& plene,debet probare,vt ſupra dixi & ff.de probat.l.in exceptionibus.& de excep.l.j.Item per modum officij iudicis: & tunc etiam illam proponens, plene debet illam probare : vt ff.de iureiuran.l.nam poſtea.§.ſi minor.cum ſimilibus. Aut per modum actionis realis:& tunc idem:vt l.fina.ſupra de rei vend. Aut per modum actionis perſonalis:& tunc idem : vt l.qui ac-
33 cuſare.s̈.de eden.c.cum ſimili.†Et ſic iudex non debet ſupplere defectum probationis in vim agendi : vt not.ſupra vt quæ deſunt aduo.par.iud.ſupple.l.j.& ff.de offi.præſi.l.illicitas.§.veritas.nec in vim excipiendi:vt not.in l.fin.ff.de petitio.hæredita. Nec obſtat §.à barbaris.quia ibi erat difficilior probatio,quam hic:quare ſufficit præſumptio,& cōiectura ibi:hic non. Quod patet:quia lex requirit probationem : vt ſupra l.j.& ad veram probationem,non autem ad coniecturam & præſumptionem, debet referri:vt ff.de conditio.& demonſtra.l.Lucius.ſupra de probatio.in rubri.vbi probatio, & præſumptio, ponuntur tanquam ſpecies differentes,& diſtinctæ : argumen.ff.pro empt.l. ſecunda.§.ſeparata.& quod not. ff.de legatis primo.l.ij.quod puto verum,quando teſtes dicunt ſe ignorare numerum præſentium:ſed ſi de illo deponunt,& dicunt ſe illos non cognouiſſe,ſi quidem erat probatio facilis,propter modicum numerum populi:tunc idem,rationibus iam dictis. Si vero difficilis, teneo cum Pet.per d.§.à barbaris propter fragilitatem memoriæ:vt ſupra de vete.iure enuclean.l.ij.in princi.ff.de acquiren. poſſeſ.l.peregre.in princip.& quia propria nomina hominum probabiliter ignorantur:vt l.ſi quis in fundi vocabulo.in prin-
34 ci. ff. de legatis primo. Viceſimonono†quæro,quid ſi quandoque fuit iudicatum pro conſuetudine, quandoque contra: an ex ſententijs prioribus conſuetudo erit inducta. Quod glo. tangit in dicta l.cum de conſuetudine.ff.eodem.Et certe Guli. in dicta l.de quibus.ff.eodem.ſic reſpondet:quod aut populus cum ſciuit eſſe iudicatum contra conſuetudinem,tacuit,& non contradixit, ſeu magiſtratus ipſum populum regens : & tunc conſuetudo ſit interrupta, etiam per vnam ſententiam contrariam : argumen.ff.de vſuſcap.l.vſucapio.& l.naturaliter.& in authen.quibus modis nat. effic.ſui.§. ſi quis ergo.collat.vij. Debebat enim magiſtratus populi,cum hoc ſciebat,illi ſententiæ,quæ erat contraria conſuetudini, contradicere: & ideo ſi tacuit,eius taciturnitas præiudicat populo, ſicut ſi ipſe populus tacuiſſet : vt ff.ad municip.l.municipes.de regu.iur.l.aliud. §.refertur.& de condit.& demonſtra.l.municipibus.& l.an in totum.s̈.de ædi.priua.vbi eſt hoc expreſſum.Vnde dicti magiſtratus ſcientes,& tacentes,non contradicentes debent puniri per ſuperiorem.argumen.ff.de admin.re.ad ci.perti.l.iij.& ſeq. Aut cum ſciuerint,contradixerunt illi ſententiæ,dicentes inique pronunciatum,& ſimilia verba:tunc per illam ſententiam non erit conſuetudo interrupta:cum apparet continuatio primæ voluntatis:alioquin propter nouum,& vltimum conſenſum,cenſeretur interrupta:ar.ff.de lega.iij.l.fideicommiſſa.§.ſi rem.arg.d.l.ſpurij.§.pater.ff.de decu.Nam conſenſus in ſententiam aufert perſeuerentiā cōtinuati cōſenſus in prima.arg.ff.de neg.geſt.l.Neſennius.de reli.l.at ſi quis.§.pleriq;.& de acquir. hęredi.l.pro hærede.& de leg.j.l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.de lega.iij.ſi quis in prin.teſtamēti. Et cū iſta determinatione debet intelligi gl.d.l.cum de cōſuetudine. Trigeſimo quæro iuxta
35 hoc,†quid erit ſi ab probandū cōſuetudinem producantur quatuor teſtes,quorū duo deponūt ꝙ ſemel viderunt ſic actum tot præſentibus:alij duo deponunt alia die ſic actum præſentibus alijs:an erit cōſuetudo probata? Quidam magni doc.tenent ꝙ ſic:& inducunt glo.Ioan.poſitā.ff.de teſt.l.ob carmen.§.ſi teſtes.inducunt etiam pro ſe.l.arbiter.ff.de proba.de aqua plu.arcen.l.ij.§.idem Labeo ait. Alij tenent cōtra,ꝙ iſti teſtes ſunt ſingulares:quia non concordāt in eodem facto.quod requiritur ad eſſe conſuetudinis:licet concordent in aliquo actu particulari:ergo eam non probant.Facit quod not.s̈.qui nume.tut.l.j. Ad hoc extra,de teſti.c.tā literis.quod ego teneo. Ratio,prout s̈.dixi in conſuetudine probanda requiritur,non ſolum vſus, & actus populi,ſed eorum frequentia. Iſti ergo teſtes licet probent vſum & actum populi,& in eo concordent:non tamē probant eius frequentiam quod patet:quia deponunt de pluralitate diuerſorum actuum:non autem de frequentia eiuſdem. Et per hoc patet reſponſio ad gloſſam Ioan.& ad leges in contrarium adductas:quoniam ipſi teſtes concordant in actu,de quo principaliter agitur:& de eius eſſentia tractatur,ſcilicet de depoſitione,& de memoria temporis:& ideo ſi duo concordant circa actum vnum, ille actus eſt bene probatus : hic non deponunt de frequentia eiuſdem.quod in conſuetudine requiritur: vt ſupra probaui.ſed de pluralitate diuerſorum actuum,prout patet.ergo conſuetudinem non probant,cum deficiant in probatione vnius eorum,quæ requiruntur in ipſa inducenda,quæ ſunt tria,vt ſupra oſtendi.ergo deficit probatio in toto:vt ff.de tranſactionib.l.cum hi.§.ſi prætor.de itine.actuque priuat.l.ij. §.hoc autem.cum ſimilibus.Et hoc modo ponendo caſum dicta glo.Ioan.in dicta l.ob carmē.poteſt ſaluari,videlicet ꝙ ſunt quatuor teſtes,& duo probant,& deponunt ꝙ viderūt me poſſidere vno menſe,& alij duo alio menſe:verum quia Ioan.aliter ponit exemplum ibi,ſcilicet ꝙ teſtes erāt ſingulares,ſcilicet ꝙ vnus depoſuit ſe vidiſſe vno menſe,alius alio menſe,& ſic de ſingulis:idcirco illam glo.damnaui.quod dic vt ibi ſcripſi,arg. s̈.de teſtib.l.iuriſiurandi.§.ſimili modo.& quod nota.in dicta.l. prima.qui nume.tut.Et eodem modo pone caſum in d.l.ſi arbiter.& d.§.idem Labeo.videlicet ꝙ fuerunt quatuor teſtes,& ſinguli duo deponūt de eodē actu,& in eo concordant. tunc enim ſinguli duo ſuū actū probabūt vt l.vbi numerus.ff.de teſt.Secus ſi ſeparatim,videlicet vnus de vno actu,alius de alio:tūc enim deficeret probatio,vt prædixi. Ad quod facit,ꝙ no.in Spe.de teſti. §.j.ver.ſed pone egi.& in ti.de inquiſi.§.j.ver.quid ſi vnus teſtis. & §.nunc videndū.ver.de pœna.& ver. ſequen. & in titu.de teſte.§.iam de interrogatorijs.ver.ſed nunquid in tit.de noto. crimi.§.fama.ver.quid ſi teſtes. Facit quod dixi ſuprà de eman. libe:l.j.ſuper probatione vera concordat Marti.Sili.in d.l.de qui-
36 bus.Trigeſimoprimò quæro,†quid ſi iudex iudicauit bis cōtra legem præſente maiori parte populi,reperitur tamen ꝙ aliquis contradixit,an conſuetudo erit inducta? Iacob.de Are.& Petr. tenent quod ſic:quia contradictio vnius maiori parti populi non obſtat:vt l.quod maior.ff.ad municip.& de reg.iur.l.aliud.§.refertur.Et facit quod dixi in quæſtione illa,videlicet an ſine contradictione conſuetudo poſsit induci. Nec obſtat.ff.de ſerui.ruſti.l. per fundum.et commu.prædio.l.receptū.quia ibi conſentiunt vt ſinguli iure priuato,hic vt vniuerſi iure publico.Facit quod not. Dy. in c.quod omnes tāgit.extra de reg.iur.lib.vj.& ꝙ s̈. dixi in quęſtione illa,videlicet quantū tēpus requiratur ad conſuetudinem inducendā.Sed Gul.de Cu.in l. ingenuū. de ſtatu hominū. ſic diſtinxit:quia aut cōſuetudo inducitur per legē, vt in vſibus feudorum:& in illis contradictio nihil operatur. Aut contra legem:& tunc ſic:arg.in auth.de defen.ciui.§.fi.ibi nullo reluctante &c.arg.pro hoc.quia cōſuetudo ſecunda eſt debilior quā prima:vt.s̈.ad Velleia.l.antiquæ.& quod ibi no.in auth.de nō alie. §.quia verò veriſimile.& ff.de teſta.mili.l.eius militis. §. militia. Sed pręcedens opi.mihi placet.per leges predictas. Non obſtat §.fi.de defen.ciui.quia illud ſpeciale odio criminis ambitus: vt ff. ad legē Iul.de ambi.l.j.& quod ibi nota.Itē non obſtat ſecunda ratio:quia hic quęlibet conſuetudo cenſetur vniformis, propter identitatem rationis.quæ eſt in d.l.quod maior.et l.aliud.§.j.quę
37 rationis identitas hic ceſſat.Trigeſimoſecundò quæro.† an conſuetudo liget infantes,& furioſos? Certè gl.tenet hic ꝙ ſic: quia lex.ſcripta eos ligat:vt l.diuus.ff.de offi. pręſi.& ad l.Pompeiam de parricidi.l.pen.§.fi.ergo & conſuetudo nō ſcripta,propter paritatem cauſæ,potentiæ,& effectus vt d.l.de quibus. Nō obſtat l.qui ad certū.ff.loc.vt hic no.videlicet,quia ibi loquitur in contractibus priuatorū,ex eorum conſenſu ſolummodo inducendis hic in conſuetudine publica,conſenſu maioris partis populi, ad hoc habilis inducta.Facit quod s̈.dixi in quæſt.illa,ſcilicet, quorum conſenſus requiritur in conſuetudine inducenda.Licet ergo iſti conſentire nō poſsint,tamē propter habiliū cōſenſum ligantur:quorū conſenſus ſcilicet habilium hic requiritur,nō autē inhabilium,arg.ff.de mune.& hono.l.ad rem publicā.& l. vt gradatim. §.& ſi lege.& quod not.ff.de ope.no.nun.l.j.§.nunciatio. Gul.verò in dicta l.ingenuum.ſic diſtinguit in minoribus. Aut eſt talis actus,in quo minores admittuntur vt maiores:vt in matrimonio,& in donatione propter nuptias:vt Inſti.de nuptijs.in prin.& no.s̈.de mino.l.ait prætor.§.primo.& tunc ſic.verbi gratia,dictat conſuetudo ꝙ vxore defuncta in matrimonio ſine liberis,maritus lucretur dotem.talis conſuetudo ligabit etiam minores:quia vniuerſitas maiorum,quæ induxit eam ſolum debet attendi:vt ff.quod cuiuſq; vni.no.l.ſicut.§.j.de in ius voc. l. ſed ſi hac.§.qui manumittitur.& de rer.diui.l.in tantum.§.vniuerſitatis.& arg.ff.de leg.l.ſeruis legatis.§. quibus. & quia facit ad hoc lex ſcripta.l.Aemilius.ff.de mino.& ff.ex quib.cauſis in poſ.ea.l. apud Iulianum.in prin.ergo & eos hoc caſu licet conſuetudo nō ſcripta,propter paritatem cauſæ potentiæ & effectus : vt d. l. de quibus.Facit quod s̈.proximè dixi. Aut eſt talis,in quo minores non admittuntur vt maiores:verbi gratia,eſt conſuetudo ꝙ nullus pōt petere venditiones rerum reſcindi,occaſione minoris prętij dimidia iuſti prætij, & certè minor tali conſuetudine non ligatur,propter reſtitutionem:vt ff.de mino.l.j.& argu.ad hoc ff. de mune.& hon.l.vt gradatim.§.& ſi lege.Sed multū obſtat ſibi. ff. de admi.tuto.l.ſi ſine herede.§. Lucius.Sed reſpōdeo, ꝙ ibi fuit inducta cōſuetudo ſpecialiter,& expreſsim in perſonis minorū: hic nō. Vel ibi nō cōtraxerat minor,ſed maior,cui ipſe ſucceſsit. arg.d.l.Aemilius.& l.apud Iul.in prin. Martinus Sili.in l. de quibus.in prin.tenet pręcedētē opi.Pet.& gloſſę. Trigeſimotertiò
38 quęro,†an cōſuetudo liget clericos.Pet.ꝙ nō.quia clerici et laici ſunt diuerſi populi.ꝙ patet:quia habent diuerſos iudices. argu. ff.de offi.aſſeſ.l.ſi eadē. vnde clerici nō habēt commune cū actibus plebeiorum.s̈.de epiſc.& cleri.l.placet.& de teſt.l.conſulta. Item quia clerici ſunt maiores ꝗ laici:vt s̈.de ſum.trini.l.iij. ergo non ligantur eorū cōſuetudine, & ſtatutis,niſi conſenſerint. ar. ff.de orig.iur.l.ij.§.deinde cum eſſet.& Inſtitu.de iure natu.§.plebiſcitum.Cōtrariū no.ff.de poſthu.l.ex ea.Sed Inn.tenet primū extra,de conſti.c.quæ in eccleſiarū.& c.eccleſia ſanctæ Mariæ. & per Gul.in d.l.ex ea.Et cōtra iſtos eſt communis opi.ꝙ ſi clericus agit cōtra laicū in foro temporali,ꝙ ſeruetur conſuetudo et ſtatutum populi,quod eſt ad litem ordinādam:aliàs nō.Et ſic intelligitur ſecūdùm quoſdam extra,de fo.compe.ca.ꝙ clericis. de iureiurā.c.j.&.ij.quę no.Hoſti.in Summa,de cōſuetudine.Facit quod dixi.s̈.de epiſcopa.audien.l.epiſcopale.per Gul. Trigeſimo
39 quartò quæro,†quid ſi alia cōſuetudo eſt in foro actoris, alia in foro iudicij:alia in foro rei:quę debeat ſeruari? Reſpōdeo:diſtingue vt no. Odoffred.l.s̈.proxi.videlicet quod aut ſpectat ad litis ordinationem:& ſeruatur illa,quę eſt in foro iudicij. Aut ad litis deciſionem: & tunc illa,quæ eſt in foro contractus: vel in loco contractus vt l.prima. in principio.ff.de vſuris. de euictionibus. lege ſi fundus.Nec obſtat ſuprà. de emanc. lib. l.prima.quia ibi in actu iudiciali, & contractus idem eſt: hic in diuerſis, vt
40 ibi dixi. Trigeſimoquintò quæro, † quid ſi populus vtitur contra conſuetudinem : an erit interrupta. Certè gloſſa magna hic diſtinguit in fine. Tu dicas latius ſecundum Martinum Sili. & alios Modernos in lege de quibus . videlicet, quod ſi populus poſt conſuetudinem præſcriptam per errorem vtitur contra illam, non interrumpit illam : quia non habet animum eam tollendi. argumen. ff. eodem. lege quod non ratione : & idem de iuriſdictione omnium iudicum. lege ſi per errorem.& ſuprà de iuris & facti ignorantia. lege non idcirco. Si verò ex certa ſcientia venit contra legem, non ſimpliciter, ſed legem condendo contrariam, tollit eam : vt ff. de ſepulchro violato.lege tertia. §. diuus. Si verò ſimpliciter ex certa ſcientia vtitur contra eam non legem condendo: ſi quidem ille vſus eſt ſufficiens ad nouam conſuetudinem cōtrariam inducendam, quod qualiter contingit ex premiſsis apparet, tunc tollit eam : argu. ff. de regulis iuris. lege nihil tam naturale. & de ſolutioni.lege prout quiſque. & Inſtitutis. de iure natura. gentium & ciuili. §. penultimo. Si verò ille non ſit vſus ſufficiens ad contrariam conſuetudinem inducendam, non tollit eam legitimè præſcriptam. argu. ff. de pactis. lege ſi vnus. §. pactus. verſiculo ſed ſi pactum. Secus in principe : vt in authentica. vt omnes obedien. iudic. prouin.§.arripiat collatione ſexta. ſed non præſcriptam, nam talis vſus contra ius populi bene interrumperet : vt hic nota. & de regulis iuris. lege nemo. §. temporalis. Trigeſimo-
41 ſextò quæro, †an ſtatutum, vel conſuetudo ciuitatis vendicet ſibi locum in caſtris ſibi ſubiectis. Certè gloſſa in dicta lege ex ea. ff. de poſtu. tenet quod ſic. Et videtur caſus Inſtitut.de ſati.da. §. finali. Guliel.authen.in dicta lege ingenuum.ſic diſtinguit, quod aut illud caſtrum in illo caſu habebat conſuetudinem ſeu legem ſpecialem, quod poteſt : vt dixi ſuprà in quæſtione, an pars populi ciuitatis poſsit ſibi conſuetudinem facere:tunc non: quia debet conſuetudo ſua ſeruari, vt ſuprà dixi ibi. Aut tempore conſuetudinis ciuitatis illud caſtrum de illo caſu non habebat legem, ſed conſuetudinem ſpecialem,& aut illud caſtrum erat de diſtrictu, & iuriſdictione illius ciuitatis, & tunc ſic. argu. ſuprà de epiſcopis & clericis. lege nulli.& de naturalib.libe.l. ſi quis.& ff.ad municip. lege qui ex vico. Aut illud caſtrum non eſt de diſtrictu & iuriſdictione illius ciuitatis : & tunc non : cum habet ſuos fines, ad quos ſuæ ciuitatis conſuetudo extendere nequit. argu. ff. de acquirendo rerum dominio. lege in agris. Ad hoc ſuprà de officio præfect.prætorio Affricæ.lege in nomine Domini. in principio.in prima columna.& infrà de fun.limi.lege quicunq;. libro vndecimo. & facit. ff.de legatis tertio. lege prædijs. §. penultimo. in fine de fundo inſtrumento. lege Seiæ.§.Tyrannę. lege prædia. in fine. argu. ff. de damno infecto. lege ſi finita. §.ex hoc edicto.hoc in caſtris ciuitati ſubiectis, tempore dictæ
42 conſuetudinis. Trigeſimoſeptimò quæro, † quid in caſtris poſtea ſibi vnitis. Tenet Guliel.quod ſi dicta vnio vel tranſ-

latio ſit facta per principem: tunc ſic: quia facta perfectè videtur: & ideo ſecundùm ciuitatis conſuetudinem debet regulari. argu. de excuſa.tuto.l.idem Vlpianus.§.fina.& de re iudi.l.quidam conſulebant.& ſupra, de nupt.l.Imperialis. Nam quod iuris eſt in principali, idem iuris debet eſſe in eius adiuncto. ff.de pact.dota.l.inter.§.cùm inter. & ſ.de dona.ante nupt.l.fina.circa medium.l.ad hoc etiam.ff.de hæredi.inſtit.l.liber homo.§.Titius.& ad Trebel.l.Papinianus. Ad quod facit optimè in authē. vt iudic.ſine quoquo ſuffra.§.illud.& ff.de iudi.l.inſulæ Italiæ. & de excuſa.tuto.l.non tantùm.§.Illyrienſibus. & facit quod not.C.de Metropol.l.j.lib.xj. Aut per alium præterquā per principem eſt facta vnio: & tunc refert: quia aut caſtrum tranſiuit in diſtrictum & iuriſdictionem ciuitatis: & tunc idem. Aut non: & tunc non, per ea quæ dixi ſupra, in proxi.q.& dixi ſ.de iure do. l.etiam.& tractaui in dicta l.ſi finita.§.ex hoc edicto. Trigeſi-
43 mooctauo quæro de quæſtione ardua †: quid ſi emergit caſus non deciſus lege ſcripta, nec conſuetudine: & eſt ſimilis legi ſcriptæ pro vna parte: & ſimilis conſuetudini pro alia contraria: quæro quid iuris? verbi gratia: quæro an emphyteuta habeat, vel habere debeat incrementū alluuionis? à ſimili facit lex quòd ſic: quia fructuarius debet habere ff. de vſufruct.l.item ſi fundi. §.j.Simile conſuetudini facit ꝙ non: quia vaſallus non debet habere: vt x.coll.in tit.de cōtrouerſia inueſtituræ.§.ſi quis de manſo.dicit Mar.Sili.ꝙ ſimile conſuetudini debet ſpectari: quia magis eſt ſimile, cum vtile habet dominium ſicut vaſallus. fructuarius autem non habet dominium directum, nec vtile. Gul.enim contrarium dicit: ꝙ ſimilis lex debet ſpectari: quia ſimile cōſuetudinis procedit per locum à ſimili: lex procedit per locum à maiori, quod eſt fortius vt no.in l.j.ſ.de nego.geſt. Trigeſimono-
44 no quæro †.quid ſi vtrunq; ſimile procedit pariter per omnia. verbi gratia, quæritur an emphyteuta debeat habere ita incrementum alluuionis? ſimile legis facit ꝙ ſic: quia ſuperficiarius debet habere. Simile conſuetudinis facit ꝙ non: quia vaſallus nō debet habere? Reſpōdeo, ſimile legis debet ſpectari. Ratio: quia iſta conſuetudo eſt contra legem: & ideo ad cauſam ſimilem nō extenditur. argu.ff.eod.l.quod non ratione. & quod ſupra dixi.
45 †Vltimò, quicquid doct.in hac materia ſcribunt, diſtinguendo ſic concludo quòd aut conſuetudo eſt contra legem, aut prę-ter legem: in ſecundo caſu conſtat eam debere ſeruari, per l.j.ſ.e. & de ædi.priua.l.an in totum.& in d.l.de quibus.in j.reſponſo. Primo caſu, aut conſuetudo eſt contra ius naturale: & nō debet ſeruari: vt Inſti.de iu.natu.§.ſed naturalia.& de legi.ag.tute.§.fi. & ſ.de cap.dimi.l.eas. Aut contra legem diuinam: & idem facit quod not.ff.de conſtit.princip.l.j.in princ.& ſ.ſi contra ius vel vti.pub.l.fina.de vſur.auth.ad hæc. Aut contra ius gentium: & idē: vt d.§.ſed naturalia.cū ſimi.niſi ex cauſa: vt ff.cōmu.prędio. l.venditor.§.ſi cōſtat. Aut eſt cōtra ius ciuile: & tūc aut eſt expreſſè reprobata per legē: & non valet: vt ſ.de vſur.l.eos.§.pe.& de ſacr.ſan.eccle.auth.caſſa.de fur.auth.nauigia.cōmunia de ſucceſ.auth.omnes peregrini.& ff.ad le.Rhod.de iactu.l.deprecatio. ſecundū vnam lect.& in auth.vt nulli iudi.§.nulli verò. Aut nō: & tunc aut eſt inducta per cōſenſum erroneum cōtra legem: & tūc nō valet, vt ſ.dixi in illa q.an per cōſenſum erroneū cōſuetudo poſſet induci. aut ex certa ſciētia: & tūc aut præcedit legē: & tunc quidā diſtinguūt, ꝙ aut apparet ex tenore dictæ legis eius latorem ſenſiſſe vel ſciuiſſe cōſuetudinē localem: & tollit ipſam: vt ff.de ſep.vio.l.iij.§.diuus. Aut nō: & tūc nō, ſed illa lex ſuccūbit, vt extra, de cōſti.c.j.lib.vj.& ſ.de teſta.l.fi. Ego autē ſic dico vt ſ.dixi in opp.ij.ꝙ aut dicta cōſuetudo eſt cōtra legem: & lex ſequēs cōtraria illi cōſuetudini tollit eā: vt d.§.diuus. Aut pręter legē: & tūc nō, ſed lex ſuccumbit ibi: vt d.c.j.extra, de cōſtit.& l.fi.ſ.de teſta.& in auth.de non alien.§.qa verò veriſimile.cū ſimi. Aut conſuetudo eſt generalis: & vincit legē generaliter: vt d.l. de quibus. Aut eſt ſpecialis, & localis, & vincit eā ſpecialiter in eo loco, vt hic, in prin.ſecundū vnā lect.& ff.cōia prædio.l.venditor.§.ſi conſtat.& de admini.tut.l.ſi ſine hærede.§.Lucius.& de polli.l.Imperatores.in fin.non generaliter in omni loco: vt in fine huius legis, ſecundùm vnam lectu.& veram, vt ſ.dixi in ſolu.primi & ſecundi contrarij: & ſic eſt finis iſtius repetitionis.

De donationibus. *Rubrica.*

LEX I.

Emptionū.[a] Qui donat inſtrumēta emptionū, videtur donare res emptas. h.d. Tene mēti hāc legē & ſimiles notatas in glo.ꝙ q tradit inſtrumētū, videtur tradere illud ꝙ cōtinet in eo: quod allegabo tibi cùm ſumes conuentum in ſermone.

LEX II.

Si nominis. Cùm actio ceditur: debitoris conſenſus non requiritur. h.d.

LEX III.

Spem. Spes poteſt cedi, hoc dicit.

Si functiones. Glo.legit hanc legem duobus modis. Primo modo, ſolutio tributorum[b] non probat aliquem eſſe dominum. hoc dicit.

Si donatio. Verbum, dono, in vltimis voluntatibus, fideicommiſſum inducit, etiam parte abſente. hoc dicit.

Nec ambigi. Donatio, quæ incipit a traditione, poteſt perfici inter abſentes. h.d.

Cenſualis. Hæc eſt bona lex, & menti tenēda. Idē etiam de ſequenti breuiter dicit. Aſsignatio in cenſum[c] non præiudicat domino non conſentiēti: ſed ſi conſenſerit, vel ipſe pro alijs aſsignauerit, videtur donare: niſi probet contrarium. hoc dicit cum l.ſeq.

Legem, quam. Vt pactum donationis impleatur, ex ſtipulatione, vel præſcriptis verbis agitur. hoc dicit.

Nemo. Nemo videtur donare, de quo non cogitauit. hoc dicit.

Nec ignorans. Donatio collata in filiū in poteſtate non valet: ſecus in emancipatū. h. d.

Cum de bonis. Donatio facta in filium emācipatum, valet. hoc dicit.

Portionem. Pars pro indiuiſo poteſt donari. hoc dicit.

Si aliquid. Breuitas epiſtolæ non vitiat donationes. hoc dicit hæc lex.

Si filius. Nemo dat. quod non habet. hoc dicit.

Aeris alieni. Aes alienum non ſequitur fundum, ſed ſucceſſorem vniuerſalem. h. d.

Siue. Filio emancipato poteſt donari: facta donatio filio in poteſtate per emancipationem cum pacifica poſſeſsione. poſtea cōfirmatur. hoc dicit hæc bona lex.

Si donationis. Actio furti iam facti ciuilis, poteſt remitti. hoc dicit.

Si auia. Mulier poteſt donare extraneis, etiam res ab eius parentibus habitas. hoc dicit.

Vice. Alius poteſt pro donante ſubſcribere. hoc dicit.

Conſtante. Mulier non poteſt donare dotem cōſtante matrimonio. hoc dicit. Secundò dicit glo. quod ſpem actionis de dote poteſt donare. Vide glo.& ſigna eam bene.

Cum res. Vt pactum donationis impleatur, agitur præſcriptis verbis. hoc dicit.

Si ea, quæ. Res à me donata, poteſt mihi donari. hoc dicit.

Si patri. Donatio facta ab eo, cui non ſucceſsi, nihil mihi præiudicat. hoc dicit.

Donatio. Hæc lex tota loquitur quando actum eſt, vt donatio fiat in ſcriptis. Secūdum gl. omnis donatio requirit inſinuationem ſecundùm quod leges præcipiūt, ſcilicet ſi quantitatem taxatam excedat.

Donatio. Donationes in ſcriptis debent fieri forma hac lege conceſſa. hoc dicit. Vide

a ¶ Emptionū. Iſtam legem declara, & intellige, vt habes per Alexand.in l.iiij. in princ.de acquir.poſ. vide Bald.in l.fi.qñ fiſc.vel priua.& ad hanc legē vide Bal. in l.ab emptione.in iiij. col.ff.de pactis.

b ¶ Tributorum. Solutio tributorū non probat dominium: vide tamen Bald.in authē.ſi qs.de natu. libe.& l.ſi pater & ibi bar.ſ.de act.emp.

c ¶ Cenſum. Iſta donatio non requirit inſinuationem, ſecundum Bal. in l.illud. in pen. colū. de ſacroſanc. eccle. & adde l. cum quis. ſecundum Bar. ibi, de acquir. re. do.

gl. quę eſt hic, ſuper verbo. cognominata. Nota ex hac l.ꝙ donatio cauſa mortis debet inſinuari[a]. Secūdò no. ꝙ donatio licet nō ſit facta ſimpliciter: tñ debet inſinuari, ſi excedat quātitatem. Quod no. quia videtur hoc contra gl. quæ eſt in l. Aquilius. ff.eo. Vos videtis in pluribus legibus huius tituli, & in iure fit in pluribus locis mentio inſinuationis. Quid enim eſt donationis inſinuatio?[b] Certè ꝙ fiat in actis corā iudice, vt hic videbitis, & in l.ſancimus. j.eod.& Azo.in ſumma huius tituli.

Lata.[c] Aliàs Data. Donatio quæ debet fieri in ſcriptis, debet fieri modis pręallegatis. etiā ſi fiat in cōiunctam perſonā. h.d. Et tene menti ver.geſta.in fin. quia eſt notabilis caſus. Vbicunq; igitur fiat in actis donatio, non eſt curandum.

Quiſquis.[d] Rei donatæ retinens vſumfructū, rē videtur tradere. h.d. No, ꝙ quotidie occurrit, & eſt notabilis caſus.

In extraneos. Extraneis, et ignotis poteſt donari. h.d.

In hac. Donatio in vrbe debet inſinuari coram magiſtro cenſus, in alijs apud præſides prouinciarū: vel defenſores ciuitatū. h.d. Nota hunc tex. Quæro an in donatiōe quæ inſinuatur, requiratur aliqua cauſę cognitio: debet ne aliquis citari[e]? Dico quòd non, ſed ſolū acta requiruntur: vt per ea donatoris voluntas comprobetur: vt hic dicit notabilis textus.

In donationibus. In actis iudicialibus non ſunt neceſſarij teſtes[f]. h.d. tene menti iſtam legem.

Secundum. Donationes in vrbe, debēt inſinuari coram magiſtro cēſus: & non corā alio, contra faciētes legitimè puniuntur. hoc dicit.

Illam ſubtilem. Hęc eſt bona lex. Mādatū procuratoris in rē ſuā ſeu actoris cōceſsio morte mandatoris cedentis nō extinguitur.[g] Et procurator in rem ſuā ante litē conteſt.& poſt, pōt alium conſtituere. h.d. no. De primo dic vt dixi in l.j.ſ.de actio.& oblig. De ſecundo dic vt vidiſti ſ. de procura.l.neq;.& l.quod quis.

Sancimus.[h] Donatio vſque ad trecentos aureos inſinuatione[i] non eget: vltra debet inſinuari niſi eſſet donatio imperialis, vel facta ad pias cauſas, quę vſque ad quingentos aureos ab inſinuatione eſt libera. h.d.

Ne autem. Hic eſt bonus caſus, et ſequens, vbi propter immenſam donationem cōmunio rei inducitur, licet domino maioris partis pretium offerre, & totū poſsidere. Aliàs diuiditur, ſi eſt diuidua. Si vero indiuidua, in dominum maioris partis transfertur prædicta poteſtas. hoc dicit.

1 ☞ *Clauſula, quod tot intelliguntur donationes, quot res, quid operetur.*

Si quis. Hic eſt bonus caſus. In donationibus, quę diuerſis tēporibus celebrātur, cuiuslibet quantitas[k] per ſe contēplatur. h.d. Quæro, †circa hāc legē
1 de illa clauſula, quæ cōſueuit apponi in donationibus, tot intelliguntur eſſe donationes, quot ſunt res: vtrum valeat. Certe. nō, quia hoc ſolū debet inſpici, vtrum eodē tēpore ſint factę, vel nō: vt ex hac lege, & gl. manifeſtè colligitur.

1 ☞ *Qui promittit decem annua, intelligitur promittere in vita ſua.*

2 *Et an legibus de inſinuatione loquentibus poſsit renunciari.*

Si quis autem. Donatio annua in vita contrahētiū collata, pro quolibet anno videtur vna per ſe ſeparata: ſecus ſi ad hæredes extēdatur. h.d. Nota iſtū tex.[l] ibi: ſin autē etiā hæredē
1 &c. ꝙ †ille, qui promittit decē annua, intelligatur in vita ſua, niſi de hæredibus expreſſe fiat mentio. Licet contrarium videatur vellè gl. in l.ſi Stichū.§.ſtipulatio.ff.de ver.
2 obli. vbi dixi tibi. Quæro, vtrum †iſtis legibus. quæ de inſinuatione donationū loquūtur, poſsit renunciari. Breuiter reſpondeo, non: nā legibus, quæ inducūt certā formā in conſtituendis actibus hominū, renunciari nō pōt: vt.ff.de pact.l.ius publicū.& l.nemo poteſt.ff.de leg.j.

Si quis argentum.[m] Qui donat argentum poteſt illud tradere in materia, & ſpecie, & in pecunia ſignata. hoc dicit. Vide gloſſ. ſuper ver. ęſtimatione. quam vide. & not. de qua materia feci tibi quaſi vnam repetitionem, in lege Paulus. ff. de ſolu.

Sed & ſi quis.[n] Si donatur res, vel vniuerſitas, & interueniat traditio vera, vel ficta, donatio dicitur eſſe perfecta, ſi interueniat ſtipulatio, ad perficiendū cōpellitur: ſi ſimplex conuētio huius legis authoritate, vt perficiat compellitur. hoc dicit.

a ¶ Inſinuari. Donatio cauſa mortis non inſinuatur: ſed eſt econtra in l.fi.j.de do.cauſa mor.& gl.in l.j.j.eo.& Bar.in d.l.fi.j.eo.& quod no.Bal.in authen. ex teſtamento.in.iij.col.de colla.

b ¶ Inſinuatio. Quid eſt inſinuatio, adde Bal.in authē.ſi omnes.ſi vt ſe ab hære.abſ.Bar.in l.Modeſtinus.ff.eo.& Bal.in l.illud.de ſac.ſan.eccle.

c ¶ Lata. Vide ad hāc legem quod no. Bar. in l. poſt contractū. in ij.col.ff.eod.

d ¶ Quiſquis. & ad hanc l. vide quæ habes in l.iij.in prin.de acqui.poſſ. fallit vbi requiritur vera traditio, & vbi eſſet ſuſpicio fraudis, ſecundum Bal.in l.j.ſ.de vſufru. Sed quid cōtra an ꝑ retētionem ꝓprietatis videretur facta traditio vſuſfructus, ſeu vtilis dominij, dic ꝙ nō.l.iiij.§.dare.ff.de vſufr.& no. Bald.c.j.quid ſit inueſtitura.et ī prin. vt hic.

e ¶ Citari. In inſinuatione nō debet pars citari. vide Bar.in l. Modeſtinus.ff.eod. Bal.in l.j.§.illud de temp.app.& ī l.j.in prin.ſ.de li.conte.et in l.j.& ij.qñ li.pri.da.melius in l.illud. ſ.de ſacroſan. eccle. & in auth.eo decurſum.ſ.de do. ante nupt.& idem firmat Bal.in l.fin.§.fina.de iu.do. Adde, an notarius poſsit inſinuare donationem: & an iudicis requiratur authoritas, vel decretū, Bal.cōſ.ccciij.j.l.

f ¶ Teſtes. Idem tenet Spec.in ti.de inſtru.edi.§.reſtat. ver.ſed cum lrīs. Et hoc obſeruatur in practica. ſed conſidera ꝓpter tex.in l.poſt mortē. ff.de adop.& hanc l.intellige fin. dicit gl.in auth.de here.et fal.§.ſi vero abſit. Quādoque ꝙ nō requiratur ſubſcriptiōes teſtium: ſed nomina eorū qđ no.ex no.ꝑ gl.ī c.quoniā cōtra. & ibi vide do.et hic Cy.& Bal.& Bar.ī l.ſi ꝓcurator.de condi.ob cau. dicit hic verū, niſi vtroq; cōſentiente. qđ no.in l. falſus.ſ.de fur.& vide gl.& doc.in l.geſta.ſ.de re iud.et bal. in auth.ſed hodie nouo.in pe.col.ſ.ſi cer.pe.& Bar.in rub.de fi.inſtru.in ij.co. vide Bal.in l.illud.ſ.de ſac.ſan.eccle.ī iij.co.

g ¶ Extinguitur. vide oio l.fi.in prin.ff.eo.& no.ꝑ Bar.ī l.ij.§.ſed ſi qs.ff.de dona. Sed an poſsit reuocari expreſſe Bal.in l.j.in vj.col.de act.& obl.ſ.tenet ꝙ nō: niſi tribus caſibus, in quibus in l.iij.ſ.de noua.alle.gl.in l.ſicut.§.ſi ꝓcurator.ff q mo.pig.vel hypo.Sol. Vide ibi Bal.in l.j.in ij.& iij.q.& adde qđ Pe.& Cy.in l.ſi quidem.ſ.de acti.& ob. per illū tex.volūt, ꝙ mandatū in rē ſuā morte finiatur &c. hic erat ceſsio, nō. mandatū. Vide Bal.ibi & adde ꝙ ſi cedens actionem iniuriarum, decedit re integra, finitur ceſsio, ſecundum Bal.in l.fi.ſ.de hære.ven.

h ☞ P. PAV. P. ¶ Sancimus vide quæſt. tactam per Iaſ.in l.licet inter col.fi.ver.ſecundo habes. C.de pact.

i ¶ Inſinuatione. Sed qđ ſi quis donat vltra quantitatem hic a lege taxatam, cū aliquo onere adiecto, quod in effectu trāſit valorem q̄titatis vltra iſtā ſummam: vtrū egeat talis donatio inſinuatione? Et dicit idem Bal. per illum tex. quod non, in l.ſed ſi hæc.§.cuidam.de condi.& demonſtra.& ibi ſequitur Imol.

k ¶ Quātitas. Nota & per Bar.in l.recte Sabinus. Et de hac materia no.Spe. de don.& in tit.de inſtru.edi.§.porro.verſi.donatio autem. vbi ſentit cōtrarium. Sed Ioā. And. ibi non ſequitur eū & vide etiam ad prædicta ibi Ioannes And.& adde Spe. de dona.§.j.ſup ver. quoddā. vbi ponit aliqua notabilia.

l ¶ Tex. An promiſſio annua trāſeat ad hæredem, vide Bar. in d.§.ſtipulatio & ibi doc.& vide Bar. in l.ſi idem.in princ. de iur.om.iu.in ver. quæro. vtrū iſtis legibus poſsit renūciari inſinuationi, vide Bar.ī l.Modeſtinus. ff.e.& quod no.in l. ſi quis in conſcribendo.ſ.de pac.& quod ibi Bar.

m ¶ Si quis argētum. Sed hæc lex non habet locum in præſumpta donatione vt oriatur actio, ſecundum Bal. in l.ſi pacto quo pœna.ſ. de pac.et Ang.ī l.iuris gētium.§.igitur nuda.ff.de pac. videtur velle Bar.in l.iuris gentium.§.quinimo.& l.hactenus.§.j.de conſti.pecu.

n ¶ Sed & ſi quis. Et licet hic dicat, ꝙ donatio ſolo conſenſu perficitur: vt īſtitu. eo.§.aliæ autem. tamen bene ad hoc ne ab alio poſsit vel alteri obligari requiritur traditio vera, ad hoc vt dicatur perfecta. Ita dicit no.bar. in l.j.j.de iure. fiſci. per l.fina.§.Lucius. ff.de dona. ꝙ eſt mēti tenendū ſecundū ipſum, & vide quod notat Imol. in l.Aquillius. ff. eodem. Et an habeat locum in donatiōe ante nuptias, vide gloſſ.& Baldum in lege prima. ſupra donatio. ante nupt. An iſte text. habet locum ſi factū promittat pacto nudo, vide Bartolum.& ibi Alexā. in l. iuris gentium. ff.de pact. Et an habeat locum in pacto declinando, vide in eadē lege.§.primo. Vide aliquas limitationes per Bartolū in.§.quinimo.& in lege ſi vnus.§.pactus. circa medium. & ī omnibus Alex. an habeat locum in donatiōe cauſa mortis: gloſſa eſt quod ſic, in lege cum pater.§.Mæuio. de lega.ſecū. adde Imolam in lege, qui in poteſtate, in princip.ff.de teſta. vbi allegat gloſſam in dicto §.Mæuio.de legatis ſecundo. & tenet Baldus in lege ſi donationis. ſupra de contrahen. emptio. Et an habeat locum in factis, vide Baldum in lege cum virum. ſupra de fideicommiſſ. Et an habeat locum in donatione remuneratiua? Bartol. incidenter in lege iuris gentium. in vltima columna in §.quinimo. tenet quod non. Contrarium tenet ibi Alexand. vbi vide. & dum hic loquitur de iſta ficta traditione, vide quid ſit reſeruatio proprietatis, an dicatur ficta traditio? per Alexandr. in lege tertia. in princip. de acquiren. poſſeſ.

SI quis pro redēptione [a]. Donatio quæ ſit in redēptionem captiuorum, inſinuatione non eget: & ille, qui hoc officium ſuſcepit, ad ipſum expellendum compellitur. Item in donationibus quas magiſtri militum conferunt in milites: & in his quæ donantur in reparatione domus combuſtæ: & quòd in caſibus prædictis pecunia ſic expenſa iuramēto probatur, & donationes hodie, vſque ad quingentos aureos inſinuatione non indigent. hoc dicit. Nota text. ibi: ſed tantum modo ſacramentum præſtare. pro iſtis executoribus vltimarum voluntatum, qui debēt iurare ſe dictam quātitatem in pijs cauſis expendiſſe.

De donationibus quæ ſub modo, vel conditione, vel ex certo tēpore cōficiūtur. Rub.

LEX I.

SI doceas. Si pactum donationis non ſeruatur [b], poteſt res actione vtili vendicari, & condictione ob cauſam agi. hoc dicit. Oppo. ꝙ imò detur alia actio. ſcilicet præſcriptis verbis: vt ſ. titu. j. cum res. Sol. Fateor, ꝙ omnes iſtę tres actiones concurrunt. Sed contra hoc opponitur: quia nemo condicit rem ſuam, præterquā à fure: vt l. fina. ff. vſufruc. quemadmo. ca. ſed hic datur rei vendicatio, & condictio. ergo male. Sol. Iſta vendicatio [c] †, quę datur hic, [1] datur vtilis fauore alimentorum ſecundùm gloſ. hic poſitam. vnde non poteſt dici propriè res mea: meritò mihi conceditur condictio vtilis: ergo vendicatio vtilis bene concurrit cum cōdictione: ſecus in directa. De hac materia plenè dic vt l. j. ff. de dona.

LEX II.

SI prædiorum. Valet pactum ꝙ poſt certum tempus res ad donantem reuertatur. hoc dicit.

LEX III.

QVoties. Ex pacto appoſito traditioni rei meæ, alteri etiam extraneo, & eius hæredibus, actio poteſt quæri [d]. hoc dicit, hic eſt bonus caſus. Tene menti. Eſt ergo vnus de caſibus, in quibus alteri per alterum quæritur actio. Simile vidiſtis. ſ. ad exhib. l. pen.

PErfecta donatio. Poſt perfectam donationem non poteſt ei conditio adijci inuito donatario. hoc dicit.

SI quid. Non refert quid ex æquipollētibus fiat. h. d.

De reuocandis donationibus. *Rubrica.*

LEX I.

ETſi perfectis. Donatio facta in libertū, ex leui ingratitudine reuocatur [e] per patronū: ſecus in hęredibus eius. hoc dicit.

LEX II.

SI apud. Licet inſtrumenta donationis ſint ſubtracta: propterea non reuocatur donatio. hoc dicit.

LEX III.

POſſeſsionem. Sola pœnitentia donationem nō reuocat. hoc dicit.

CVm profitearis. Ex cauſa turpitudinis donationis, non reuocatur donatio. h. d.

SI donationem. Non debet donatio reſcindi per reſcriptum. hoc dicit.

VElles necne. Quādo mulier donat, præſentia mariti vel filiorum non requiritur. h. d.

1 *Omnes pœnæ quæ habent locum in ſecundo nubentibus, habent etiam locum in non honeſtè viuentibus.*

HIs ſolis. [f] Donatio facta in filios ex cauſa ingratitudinis, reuocatur à matre quæ ad ſecundas nuptias non tranſmittit. h. d. Vel aliter. donatio facta filio vitioſo non tenet. h. d. hæc l. Not. primò ex hac lege qua donatio ex cauſa ingratitudinis reuocatur: nō proſequitur fundū: ſed datur contra ipſum [1] donatarium. Item nota † ꝙ omnes [g] pœnę ſtatutæ contra ſecundò nubentes, habent locum in his, qui non honeſtè viuunt. ꝙ tene menti perpetuò: quia ſæpe allegatur.

SI unquam. [h] Hæc eſt ſingularis & notabilis l. Donatio habet tacitam conditionē, ſi donator liberos non ſuſceperit: ideo natis liberis reuocatur. h. d. Idem intelligit gl. & cuilibet extraneo ſi fuerit donatū. Et dicit glo. ꝙ reddit ipſo iure: vel condicitur poſſeſsio. Et materiam huius legis & multas alias quæſtiones circa hoc dixi plenè in l. Titia. §. Imperator. ff. de lega. ij.

DOnationes. Donatio facta in liberos, non reuocatur, niſi ex cauſa ingratitudinis. h. d.

GEneraliter. [i] Donatio reuocatur ex cauſis hac lege inſertis. Sed ſi non reuocat donator: eius hæres reuocare non poteſt. hoc dicit.

De donationibus cauſa mortis. Rubrica.

LEX I.

SI donatione. Donatio cauſa mortis poteſt per fideicommiſſum ſubſtitui. h. d. De hoc penè in l. j. & ij. eodem titu. ff. & ibi per Dyn. & ibi dixi.

LEX II.

INteſta. Poteſt mulier cauſa mortis donando facere alium ſtipulari dotem ſuam ſalua Falcidia, ſeu legitima, quæ liberis eius debetur. hoc dicit.

CVm de mortis. Donatio cauſa mortis accedit vltimæ voluntati: & inſinuatione non eget, ſi quinꝙ teſtes legitime interueniāt. hoc d. Per iſtam legē puto correctam l. donatio. C. de dona. quæ videtur requirere qđ in donatione cauſa mortis fiat inſinuatio.

Finis libri octaui. Sequitur nonus.

Qui accuſare non poſſunt. *Rubrica.*

Glo. ponit quæ perſonæ non poſſunt accuſare, quam vide, & nota & ſigna.

LEX I.

PRius eſt. Quando duo crimina intentātur, quorum vnum eſt præiudcia le ad aliud, ſuper grauiori proceditur. [k] hoc. dicit.

Secun-

a ¶ Si quis pro redemptione. Vide Ludouicum Roma. conſi. lxxxiiij. incip. in cauſa nobilis vbi pulchre loquit quando res probat per iuramentum. Vtrū autē quādo res eſt difficilis ad probandū, debet hoc allegari, & ideo probatur ꝑ iuramentū: vide eundem Lud. Ro. in cōſil. lxxv. incip. pater reuerēde. And. Bar.

a ¶ Si quis pro redemptione. In §. ibi donatio. limita vt dixi j. de actio. §. in bonæ fidei in pen. char. per Bald. in l. nulli. ſ. de epiſ. & cle. Bar. in l. diuus. ff. ſi cui plus, quā per legem Falc.

b ¶ Non ſeruatur Et hanc legem nota. allegat Bal. in l. ea lege. ſ. de condict. ob cau. & vide in l, qui abſenti. §. j. poſt Barto. ff. de acquir. poſ. Adde de hac lege Ioan. And. in additio. ad Spec. in tit. de inſtru. edit. §. porro. in ſecunda additione.

c ¶ Iſta vendicatio. Adde quod notāt Bart. in l. ſi mortis. de dona. cauſa mor.

d ¶ Actio pōt quæri. Et facit ad quæſtionem, de qua per Barto. in l. qui Romæ, §. Statius. de verb. obliga. Et ibi vide Alexan.

e ¶ Reuocatur. Et ad materiā huius titu. li, qñ reuocatur donatio. quid de fructibus? Gloſ. no. in l. generaliter. §. ſi quis. ff. de fideicom. liber.

f ¶ His ſolis, Nota ſingularem caſum ſecūdum dñm meū in l. donationes. §. ſpecies. ff. de dona. ꝙ donatio nō reuocatur propter ingratitudinem ſi mater trāſiuerit ad ſecundas nuptias niſi in caſu anthē. hic poſitę. And. Barba.

g ¶ Item nota ꝙ oēs. Adde tex. de hoc, & ibi do. Abba. in ca. vxoratus. de cōuer. coniug. & vide glo. in auth. ſacramentū. ſ qñ mulier offi. tut. & tex. in l. fi. eo. tit. & in auth. de reſtit. & ea quæ parit ī xj. mēſe. Domi. Pet. de Ancha. in ca. ex parte. de appellatio. Andre. Barba.

h ¶ Si vnquam. Vide Lud. Roma. in cōſi. xxv. ꝑ iſta lege, incti. pro deciſione eorū. & in cōſil. clxvj. vbi late tenuit, ꝙ nō videtur quis renunciare beneficio huius. per iuramētū, et pulchre allegauit. Vide, quia allega. Ioan. Andr. in addi. Specu. in titu. de donatio. adde ad Bar. Andre. Barba.

P. PAV. P.

h ¶ Si vnquam. Vide late Iaſo. in l. ex hoc iure. col. antepenul. ff. de iuſti. & iure. Deci. conſil. xx. contrarium tenet Soci. conſil. ccxcv. col. iij. an beneficio huius poſsit renūciare, vide Iaſ. in l. penul. col. iij. verſi. hunc etiam videmus. C. de pac.

P. PAV. P.

i ¶ Generaliter. An valeat pactū ꝙ non poſsit reuocari donatio prætextu ingratitudinis, vide Iaſo. in l. fi. colū. vj. verſi. ex iſta. doct. Bal. C. de pact.

k ¶ Proceditur. Et nota ad iſtum text. ꝙ illi, qui accuſauerūt non poſſunt officiū iudicis implorare, vt procedatur ad inquiſitionē, ac ſi ipſi eſſent procuratores inquiſitionis. Ita dicit Bal in l. j. C. ſi tutor non geſ. Item nota quod qui accuſare non poſſunt, non poſſunt eſſe denunciatores. Ita inquit Barto. in l. diuus. ff. de cuſt. re. vbi vide de materia denunciationis.

Secūdum vnam lectu. innuit quod ſententia lata in vno iudicio, parat præiudicium in alio. Contra, ff. de publi. iud. l. is, qui reus. Solu. Huius timore ſunt plures lect. Tu tene hic quintam lectu. quæ eſt Azonis vt hic. Iſta duo iudicia erant inuicem præiudicialia, & in lege contraria ſecus. Iſtam materiam examina plenè vt ibi dixi.

1 *Tutor poteſt ſemper accuſare tutorio nomine.*

2 *Cautela, quando tutor accuſat aliquem, quod dicat in accuſatione, talis tutor: nec adijciat: tutorio nomine.*

SI cautiones. Si tutor ad vtilitatē pupilli, accuſat ſuo nomine proprio, debet ſe inſcribere. hoc dicit. Per hanc legē dicunt gloſſ. noſtri, & aduocati communiter quod tutor vel curator non poteſt alieno nomine accuſare. Hoc intelligo verum, niſi in caſibus, in quibus ad proſequēdum crimen admittitur procurator, prout plenè not. in l. ſeruum quoque. §. publicè. ff. de procura. Ego tamen puto, † quod ſem- [1] per poſsit tutor [a] accuſare tutorio nomine: vt l. polla. ſ. de his qui vt ind. ſed inſcribere ſe ad pœnam talionis, hoc non poteſt tutorio nomine: & hoc eſt, quod iſta lex dicit. [2] Cautela tamen eſt, † quod quando tutor accuſat aliquem, dicat in accuſatione, talis tutor. nec adijciat, tutorio nomine: nam tunc intelligeretur eo modo quo poteſt: vt l. poſt mortem. §. j. ff. de quando ex fac. tuto.

LEX III.

QVi crimen. [b] Accuſatio ſine inſcriptione, non admittitur: & accuſator cōtumax extra ordinem, & in expenſis punietur. h. d. Hic videtur eſſe caſus quod in criminalibus victus victori condemnatur in expenſis. Quod dic vt dixi vobis in l. non ignoret. ſ. de fruc. & lit. expen. Item hic videtur caſus, quod in eadem inſtantia poſsit deduci ciuilis petitio & criminalis. nam hic vides: quia punitur extra ordinem, & iſtud eſt criminale. Item punitur in expenſis, & iſtud eſt iudicium ciuile. de hoc dicam vobis in l. ſi quis ad ſe fundum. j. ad l. Iul.

VXor tua. Mulier poteſt accuſare, ſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur: niſi ſit alius, ad quem magis principaliter negotium pertinet. h. d. cum l. ſeq. Nota quod dixi in ſummario.

ACcuſationem. [c] Qui ſemel deſiſtit, non admittitur iterum ad accuſandum. h. d.

SI ea. Qui tempore ſtatuto à iudice non accuſat, vel accuſationem non proſequitur: poſtea non auditur. [d] h. d. hæc bona lex. Nota hanc l. quam plenè examinaui, & dixi in l. Titia. ff. de accuſa.

NOn prohibentur. Miles poteſt accuſare, ſi ſuam vel ſuorum proſequatur iniuriam. h. d.

1 *Qui vult admitti vt ciuis, debet probare ſe ciuem: parte etiam citata.*

NOn ignorat. Non debet quis admitti vt talis, niſi prius probet ſe talem. h. d. Tene menti hanc legem, & multum not. ad infinita. Sæpe [1] † dicunt ſtatuta, quod ſi ciuis admittatur ad aliquod, & nō alius: ante omnia debet ſe probare eſſe talem. Tamen puto quod hæc probatio fiat citata parte.

SI crimen. Etiam ꝗ ſuorum iniuriam perſequitur, ſe debet inſcribere, hoc dicit.

DAta opera. Incendiarij l. Cornelia de ſica. puniuntur. hoc dicit.

DE crimine. Qui regulariter accuſare non poteſt, ad accuſandum non admittitur niſi prius examinetur, an crimen, quod accuſat, ad caſus exceptuatos pertineat. h. d.

SI magnum. Frater non poteſt accuſare fratrem vel pater filium, de crimine grauiori, ſi ſuam iniuriam non proſequitur. h. d. cum l. ſeq.

CVm rationibus. Qui habet duos accuſatos tertium accuſare non poteſt: niſi ſuam iniuriam proſequatur. hoc dicit. Idem in l. hos accuſare. ff. eod.

INiquum. Nutritus non poteſt ſuum nutritorem accuſare, niſi ſuam iniuriam proſequatur. h. d.

SI ſororem. Frater fratrem, ſeu ſororem poteſt de leui crimine accuſare. h. d.

NEganda. Hæc eſt propriè materia l. is qui reus. ff. de publi. iud. & breuiter dicit: Accuſatus non poteſt accuſatorem ſuum reaccuſare de pari crimine, vel minori, prius quam ſit abſolutus, niſi ſuam proſequatur iniuriam: poterit tamen accuſationem proponere, nō vt ſuper ea procedatur, ſed vt ſuperſedeatur, donec cauſa prima finiatur. h. d. Materiam huius legis pleniſsimè habes in tex. et gl. & ego vlterius dixi in l. is qui reus. ff. de publi. iudi.

1 *Familiaris quando accuſare poßit dominum domus.*

2 *Monachus quando accuſat Abbatem.*

SI quis. Perſona domeſtica non poteſt dominum domus accuſare, niſi in crimine leſæ maieſtatis. h. d. hæc notabilis lex. Nota hanc legem, quod fa- [1] miliaris † non poteſt accuſare dominum domus quod intellige verum, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur. Et iſte caſus [2] † quod monachus non poteſt accuſare Abbatem. In contrariū [c] videtur dicere. c. Abbate. [c] de ver. ſigni. dic vt ibi.

SI liberti. Liberti non poſſunt accuſare patronos. hoc dicit iſta lex.

De accuſationibus, & inſcriptionibus. *Rubrica.*

LEX I.

EOs, qui. Qui effodit terminos, extra ordinem punietur. h. d. hæc lex.

1 *Si ſit ſtatutum, quod quicunꝗ declinauerit forum poßit impunè offendi: cautela eſt ſi eſt filiusfamilias, quod pater compareat pro ſuo intereſſe.*

LEX II.

SI cuidam. Hæc eſt notabilis lex. Pro ſuo intereſſe admittitur quis ad defendēdū aliū in crimine capitali. h. d. Per hanc legem practicabatur in [1] ciuitate iſta. dicit hic ſtatutum † ꝙ quicūꝗ declinauerit forum. poſsit impunè offendi vel occidi. Adhibeatur talis cautela, quod ſi accuſabatur filiusfamilias, pater pro ſuo intereſſe declinabat forum [f] pro filio, & ſic non incidebat in ſtatutum filius: eodem modo ſi delinquebat monachus, Abbas pro ſuo ītereſſe declinabat forum: poſtea contra iſtas fraudes, fuit per ſtatutum prouiſum.

REos. In capitali crimine admittitur procurator ad allegandas cauſas abſentiæ. h. d plenè in l. ſeruū quoque. §. publicè. ff. de procu. & ego dixi in repe. l. penult. §. ad crimen. ff. de publi. iudi.

SI accuſatoribus. [g] Abſolutoria lata accuſatoribus abſentibus, non per contumaciam eſt ipſo iure nulla. h. d. Oppo. quod plures non admittuntur ad accuſandum vnum: ſed niſi vnus tantùm. l. hi tamen. §. fin. & l. ſi plures. ff. eo. Breuiter plures ſolu. dātur illa eſt vera, ꝙ hic nō fuit oppoſitum de pluribus: nā ſi fuiſſet oppoſitum de pluribus, fuiſſet electus vnus. quod tene menti.

NOn ideo minus. Delinquēs ꝓpter mādatū alterius nō excuſatur. h. d. Hic veniret examināda materia, de mādatore ꝑſuaſore

a ¶ Poſsit tutor. Dic vt latius per Barto. in l. ij. ff. de accu.

b ¶ Qui crimen. Vide quæ dixi in l. accuſare. ff. de accuſat. poſt Barto. & adde caſum nota. in quo debet actor ſe inſcribere, & perſonam legitimare, ſecundum domi. Anto. in titulo de accuſat. & vide in l. fina. ſupra eodem. Et adde quòd in multis caſibus poſt mortem quis poteſt accuſari, de quibus Inſtitu. de hæred. quæ ab inteſta. §. per cōtrarium. quæro an accuſator mortui debeat ſe inſcribere ad pœnam talionis: ſicut accuſator viui: vt ī hac gl. habes ar. ix. q. ij. cap. ſane. §. ſi forte. quæ apud aliquos eſt canonizata. ad §. per contrarium. qui tenet quod ſic. & allega. Bald. hic in tertia colum.

c ¶ Accuſationem. Vide in l. qui deſtitit. & ibi Barto. ff. ad Turpi. an ille, qui deſiſtit a ciuili, poſſit criminaliter accuſari.

d ¶ Non auditur. Et adde eum in l. ij. ff. de re iudica. & in l. ij. de eden. & in l. edita. in iij. col eod. titu. & in l. de die. qui ſatiſ. co.

e ¶ C. Abbate. Vbi eſt iſte caſus ꝙ monachus. vide Specu. in tit. de inquiſito. §. fina.

f ¶ Declinabat forum. Aliam cautelam adde vt dixi poſt Bar. in l. ſi quis ſub conditione. ff. de condi. inſtitu. & hic adde Imo. in l. pen. §. ad crimen. in viij. charta. ff. de public. iudi. & ibi Bar. in vj. col. & Bal. in l. reos. j. eod. & in l. ab adminiſtratione. ſ. de leg. ad de Angel. conſilio. xxxvij.

g ¶ Si accuſatoribus. Adde Bartol. in l. ſi plures. ff. eod. & vi-

de quod per iſtam gloſſam in hoc do. Bar.not.in l.j.in fin. C.de fur.

a ¶Abſentem. Vide Bar.in l.iij.ſ.eod.& in l.quidam cōſulebant.de re iudi.

b ¶Procedi. Vbi in notorijs procedatur per inquiſitionē, & de modo procedēdi in notorijs, vide per Spec.de noto.ſ.j.& plene per Ang.in l. ſi vacātia.poſt med. & in c. ad noſtram. de iureiu.per Anto. & ibi per eū quæritur, an ſit neceſſariū probari notoriū. & quomodo ꝓbetur. et multa pulchra ibi. Vide quod dixi in l. ij. ſ. ſi publico. in iij.col,de adul.quod no.Bald.in l.accuſaturus.ad Turpil.Et quādo dicat crimen notoriū, vide Inno. no.in ca. fi.de coha. cleri.& mulie.et ibi plene de materia.& Bald. in l. accuſatorem.ff.ad Turpil.& Bal.hic. Adde qualiter procedatur ſuper notorio, Oldra. conſi. xxxvij.

c ¶Accuſari. Et vide, an quis poſsit a pluribus cōdemnari, Barto.in l.ſepulchri.ff.de ſepul.vio.

d ¶Secūdum dictum. Quid ſi ex forma ſtatuti ille qui percuſſit aliquem, debet amittere manum, cū qua percuſsit:& qd ſi cum eadem manu percuſsit duos vter que vult accuſare: quis præferatur. & vide plene per Iaco. de Bel.in diſput. & in l.j.ī.vt intra certum tempus.vbi illa ratio in criminalibus habeat locū cumulatio, adde quidam in l.libellorum. & l.ſeq.de accuſa.& Bart. late in dicta l. ſenatus.ff.eod.in l.ſi quis homicidij.ī.eo. ver. & ideo ſi aliqs inſultat, vel ſi qs faciat inſultum et percuſsionem, punitur tanquā de vno actu ſolo. Et ita cauſam intelligendam dixit do. Io.poſt Bal.in l. diuortio.ff.ſol.mat. de cuius intellectu ibi vide & in l. fructus.eo.tit.& Bart. & Bal. in l.nunquā plura. eo. titu. in v. col. in verſi. ſecūdo poteſt exemplum. Et quod dixi an præſumatur incōtinēti, vide Imol.et Bal.in d.l.diuortio. Et adde ad materiā, vbi habes in l.& ſi.ff.de adult. & adde dictū Bart.in l.capite quinto.in fi.e.ti. Adde ꝙ voluit Io.an.in add. ad Spec.in tit.de in-

& inſtigatore. Dixi in l.non ſolùm.ſ.ſi mandato. & ſ.procul.ff.de iniurijs. Materiam verò de auxilio, & fauore, tractaui vobis in l.in actione.ſ.ope.ff.de fur.

ABſentem. [a] Abſens nō poteſt damnari de crimine capitali, & ſi fuit damnatus ſententia eſt nulla: quæ retractabitur per eundem, vel per ſuperiorem. hoc dicit. De materia nullitatis, dixi vobis in lege prima. ſuprà quando prouoca.non eſt neceſſ.

EA quidem. In notorijs poteſt per inquiſitionem procedi [b] ſed in non notorijs quis non punitur, niſi fuerit citatus, vel accuſatus. hoc dicit. Et exponas ita text. vbi nunciantur, tanquàm notoria, vt patet ex ſequenti reſponſo.& ff.ad Turpillianum l.ab accuſatione.ſ.nunciatores. & ſic intelligit gloſ.ff.de adulte.l.ſecunda.ſ.ſi publico. & etiam Dyn. in text. vbi poſſet perpendi procedendo per inquiſitionem. ex officio ad denunciationem officialis. Item ibi in text. deſpici.quaſi dicat in non notorijs, nō proceditur per inquiſitionem, ſed per accuſationem: & hoc innuit verbum, accuſatio, ſecundùm prædictum modum legendi. & hoc modo intelligitur communiter iſta lex. ſed dominus Nicol. Mat. intelligit quando officialis denunciat cauſam, poteſt procedi per inquiſitionem: vt in prima parte huius legis & probatur infra titu.ij.l.prima.& infra, de decurio. libro xij.l.prima.ff.de cuſto. reo.l.diuus. Vnde ſi officialis illam denunciationem non produxerit, in notorium probando: tunc ille denunciatus abſoluetur, vt hic, in ſecunda parte huius legis, & dicta l. ab accuſatione. ſ.nunciatores.ff.ad Turpilianum. Et quod textus dicit hic, accuſatus: expone, id eſt denunciatus. Hanc autem materiam, quando poſsit per inquiſitionem procedi pleniſſimè dixi in lege ſecunda. ſ. ſi publico.ff. de adulterijs.

SI quis ſe. Accuſatio debet porrigi coram preſide, non coram officialibus. hoc dicit in ſumma.

QVi de crimine. Iſta eſt notabilis lex. Breuiter dicit: accuſatus, de eodem crimine non poteſt iterum accuſari [c]. de alio tamen crimine non poterit iterum accuſari: etiam ſi ex eodem facto deſcendat: nec debet ſuper vno pronunciari, donec ſuper alio fuerit plenè cognitum. hoc dicit. Diuiditur in duas partes. Primò, ponit vtrum liceat accuſari. Secundò qualiter debeat procedi. Secunda ibi: iudex autem. Iterum prima ſubdiuiditur: quia primò loquitur quando accuſatur de eodem crimine. Secundò, quando de diuerſis habentibus originem ex eodem facto. Secunda ibi: ſi tamen. vbi eſt caſus ſingularis. Ad euidentiam ſcias tu iuuenis, quòd quandoque ex vno facto oriuntur plura crimina. exemplum in eo qui cognouit ſuam conſanguineam nuptam: iſte enim cōmiſit adulterium: quia in nuptam. Item inceſtum: quia in conſanguineam ſuam. Hoc præmiſſo caſus in terminis eſt clarus. Opponi. ad primam partem dict. l.ſi quis homicidij. infra eodem. Solu. Fateor quòd regula eſt hic quod accuſatus de eodem, iterum non accuſatur: fallit in caſibus, quos dic vt in gloſ. quam vide & nota. Venio ad ſecundum dictum [d]. Opponitur & videtur quòd quando plura crimina deſcendunt ex eodem facto, nō poſsit accuſari, niſi de vno: vt l.ſenatus.ff.eo. prout ibi exemplum ponitur de parricidio, & homicidio. Solu. quandoque eſt vnum factum, vnus titulus criminis, & plures agendi formæ: & tunc vna tantum lege poteſt accuſari: vt dicta lege ſenatus. ſecundum aliquas lecturas. Verbi gratia: ille qui facit homicidium, poteſt accuſari lege Cornelia, de ſicarijs, & ex forma ſtatuti huius legis, tunc vna tantum punietur pœna: vt dicta lege ſenatus. Quandoque eſt vnum factum, & plures tituli criminis: & habent ſe ſicut genus & ſpecies: & tunc accuſatus de vno, non poteſt accuſari de alio: vt dicta lege ſenatus. ſecundum quòd ibi loquitur de homicidio & parricidio: vt lege prætor edixit.ſ.primo. de iniurijs. Si verò habent ſe ſicut excedentia, & exceſſa: tunc vtroque poteſt puniri: non tamen poteſt ſimul accuſari de vtroq; ab eodē: ſed ab alio ſic: vt hic, et l.ſi adulterium cum inceſtu.ff.de adul. Sed quæ eſt ratio huius? Reſpondeo, quādo ſunt duo iudicia, quorū abſolutoria lata in vno poteſt parere exceptionem rei iudicatæ in alio: non admittitur concurſus: vt l.fundi.& l.fundū. ff.de excep.& illa eſt ratio, quare nō admittitur concurſus ciuilis, & criminalis, deſcendentiū ex eodē: quia abſolutoria lata in vno, poteſt parere exceptionē rei iudicatæ in alio, ſi pronunciet. ſuper facto. Idē tenet Dy.in.c.nullus pluribus.de reg.iur.lib.vj Idē in propoſito, qn̄ ex eodem facto deſcendunt, ſi eſſent eędem perſonæ accuſatoris, & accuſati, abſolutoria lata in vno, poſſet parere exceptionem rei iudicatæ in alio: ideo idem ad accuſandū non admittitur: quæ ratio ceſſat alio accuſante. Dices tu: ſed quę eſt ratio, quod iudex non poteſt ſententiare ſuper vno, niſi pleniſſimè diſcuſſo alio, vt hic dicitur in vltima parte? Reſpond. in iſtis cauſis capitalibus debet iudex inquirere veritatem: & etiam pro parte offenſa, ſi ipſa non opponat: vt lege prima.ſ. fina.de quæſtio. & l.ſi non defendatur.ff.de pœn. vnde poſsibile eſſet, quod ex defenſionibus factis in vno iudicio, apparet iudici quod in alio reus non eſt culpabilis. vnde eſſet verecundia iudici & parti in iuſticia. ſi in vno condemnatur, & in alio abſoluitur; ideo de vtroque debet eſſe cognitum, antequam iudicetur. Et de iſto membro, quando ex vno facto oriuntur plura crimina dic vt dixi plenè in dicta l.ſenatus. Quandoque ſunt plura facta & plures tituli criminis, & plures modi agendi: tunc ſi quidem omnia illa facta tendunt ad eundem finem: non punitur niſi tanquam de vno: vt l.illud ff.ad legem Aquiliam. & ideo ſi aliquis inſultauit, & percuſſit, non punitur de inſultu: quoniam ad hunc finem fecit inſultum, vt percuteret. Et gloſſ. tua hoc notabiliter tenet quam vide, & ſigna, ſuper verbo, plurima. Si verò illa plura facta non tendunt ad eundem finem, ſed ad diuerſa: tunc non de vno, ſed de quolibet punietur: vt l. nunquam plura. ff.de priua.delict.& ibi pleniſsimè dixi. Venio ad finem: dicitur hic, quod ſuper duobus criminibus cognoſcitur ſimul. Contra.ff.de cuſtodia reorum. l.ſecunda.ſ.fina. Solu. Dicit gloſſ. fateor, donec ſuper vno arctatur, non poteſt ſuper alio arctari: vt lege contraria. Sed cum erit expeditus de reſponſione, quam tenetur facere ſuper vno: tunc reſpondebit ſuper alio. Hoc gloſ. tua dicit ita ſuper verbo, vtroque. Et ſi quis vellet hanc legem repetere, eſſent hinc tractandæ tres materiæ. Primo, vtrum ille, qui habet vnam cauſam coram vno iudice, poſsit citari coram alio iudice in alia cauſa. Quod dic vt dixi in l.contra pupillum. ſ.is qui ad maius.ff.de re iud. Secundò.vtrum ille, qui eſt recōmendatus in carceribus ex vna cauſa, poſsit ibi recōmendari ex alia. De quo dic plenè, vt in l.ſecunda.ſ.fina.de cuſto.reo. Tertiò an recōmendatus in carceribus iniuſtè, poſsit ibi recōmēdari ex alia iuſta cā. ꝙ dic vt in q.illa, quam diſputaui, quæ incipit Lap.

Vltimo

quiſi.ſ.viſa.alīs, nūc tractamus de eo, qui ī aliquo loco aliquē cepit, & ligauit, ſi per plura loca duxit ad certum locū & eum ſpoliauit, in quo loco ſit formanda inquiſitio, ſtante ſtatuto ꝙ inquiſitio debeat formari in loco delicti.

a ¶Se inſcribere. Vide etiam Bar.in l.edita.in iij.col.ī.de edē.& in l.tranſigere de tranſac.in prin.& vide Bal.in l.ſed & ſi.ff.de ius voc.

b ¶Nō ſeruatur. An accuſator debeat ſtringi in carceribus, vide Salicet.in l. militis.ī.de accu. Bar.in l.pe.ſ.ad crimen.in prin.ij.col.ff.de pub.iudi. vide Bar.in l.qui ſine.ff.de quæſtio.

c ¶Si miles. Pro hoc quod not. Bartolus in l.ſi quis.in fi.de ſerui.nota.in c.cum nō ab homine.de iudic.

d ¶Spatium ſtatuit. Et de iſto termino comparendi in criminalibus, vide bal. in auth.offeratur.de lit.cōteſta.in vj.col. & vide id quod dixi. in l.j.poſt Bart.ff.de de cuſto.reo.

e ¶Præcedente. Non petitur, niſi iudice ꝑmittēte. Dicebat tamen dominus Ant. quem ſequitur ibi do.Iaco.in c.j.de iudic. quod ſi apparet citationem deſtinatam: & relationem nuncij, præſumitur licentiam iudicis de citando præceſsiſſe. l. ſciendum. de verbo. obliga. & vide Bartol.in l.j.ſ. cura. circa fi.de offici.præſe.vrb. & quod dixi poſt Bart.in l.j.ff. de ī ius voc. & quod dixi poſt Barto.in l. qui nomine.ff.de falſis.vbi Bar.& Bal. in d. l. ſciendum in pen.colū.& ibi plenius per Ludo.et ibi per Ange.in repe. in xj.colū.Sed illa l.loquitur in ſolēnitate intrinſeca.iſta in extrinſeca: ſicut in actionibus dicitur, ꝙ ſententia lata non ꝓſumitur lata in ſcriptis: vt notat Bart. in l.ſtatutis.de ſent. ex breuic.reci.& de hoc vide per Ange. in repe.l. ſciendum.ī x.columna. Et no.ꝙ nō ſufficit generalis commiſsio facta nūcio de citando, et idē tenuit domi. Anto. in capi.j.de iudi. ſed Imo. dicit quod dubitabat: quia lex hic allegata hoc nō probat: quia loquitur in citatiōe, ſcilicet quādo creditor petit ſibi aſsignari in ſolutum bona debitoris ui pro debito: & ſic non bene probat. Vnde videtur quod remaneamus in regula, quod tantum valet generale quoad genus, quātum ſpeciale quo ad ſpeciem, iuxta not.in capit.ſi ſacerdos.de officio ordin. & in l.ſi duo.ff.de adminiſtra.tuto. Et ita dicit domi.Ioan.ibi & not.Inſtit. de actio.ſ.quadrupli.& ibi bonus tex, & bene, & latius per Moder.in l. ex conſenſu.ſ.eum qui.ff.de appel. Et vide Barto.in l.j.ī.de iure dot. in princi. & in l.qui autem.ſ.finali.ff.de conſtitu.pecu.per Bald.in l.ſi quando. ad fin. ī.de conſtit.pecu.in xj.& xiij.q.ibi concordat Innocen.cum Cy.quod Bal. allegat in.c.j.de iudi. Tex.eſt in l.properandum.ſ.& ſi quidem.ī.de iudic.in verſicu.iudicibus autem res ſuas referantibus. vbi patet, quod quando reus vult citare actorem, vt feratur ſententia in fine inſtantiæ: iudex debet ſuper hoc cognoſcere, & ſibi impartiri licentiam. & ſic patet quod quando in commiſsione requiritur cauſæ cognitio, requiritur ſpecialis cōmiſsio in citatione verbali. Si vero non requiritur cauſæ cognitio in commiſsione, tantū ſufficit generalis commiſsio. Ita Bald.in dicta l. ſi quando. & licet ipſe nihil alleget: poteſt allegari ratio, videlicet quod tantum valet generale quo ad genus &c. vt ſupra dictum eſt. Pro quo poteſt adduci text.& Angel. in l.ſecunda. C.de ſpor. Dicitur enim ibi quod nuncius, cui ſit a principio commiſſa citatio in aliqua cauſa, poteſt idem ſemper citare vſque ad finem cauſæ. & ſic patet quod vna deputatio generalis, licet non fiat particularis commiſsio, ſufficit. Secundo, pro hoc poteſt adduci text.in authen.libellum.de lite conteſtata. vbi patet quod executor deputatus in cauſa, poteſt recipere cautionem, ſeu promiſsionem nomine partis, abſque alia ſpeciali commiſsione. Si ergo poteſt hoc tanquam perſona publica, ex generali commiſsione ſibi facta a iudice, quia hoc non requirit vllam cauſæ cognitionem: & eſt de pertinentibus ad executionem cauſæ: cur non eo modo poteſt ſimiliter citare virtute generalis commiſsionis: ſicut dixit Bald. obſeruari Florentię, & in Hiſpania. Tertio hoc confirmatur, quia ſicut ex generali commiſsione, quæ fit notarijs actorum, notarius poteſt accipere productionem libelli abſque eo quod ibi ſit iudex: quia illa ꝓductio poteſt fieri de plano, & die feriata. l.miles.ſ.ſexaginta. ff.de adulte. & probant nota.in l. præcipimus.in princ.& ibi ponit Bal.de appel. ita videtur nuncius virtute generalis cōmiſsionis poſſe citare. Nec obſt. text.in lege omnes. ſ.nihilominus. de epiſcop.& cleric. & l. cum clericis. eodem titu. quia debes ſcire, quod quando nūcius datur ſimpliciter ab vno iudice, vel pro vna cauſa, vel pro omnibus, nō videtur ꝓ hoc ſibi dari mandatum incontinenti de citando: & ideo requiritur quod poſt particulariter deputetur ad citandum. Ita dicitur in dicta leg. prima de ſpor. Hæc ſolutio ſimpliciter videtur approbata pro idonea, quia poſſit committi citatio: et ne detur in officio ſibi cōmiſſo: ſed cōtra prædicta fortiter facit, quia ſecundum Gof. in lege cum clericis.ſ.memorat. C. de epiſ.& cler. iudex prius quam committat citationē, debet videre petitionem actoris, vt iudicet ſuper matrimonio, vtrū calūnioſe competat: nam ſi eſſet in euidenti calūnia, poſſet eū ſtatim repellere, vel ſic libellus eſſet ineptus. l.qui cū maior.ſ.ſi quando.ff.de bo.libe. alias de ope. liber.& ibi not.in l. prima.ff.de offic.aſſeſſo. Si ergo requiritur ſaltem hec inſtructio, prius quam iudex committat citationem, non videtur quod nuncius poſsit. Sed reſpondetur ex his, quæ habes poſt Bartolum in l.ſi finita.ſ.Iulianus.ī.de dam. infect.in articulo in quo quęritur, an eſt neceſſarium quod procedat libellus. Ce quo per Franciſ.de Aret.in capitu.primo.de iudic. An pars teneatur credere nuncio dicenti ſe habere commiſsionem, vide in locis ſupra in principio, apoſtil.allega.& per Imolam in l. ex conſenſu.ſ.eum qui.in tertia col. ff.de appellatio. Adde an per relationem nuncij præſumatur de commiſsione iudicis.& quid ſi non præceſsit commiſsio, vide Romanum conſilio. ccccxcvij.per Baldum an præſumatur de commiſsione, conſilio. cxviij. volumine primo.

Vltima gl. reaſſumit omnia, & diſtinguit. quod dic vt in ea.

QVi explicandi. Iſta eſt bōa lex & habet pulchram materiam. Breuiter dicit: qui alicui certā promittit ſententiam, licet iudicem non corrumpat, tanquā corruptor punitur. h.d. Audiui dubiū, pone ꝙ ille, qui iudicem corrūperet, nullo modo puniretur: vt puta, in capitali: licet enim reis redimere ſanguinem ſuū, etiā corrūpendo: vt l.j.in fi.de bo.eo.& l.pe.ff.de præuarica.& habuimus in l.tranſigere.ſ.de tranſact. Qualiter punietur iſte, qui promiſit hoc ei facere? videtur ꝙ nullo modo: quia tex.hic dicit. ꝙ punietur perinde, ac puniretur prīcipalis corruptor, ſed principalis corruptor nullo modo puniret: ergo nec ipſe. cogitabitis: quia de facto fuit Tuderti.

SI quis homicidii. Abſolutus nō pōt iterum accuſari de eodem crimine: niſi de præuaricatione primi doceatur: de alio verò crimine poterit accuſari. h.d.

SInguli. Hic eſt bonus caſus. Non debet literis, vel relationibus publicis perſonarum credi, ſed rei veritas requiri. h.d. quod nota. Facit quod delictum non probatur per inſtrumentum. Idem habes in l.diuus.ff.de cuſto.reo. Dixi plenè in l.ſenatus.ff.ad Turpil. &c.

IN cauſis. Non debet procedi ſuper crimine, niſi certa & clara præceſſerit accuſatio. alias iudex punitur. h.d. Gl. ponit qualiter accuſatio debet formari. Ego circa hoc feci vnam magnam lectionem in l. libellorum.ff.eo.& dic vt ibi. Ex hac gloſ. colligitur quantum tempus eſt quod fuerunt factæ iſtæ gloſſ.

ACcuſationis. Accuſator debet ſe inſcribere [a], & detineri ſicut accuſatus, donec cauſa examinetur: & qui torquetur. nō debet interrogari de ſocijs. h.d. Iſtud, ꝙ accuſator, & accuſatus ſimul detineātur, hoc de cōſuetudine nō ſeruatur, [b] niſi accuſatus accuſaret ſtatim accuſatorē ſuū de falſa, & calūnioſa accuſatione: & ita eſt de facto modò in ciuitate iſta. No. ꝙ qs nō debet interrogari de ſocijs. Fallit in caſibus, qui hic ponuntur in glo.

De exhibēdis, & trāſmittēdis reis. Rub.

1 ☞ *Iudex ſecularis capit clericum delinquentem, & eum retinet, vt remittat ad epiſcopum.*

LEX I.

SImiles. [c] Si miles cōmiſit delictū, ad magiſtrū militū remittetur. h.d. Nota argumentū: 1 † ꝙ licet iudex ſecularis nō poſsit cognoſcere de crimine cōmiſſo per clericū pōt tn̄ eum capere, & detinere, vt remittat ad epiſcopum ſuum.

LEX II.

NVllus. Reus debet carcerari, nō aūt ligari, niſi conuincatur: & veniētibus ex longinquo, triginta dierum ſpatium [d] ſtatuit. h.d.

1 ☞ *Citatio realis, vel perſonalis, non poteſt fieri, niſi iudex hoc permiſerit.*

2 *Repertus in flagranti crimine poteſt capi, etiam ſine licentia iudicis.*

LEX III.

NEminem. Nullus debet citari. niſi mādato iudicis præcedente. [e] h.d. Not. 1 † ꝙ nulla pōt fieri citatio realis, vel perſonalis, niſi iudex hoc ꝑmiſerit. [f] ꝙ eſt verū. Facit ſ. de epiſ.& cle.l.cū clericis.& l.oēs. ꝙ tenet Inn. niſi eſſet [g] nuncius generalis conſtitutus ad faciendas citationes: vt probatur per eū extra, de prob. c.qm̄ cōtra falſam. ꝙ non videtur verū: quia iſta generalis cōmiſsio, nihil releuat: vt l.j.ſ.de iur.do.impet. In caſibus tn̄ nō eſt 2 † neceſſe, ꝙ iudex hoc committat: quia hoc committit lex: vt qn̄ qs in flagrāti crimine reperitur: vt l.raptores.ſ.de epi.audi.j.de rapt.virgi.l.j.ff.de fur.l. ſi quis in ſeruitute in fi.& l.interdū ſ. qui furē. eo. tit.j.de malefi.& mathe.l.fi.ff.de adulte.l.capite quinto.& quod ibi notatur.

De cuſtodia, & exhibitione reorū. Rub.

f ¶Permiſerit. Hoc probatur: quia ad capturam perſonæ, ſiue ſumus in iudicio ciuili, ſiue in criminali, non procedi poteſt niſi pręcedat cauſe cognitio de iure ciuili. Colligitur manifeſte ex his, quę habentur in l. nemo carcerem.de exac.tribu.lib.x. De iudicio criminali ponit ſingulariter Ioan. And. in c.ſi dominus.de ſen.excō.quem ſequitur Barto in l.quod euitandi. in fi.ī. de condi.ob tur.cau. Sed iſta cauſæ cognitio non poteſt pertinere ad nunciū qui eſt merus executor: vt l.ſi vt proponis.de execu.rei iudi. ergo non poterit citare. Ad idem facit optime: quia in cauſa capturæ nuncius debet habere ſpeciale mandatum: vt l.non ſolum.ſ.fin.cum l.ſeq.ff.de procu. & conſuluit Bart.in conſi.incip. cōmune Gualdi. Fran.de Are.in c.j.de iudic. Abb. hic, & adde Bald.in.d.l.cōmu.diui.ſufficit probari, vt poſt Barto.in.d.l.qui nomine.de fal. vt dicas habere commiſsionem.

g ¶Niſi eſſet, Adde Bar.in d.l.j.in prin.ī de iu.do. Et vide Ioā.de Imo.in c.j. de iudi. vbi dubitat, an iſtud dictum ſit verum, vide ibi do. Ant.& ibi dixit Bal.in l.ſi quando. C.de teſt. And.Barba.

a ¶ Si quis. Vide But. hic, qui dicit ad hoc vt confeſsio valeat poſt torturã, eſt neceſſe quod ſit inter medius dies vnus, & nox vna: vide ta men hic. And. Bar.
a ¶ Si quis. Vide etiã tex. ſing. in l. contra. ad Syl. ibi: ex vincu culis. ſecundũ Bar.
b ¶ Carcere mulierũ. De muliere carcerãda, vide Bald. in l. j. ff. qui ſatiſda. cogã.
c ¶ Punietur. Nota glo. quæ eſt, hic, quã multũ reputat Bal. not. in l. iij. in fine. ſ. de fide inſtru.
d ¶ Homines. Quid autẽ ſi detineat mulierem ex cauſa libidinis: an teneat pœna priuati carceris? vide Bar. in l. verũ. de fur. & vide Bart. in l. ij. ff. de verborũ ſignifica.
e ¶ Extinguitur accuſatio. In materia huius legis, & tit. vide ſingularem queſtionem quã poſui poſt Barto. in l. ex iudiciorum. ff. de acc.
f ¶ Mandans & faciens. No. mandans & faciens poſſunt ſimul accuſari. l. minoribus. ſ. de his qui bus vt ind. per Bar. in l. hos accuſare. ſ. lege. & l. nihil. ſ. fin. ff. de accuſa.
g ¶ Aeſtimetur. Qualiter iniuriæ ſint con ſiderandæ, vide ad iſtum tex. quod no. Bar. in l. Turpia. ff. de lega. j.
h ¶ Accuſati torquentur. Vide Bar. in l. j. ſ. ad queſtionem. ff. de quæſtionibus.
i ¶ Quiſquis. Ponderã ſi aduci poſſet ad quæſtionem, tetigit Bal. in l. j. in prin. ff. de ver. obli. de ꝓhibito loqui cum ban nito: an ſit prohibitũ ſibi mittere nuncium vel literas? Et certe non facit, quia hic loquitur de dãte fauorem: vt habetur in l. poſt legatũ. ſ. j. amittere. et ibi Bar. ff. de his qui. vt indi. Sed põdera ad iſtud dictũ Bar. ꝙ petens rebanniri proditorẽ videt̃ præſtare fauorẽ proditori, qđ ſtatutum denegat: & licet lex canonica ꝓhibeat loqui cũ bannito, intelligit̃ quo ad cõmercia, & quo ad ſuffragia, & ſimilia: vt rubore perfuſus veniat ad verita tem eccleſiæ. Si ergo eccſia iſta diſponit, vt reducatur ad obe diẽtiã: multo fortius permittit vt cũ eo loquat̃: ad finẽ reducẽdi eũ ex eo, qa punitus ꝓpꝭcto erat de inobedieutia, & illa excõmunicatio inſe

LEX I.

IN quacunque. Siue per accuſationem, ſiue per inquiſitionem procedatur, cauſa debet celeriter examinari, et non debet differri: & interim reus in carceribus poſitus non debet iniuriari, nec in locis tenebroſis de die poni, nec alias iniurias pati. h.d. Facit iſte tex. ibi: ad finem ad primum ſolis ortum, &c. de mane vtrum dicatur dies vel nox. & dixi tibi in l. aut facta. ſ. ad tempus. ff. de pœnis. vbi dixi, vtrum mane, & ſero, ſit de die vel de nocte.

LEX II.

a SI quis. [a] Si quis de crimine cõuincitur, debet apud tribunal duci vt crimen confiteatur, & certum appareat. h.d. Vtrum qui ſemel confeſſus eſt crimen ſponte, debeat illud iterum confiteri. Gloſ. tangit hic. Dixi plenè in l. j. ff. eodem.

LEX III.

QVoniam unum. Carcer ſeparatus vbi ponuntur homines, debet eſſe b ſeparatus à carcere mulierum [b] h.d. Super hac lege in authen. nouo iure. quam habetis ſ. de offic. di. iu. l. j. quam nunc ſtatim vide, & nota.

AD cõmẽtarieſem. Si carceratus aufugit, cuſtos principalis pœna qua ille debebat puniri, punietur: [c] nec exhibendo ſuum familiarem c liberatur. Sed cuſtode principali ex neceſsitate abſente, idem ſeruabitur de eo cui com miſit officium. hoc dicit.

DE his quos. Carcerati debẽt puniri vel relaxari, & quid de his ſi intra triginta dies iudicibus debet nunciari: pœna contra facientibus imminente. hoc dicit.

De priuatis carceribus inhibendis. Rub.

1 ☞ *Detinens hominem liberum per viginti horas, committit priuatum carcerem.*
2 *Diœceſis appellatione continetur ciuitas.*

LEX vnica.

d IVbemus. Non licet homines [d] in priuatis tenere carceribus, & de hoc poteſt per inquiſitionẽ procedi, & iudex negligens punietur: & reus huius criminis pœna læſæ maieſtatis punietur. hoc dicit. † Quando autem quis dicatur committere priuatum carcerem, detinẽdo hominem liberum: certè ſi detinet eum per viginti horas, punitur vt l. capite quinto. ff. de adulte. quod plenè dic, vt ibi dixi. Nota etiam † ex 2 hac lege, in princi. quod appellatione diœceſis continetur ciuitas: dicit ex Aegyptica, diœceſi. Continet enim totam Aegyptum, & ciuitatem Aegypti. In cõtrarium videtur extra, de reſcrip. c. Rodulphus.

Si reus vel accuſator mortuus fuerit. Rub.

1 ☞ *Plures de eodem crimine poſſunt ſimul accuſari.*

LEX I.

ET ſi Marcellus. Per mortem vnius accuſati, non ex e tinguitur accuſatio [e] quo ad alium de eodẽ crimine accuſatum. h.d. Nota ex hac lege, 1 † quod plures de eodem crimine poſſunt ſimul accuſari, ſecundum veram opinionem: vt l. inter liberas. ſ. fina. ff. de adulte. Item f mandans & faciens [f] poſſunt ſimul accuſari de eodem crimine. quod dic, vt l. nihil. ff. de adulte. & hic tangitur per Cy. quod nota. & tene menti.

LEX II.

SI is quem. Mortuo accuſato, etiam liberatur accuſator. h.d.

LEX III

SI ut proponis. Licet mortuus ſit qui de falſo inſtrumento accuſabatur, poteſt tamen accuſari, qui eo vtitur. h.d.

DEfunctis. Defuncto reo extinguitur accuſatio, niſi ſeipſum occiderit. h.d.

SI quis cum. Si pendente appellatione, à ſententia, in qua tacitè venit bonorum ademptio, reus, vel accuſator deceſſerit, pœna extinguitur: ſed ſi bona adimãtur, expreſsè durat cauſa propter quam bona adimuntur: quod habuiſtis in l. iij. ſi pen. appel. mors interue. & c.

Si quis imperatori maledixerit. Rubrica.

1 ☞ *Mina ex perſonis hominum timendæ ſunt.*

LEX VNICA.

g SI quis. Qui maledixit Imperatori, eſt ad 1 ipſum remittẽdus: vt ex perſona eius, qui dicit æſtimetur [g], nec eſt ab alio puniendus. hoc dicit. Nota tex. ibi: vt ex † perſonis hominum dicta penſemus. Vnde qualiter ſint metuendæ, ex perſonis hominum ſunt conſiderandæ. Habuiſtis in l. metum. ſ. quod met. cauſa.

Ad legem Iuliam maieſtatis. *Rubrica.*

LEX I.

ETiam ex aliis. Qui contra legem iudicat, in legem Iul. maie. non incidit. hoc dicit.

LEX II.

ALienam. Qui iuramentum præſtitum non obſeruat, in hanc legem non incidit. hoc dicit.

1 ☞ *Vnus teſtis eſt ſufficiens indicium ad torturam.*
2 *Vnum indicium bonum, eſt ſufficiens ad torturam: & non requiruntur plura.*

LEX III.

